26 cum. Sed †si habebat ius cohærens personæ: puta vsumfructũ, vel vsum, est magis dubitabile: quia nec penes ingressum videtur posse remanere cùm sit incapax illius iuris, ppter professionem: per quam à se abdicauit omnem potentiam habendi, vel acquirendi: nec in monasterium videtur transire: propter naturam ipsius iuris. vt instit. de vsufru. §. finitur. & sic videtur quòd redeat ad proprietarium. Quidam dicunt quod in monasterium non transit ius, sed commoditas: quæ finitur finito iure per mortem ingressi: vt l. necessariò. §. fina. ff. de pericu. & commod. rei vendi. Sed isti præsupponunt quod ius remaneat apud ingressum: quod videtur impossibile: vt dixi. Bartol. tenet quod ius transeat in monasterium authoritate iuris scripti. quod ipse per se facere nõ potuisset. quod olim erat in filiosa. adeunte hæreditatẽ qui ius hęreditariũ, quod videbatur merè personale, cum iuribus directis acquirebatur patri: & apud filiũ remanebat tantũ nudũ nomen facti. iuxta plenè no. in l. cum filio. de lega. j. Non tamẽ finiretur ex persona monasterij: quia tũc duraret per centũ annos: vt in l. an vsufructus. ff. de vsufruct. quia non fuit originaliter radicatum in personam monasterij. Sed finiretur morte ingressi: licet non sit penes eum istud ius, sed solum nomen facti: quia ipsius tantùm contemplatione fuit concessum: ideo debet finiri eius morte: vt j. de vsufruct. l. fina. cum ibi nota. &
27 hoc placet. †Quid autem si ingressus habebat feudum? videtur
c dicendum idem quod in emphyteusi. quia feudatarius habet vti le dominium: quod potest in alium transferri: tamen contrariũ est de consuetudine feudorum: quia imò finitur per ingressum religionis: & reuertitur ad dominum: vel si erat antiquum feudum, transit ad agnatos: si eos habebat. vt in titu. si de feud. fue. controuer. c. j. §. qui. clericus. & in titu. de milite vasal. qui arm. belli. depo. c. j. & in titu. de feud. fœminæ in vsib. feud.

2 §. Pater non potest auferre filio legitimam: etiam si uelit testari ad piam causam.
3 Ingressus monasterium si habeat filios quibus uellet relinquere quantum plus potest, quod debeat retinere sibi æqualem, portionem quæ competet monasterio.
Si non uult disponere, quid poterunt filij petere?
Casus in quo monasterium loco unius ex filijs habetur.
Monasterium facit deficere conditionem appositam grauato, si decesserit sine liberis, & excludit substitutum si grauatus ingrediatur monasterium.
4 Testamentum in quo est institutus extraneus, an irritetur per ingressum monasterij?
5 Ingressus an possit mutare testamentum quod prius fecerat?
6 Licet de rigore iuris ciuilis legitima nõ possit peti nisi mortuo patre, sed alimenta tantum, potest tamen filius ingressi monasterium petere à monasterio quod sibi assignentur certa bona de quibus possit se alere. & si contingat ipsum superuiuere patri, remaneant penes ipsum pro sua legitima, & quatenus transcenderent legitimam, restituantur monasterio; & si præmoriatur patri, restituantur omnia monasterio. & nu. 7.
7 Quod ista erit assignatio facti & non iuris: nec transibit dominium in filium.
8 Si pater dissipat bona sua, an ipso uiuente possit filius petere sibi assignari legitimam?

AVTHENTICA.

1 SI qua mulier. †Ista est vtilis & singularis authenti. præcedentem. inquantum illa dicit quod ingressus monasterium non potest testari. vt habeat locum quando non relinquit filios in seculo. vsq; ibi: [sed si persona.] Secundò illam limitat. & supplet eo casu quo liberos reliquit. & ista subdiuiditur in tres partes sicut ponit tres casus. Primus est quando vult relinquere aliquid liberis, non tamen multum. & dicit quod saltem legitimam debet eis relinquere: & nõ mínus:

2 minus: residuum verò erit monasterij. † & sic patet hic quod pater non potest auferre filio legitimam: etiam si velit testari ad piam causam. relinquendo pauperibus, vel ecclesiæ, vt etiã nota. in l. Papinianus. §. primo vel secundo. ff. de inoffic. testamẽto. vbi glo. allegat authoritatem Augustini dicentis q̃ qui vult filium exhæredare, & alium instituere: alium quærat pro consilio quàm Augustinum: & habet locum hoc siue filij erant in potestate, siue emancipati: quibus debetur legitima. dummodò sint legitimi & naturales: aliàs secus. vt in Specul. de statu monachorum. versicu. quid ergo si ingressus. & ver. iij. & hoc vsque ibi. [sed si omnem.] Secundus casus est quando vellet filijs relinquere quantum plus potest: & tunc non potest totum relinquere: sed saltem debet sibi retinere portionem æqualem cum alijs filijs. quæ competet monasterio, vsque ibi. [sed si post.] quia non debet eius persona esse deterioris conditionis quàm persona vnius ex liberis. Si ergo erũt duo filij & facit tres partes æquales: duas habebunt filij, & ipse tertiam. & hoc secundum vnum intellectum. Sed glosſa videtur intelligere aliter. quòd non diuidatur tota hæreditas: sed quatenus tangit quemlibet filiorũ pro legitima, eatenus sibi retinebit quod competet monasterio. Tertius casus est, quando non vult disponere. & tunc filij poterunt petere legitimam mortuo patre in monasterio, & non prius. residuum verò erit monasterij. & sic isto casu quando nihil disposuit: melioris conditionis erit monasterium quàm liberi: quoniã liberi non habent nisi tertiam partem: si sunt infrà quinq;, & monasterium habebit duas tertias. sed quando pater vellet testari: tunc liberi possunt esse melioris conditionis quàm monasteriũ: quoniam potest eis totum relinquere si vult: dum tamen vnam portionem retineat sibi pro monasterio, quæ poterit esse parua: attento numero liberorum; & tamen econuerso si vellet relinquere liberis quantumminus posset, saltem integram legitimam deberet eis relinquere. quę non potest esse minor tertia parte. Pone ergo quod habeat vnum filium, ipsum instituit in legitima: de reliquis nihil dixit. iste textus vult quod reliqua cõpetat monasterio in versiculo. [sed si post.] & sic erit casus quo quis decedet pro parte testatus, & pro parte intestatus: quia residuum bonorum non accrescet filio instituto. sed est speciale secundùm
3 Bald. est etiam †hic casus specialis, in quo monasterium loco vnius ex filijs habetur. in versiculo. [sed si omnem.] Sed regulari-
a ter quicquid dicatur, monasterium nõ habetur loco liberorũ,ª nec aliquo iure hoc cauetur: licet allegetur in contrarium. in authenti. de sanctiss. episcopis. §. sed & hoc præsenti. tamen ille text. hoc non probat: sed bene probat quod facit deficere conditionẽ appositam grauato: si decesserit sine liberis: quia si grauatus ingreditur monasterium, & ibi decedat, sine filijs carnalibus, non venit substitutus sub illa conditione, quia monasterium habet: sicut non veniret si reliquisset filios, non quòd monasterium dicatur filius: sed quia. l. hoc præsumit, quòd si testator cogitasset istum casum: institutum non sic grauasset: ne impediretur vita
4 contemplatiua. †In glo. ij. ibi. [Item quid si ante ingressum.] dic ista est notabilis quæstio. in qua glo. in effectu ponit tres opiniones. vnam quod indistinctè per ingressum irritetur testamentũ prius factum, in quo erat institutus extraneus. vsq; ibi. [sed dic.] Secundam quod si in eo erat aliquid relictum monasterio iure institutionis, non irritetur: sed possit monasterium petere vsque ad legitimam, si tantum fuit relictum. vel petat suppleri si non tantum. sed si nihil fuit relictum, præcedens opinio erit vera qd̃ irritetur: & extraneus nihil habeat. sed monasterium habeat totum. quod fortificat glo. tribus rationibus in verbo. [præterea.] vsq; ad versicu. [& econtrà.] Tertia opinio est. quòd non irritetur indistinctè, sed confirmetur. vt sic institutus statim possit capere omnia bona, & monasterium nihil habeat: ac si esset verè mortuus: quia pro mortuo reputatur. nec obstat principium huius authenti. & authenti. præcedentis. quia loquuntur quando ante ingressum non fecerat testamentum sed si fecerat, volunt isti quod bona non transeant in monasterium. Breuiter in hac quæstione dicendum est quod si ingrederetur monasteriũ fra-
b trum minorum, ista tertia opinio esset verissima: quia in istum non transeunt bona & quia talis habetur omnino pro mortuo: & si non fecisset testamentum bona deuenirent ad veniẽtes ab intestato. vt dixi in authenti. præcedenti: sed si fecit, veniunt ad institutum; qui potest statim capere; sed si ingreditur aliam religionem quæ possit capere, & retinere, vt a
a sunt religiones non mendicantium. vel capere & vendere, vt sunt aliæ religiones mendicantium, non fratrum minorũ: tunc nulla istarum opi. est vera simpliciter. sed est distinguendum. aut fecit illud testamẽtum cogitans de ingressu, & volens de bonis suis disponere antequam ingrediatur, ne monasteriũ habeat bona sua, quod præsumitur fecisse quando incontinenti post testamentum ingressus est: & tunc tale testamentum remanet firmum, & non irrita-
tur. & sic monasterium capiet bona viuen
te ingresso: sed post eius mortem deueniẽt ad institutum: sicut si non fuisset ingressus. & nihil penes monasteriũ remanebit. per text. in authenti. de monachis. §. illud etiã. b vbi Imperator volenti monasterium ingredi dat hoc consilium quòd ante ingressum disponat. quod etiam probatur per authenti. nunc autem. j. titu. primo quę inde sumitur. Et tale consilium esset fructratorium, si testamentum tale irritaretur. quod esset absurdum. & dicit Bald. notabiliter per illum text. quod tale testamentum nõ subiacet solennitatibus iuris ciuilis: licet non fiat ad piam causam: quia saltẽ fit propter hoc, quia vult ad vitã spiritualẽ transire: sicut testamentũ militis, cũ intrat pugnã pro re publica. & sic ex præteritione filij nõ erit nullum: sed filius petet legitimã, nec propter defectũ numeri testiũ: quia ille text. vult qd̃ possit testari prout vult. & ista opinio quod dicto casu nõ irritet testm̃ fuit originaliter Iac. Bal. & Iac. butri. Sed si non cogitauit de ingressu, quod præsumit̃ qñ dudũ ante ingressum fecerat: tunc testũ irritatur incõtinenti post ingressum, & institutus nihil habebit: nec viuẽte ingresso, nec post eius mortẽ: sed totũ erit monasterij. per rationẽ quę ponit̃ in glo. in versic. [præterea.] & per rationẽ: quia res peruenit ad casum à quo nõ posset incipere, ante cõsummatũ effectũ. Nã testm̃ nõ habet effectũ ante mortẽ testatoris. & iste antequã moreretur effectus est intestabilis. ergo &c. argumẽ. in l. pluribus. §. & si placeat. de verbo. oblig. & ista qñ erat institutus extraneus. si verò filius. gl. in seq. versic. tenet quod tũc nõ rũpatur. sed Bart. dicit esse distinguendũ prout in præcedẽti quęstione. Ego dico quod si talis testm̃ fecit cogitãs de ingressu, sine dubio nõ irritat̃: quia nõ irritaretur si esset institutus extraneus: sed si nõ cogitauit de ingressu, dici potest quod nõ irritat̃ ex toto. sed filius remanebit institutus in legitima, & residuũ peruenìet ad monasteriũ. nã si nullũ testm̃ fecisset ante vel post, hoc esset. vt in ista auth. in fine fortius hoc casu qñ fecit, & filiũ instituit: & sic irritabit̃ testm̃ vsq; ad duas tertias. & nõ in tertia quę debetur filio pro legitima. Nec obstat qd̃ talis ruptura nõ possit fieri pro parte, ne pro parte decedat testatus, & pro parte intestatus. vt. l. pe. ff. de iniust. testa. quia hoc casu est speciale vt possit decedere pro parte intestatus. hoc colli-
5 gitur in versic. [sed si post.] Secundũ Bal. † ex prędictis apparet an posset iste ingressus testm̃ qd̃ prius fecerat mutare? & certè si fuit ingressus religionẽ fratrũ minorũ, nõ põt, quia ia est cõfirmatũ & acquisitũ hæredi ius in bonis, vel ius adeundi. Sed si aliã religionẽ, tunc si testm̃ fuit irritũ per solũ ingressum, non est tractandũ de alia mutatione: si nõ fuit irritatũ, tunc si in eo erat institutus extraneus, põt immutare instituẽdo monasteriũ, vel filiũ, sed aliũ extraneum nõ. Si verò filius, dic quod posset mutare eo modo, quo posset de nouo facere. & aliter nõ. In gl. quæ incipit. [qd si parẽtes.] habeat subaudi, & nõ liberos. & sic debeẽ parẽtibus legitima: sed si haberet liberos, nõ deberet. & pro hac quęstiõe vide in Spec. de statu mona. ver. liij. & Doct. cõiter tenent idẽ esse in parẽtibus per l. nã & si parẽtibus. ff. de inoffic. test. nec est verũ quod monasteriũ habeat̃ loco liberorũ. vt dixi §. In glo. quæ incipit, [nunquid.] Dic in hac quæstione quod si adhibuit solennẽ numerũ testiũ, erit testm̃. argumen. l. non codicillũ. j. de testa. si nõ adhibuit nisi duos vel tres, tũc aũt assignauit filijs certas quotas: & idẽ. aut res singulares, & tũc erit vltima voluntas: non testm̃. vt hic habetur in simili per glosſ. & Docto. in l. quo-

¶ Monasteriũ nõ habetur loco liberorũ. Adde Bald. in j. col. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. in l. hæredibus. in §. j. ff. ad Treb. & in c. j. in prin. de mili. vasallo. qui arma belli. depo. & Spe. tit. de loca. in §. nunc aliqua. ver. cliij. & se. Doc. in c. in presentia. extrà. de pba. Ange. in consil. lxxvij. inci. q. hic subtilis. & in consil. cexxxv. inci. qdã fuit condẽnat?, & Alex. de Imo. in cõsi. cxxj. co. iiij. & in cõs. cxl. col. ij. in ij. vol. Cu.

¶ Monasteriũ fratrũ minorũ. Adde Bart. in tractatu minorica rum. in pe. q. Nic. de vrba. in tracta. de successio. ab inte. Matheſila. in tracta. de successio. ab inte. in iiij. no. Fed. de senis. consi. xxvj. Car. cõsil. cij. Lud. ro. consil. cclxvij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Pater ingressus est monasterium. Adde Bart. in l. si ex causa. in 9. Papinianus. ff. de mino. Abb. in c. in præsentia. de proba. Idem Abb. in c. inde cons. de æta. & qua. li. Fede. de senis cōsi. xxxiij, & tu circa hoc vide p. do. Fab. de more sancto saui. in repeti. aue nouissima. j. de inoffi. testa. a char. vj. col. ij. ver. secundò quæritur qui videtur sequi opin. Barto. Stra.

b ¶Quid autem si pater. Adde q̄ prælatus Do. Fabi. in d. repet. & char. col. iiij. versi. quarè quæritur. sequitur & refert Bal. in d. l. ij. Stra.

c ¶Reditus annui. Adde glo. in ver. reditus. in auē. vt illi qui habi. res mino. in §. si vero. el ij.

d ¶Diuisio. An & q̄ diuisio sit alienatio. vide in l. si pro fundo. & in l. siue apud acta. C. de transacti. Bal. in l. j. C. si aduer. transacti. & in c. j. de prohib. feud. alie. per Fede. Cur.

e ¶An priuilegia concessa. Adde Doct. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit.

ti⁹s. & l. filij. j. fasmi. ercis. cōstat autem quod sicut potuit ingresso monasterium auferre potestatem testandi regulariter. ita & certo casu potuit concedere. arg. in l. eius est vele. j. de regu. iur. †In glos. fina. quæ semper allegatur. dicit Bal. quod licet de rigore iuris ciuilis legitima non possit peti: nisi mortuo patre: cum in eius vita nihil filio deb eatur à patre. nisi alimenta. vt l. j. §. imuberi. ff. de collatio. bono. quando tamen pater ingressus est monasterium', potest statim peti legitima de æquitate canonica per capitu. cum scimus extra de regu. vbi dicit esse tex. cum glo. quæ non sunt alibi: sed videtur sequi inconueniens. † quid enim si talis filius posteà moriatur ante patrē: certè pater non tenebatur sibi ad legitimam: nec eam transmisisset ad suos hæredes si pater non intrasset monasterium: sed postquā erit sibi assignata, transmittet: & sic monasterium erit deterioris cōditionis quàm pater: vnde potest dici quod cùm monasteriū teneatur alimētare filium istius ingressi eo viuente, quia bona transiuerunt in ipsum cum isto onere. vt in l. si quis à liberis. §. Itē rescriptum. ff. de libe. agno. possit petere filius vt sibi assignentur certa bona, de quibus possit se alere. & si contingat ipsum superuiuere patri, remaneant penes ipsum pro sua legitima. & quatenus transcenderent legitimam, restituant monasterio. Si verò præmoriatur patri: restituātur omnia monasterio: quia tunc apparet q̄ legitima nō fuit sibi debita. & sic ista erit assignatio

g facti, non iuris. nec transibit dominium in filium † quid autem

b si pater dissipat bona sua, an filius ipso viuente possit petere sibi assignari legitimam? vide Bal. in l. ij. ante fin. ff. si quid in fraud. pat. & quod in simili habetur in l. Imperator. ff. ad Trebel. Et in aliquibus locis sunt statuta q̄ filio delinquente, pater teneatur sibi assignare legitimam suam: de qua soluatur pœna fisco. Sequitur lex Iubemus. quæ est longa in verbis. & fuit l. Leonis imperatoris. & fuit prima lex quæ fuit facta super prohibitione rerum ecclesiasticarum. & quia satis apparet intentio huius l. iubemus. procedam cum notabilibus sine aliquo summario.

1 ¶Oeconomus quis dicatur, & in quo differat ab actore & syndico?
2 Reditus annui computantur inter immobilia, & an ualeat legatum annuum factum fratribus minoribus?
An in tali iure percipiendi annuos reditus sit dare petitorium & possessorium. & an spoliatus in quasi possessione talis iuris restituatur ante omnia per interdictum unde ui?
3 Qui non potest alienare, in quibus casibus possit diuidere? & nu. 4.
Diuisio est alienatio.
4 Pupillus habens prædium commune cum alio, non potest illum prouocare ad diuisionē iuris: nisi ex iusta causa. sed ad diuisionem gratia commodioris culturæ sic.
5 Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum facta ecclesiæ an ualeat? & an restringatur ad præsentia?
6 Prælatus etiam sine solennitate requisita, potest remunerare benemerentes de bonis ecclesiasticis propter seruitia illata ecclesiæ, uel sibi? si de talibus beneficijs appareat, & de quibus bonis intelligatur hic?
7 Doctores non debent domum Dei scilicet scientiam quam eis tribuit, trahere ad iniqua compendia.
8 Priuilegia concessa ecclesijs super eorum bonis per leges imperiales, trahuntur ad ecclesias ædificatas post illas leges, uel ad bona postea quæsita.
9 Ecclesia nunquam moritur: sed semper est perpetua.

LEX. XIIII.

Iubemus Ista fuit l. Leonis imperatoris: vt patet in auē. de aliena. & emphy. §. quia verò leonis. & fuit j. l. quæ fuit facta super prohibitione alienationis bonorum immobiliū ecclesiasticorū: fuit tamen localis. scilicet duntaxat in ecclesia Constantinopolitana. Sed per alios imperatores tracta fuit ad alias ecclesias, & pia loca. vt in auē. hoc ius porrectum. & diuiditur in tres partes.

1 vt in glo. in prima parte quæ durat vsq̄ ad §. [sanè.] †Not. primò circa primam diffinitionem, œconomi. nā est ille qui admi-

e nistrat bona ecclesiastica. & debet esse clericus, & non laicus: vide j. de episco. aud. l. decernimus. in tex. & glo. & quæ sit differentia inter œconomum, syndicum, & actorem. vide bonā gl. ff. quod

2 cuiusq̄ vni. no. l. j. §. quibus. super ver. œconomum. †Not. secundò in ver. [annonas ciuiles.] eum gl. quod reditus annui computantur inter immobilia. & ideo disputando tenet Fede. de se. nō valere legatum annuum factum fratribus prædicatoribus, qui possunt immobilia retinere. vt habetur in quæstionibus suis. q. xij. per hoc etiam patet q̄ in tali iure percipiendi annuos reditus est dare petitorium, & possessorium, sicut pro alijs rebus immobilibus. & est de hoc casus in c. querelam. de elec. vbi spoliatus quasi possessione talis iuris, restituitur ante omnia per interdictum vnde vi. & tamen illud habet locum in possessione rei immobilis. vt in l. j. §. si quis de naue. ff. de vi & vi ar. nec compe-

d tunt pro re immobili: nisi cohæreant rei immobili, de qua quis fuisset spoliatus. vt ea. l. §. j. & etiam hic. cum loquitur de colonis

3 & mancipijs existentibus in fundis. †No. tertiò ibi. [sed ea prædia diuidere &c.] quod qui nō potest alienare. potest tamen di-

d uidere. Sed contrà. quia diuisio[d] est alienatio. vt j. communia vtriusq̄ iudi. l. j. & l. si pupillorum. in prin. ff. de re. eorum. glo. propter hoc dat plures sol. sed recollige tex. istū procedere in tribus casibus. primus, quando esset diuisio facti & non iuris. puta gra-

4 tia cōmodioris culturæ. vt l. Caius. §. j. ff. de lega. ij. †Et ideo quidam antiqui disputarunt quod pupillus si habeat prædium cōmune cum alio, certum est quod nō potest illum prouocare ad diuisionem iuris: nisi ex iusta causa. vt statim dicam. sed an possit ad diuisionem factam gratia commodioris culturæ? & fuit determinatum quod sic per istam glo. cum tex. & per l. Lucius. ff. fami. ercis. vt refert Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de curatore. super rubrica. vbi omnino vide. Secundò potest procedere iste text. quando ecclesia esset prouocata à socio. quia tunc esset alienatio necessaria. sed per istam l. non prohibetur nisi voluntaria. & hoc probatur in simili in d. l. si pupillorum. vbi de hoc dicitur in pupillo vel minore. Tertius casus. quādo expediret ecclesiæ diuidere: quia habebat socium rixosum. quod est sing. secūdum Doct. & probatur in l. si conuenerit. ff. pro socio. Et in duo

5 bus casibus potest diuidere diuisione iuris. †Quartò dicit Bald. per istum text. dum infrà dicit. [patrimonium suum patrémue &c.] quod licet fiat quæstio an ualeat donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, quando fit alteri quàm ecclesiæ. vt not. in l. fina. j. de pact. quando tamen fit ecclesiæ, non est dubium quod ualet per istum textum, qui tamen non multum astringit. quia potest intelligi de patrimonio præsenti. Bartol. ta-

6 men in d. l. fina. videtur hic tenere quod dicit Bal. †Quartò not. ibi. [beneficij colorati.] à contrario sensu. quod prælatus etiam sine solennitate requisita potest remunerare benemerentes de bonis ecclesiasticis, propter seruitia impensa ecclesiæ, vel sibi. quod intelligendum tamen si de talibus beneficijs appareat. nō enim stare[t] verbis ipsius prælati: quia posset hoc dicere in fraudem, & coloratè. vt hic. & argumen. in l. si fortè. de castren. pec. & quod not. in l. si donatione. infrà. de collatio. Item intellige de rebus mobilibus prælati tā in vita quàm in morte. & sic in præiudicium successoris ad quem illa deberent pertinere. vt not. in capitu. relatum. de testamen. de immobilibus verò non quantum ad perpetuam alienationem. Sed quantum ad temporalem & moderatè posset. super quo vide quod not. Ioan. and. in addi. Specul. de rebus ecclesiæ non alie. super rubrica. vbi narrat de quodam prælato, qui consanguineis suis qui ipsum fecerūt promoueri, concesit tanquam pro beneméritis & pro seruitijs impensis vltra duas partes reditus Episcopatus sui: quousq̄ viueret. & consilio cuiusdam docto. fuit factum instrumentum ita solenniter quod eius successor vix potuit obtinere quod rescinderetur. finaliter obtinuit; propter immoderatam remunerationem, & dicit quod illi doctori malè posteà successit. quem illimet quibus seruiuit expulerunt de omnibus bonis suis. & meri-

7 tò. †quia non debent Doctores (vt ipse dicit) donum Dei scilicet scientiam quam eis tribuit, trahere ad talia iniqua compendia. & vide super isto argumē. quod not. Barto. in l. ambitiosa. ff. de decret. ab ordi. fa. circa finem. facit l. diuus. ff. si quid in fraud.

8 patro. †Item in fine huius partis in versicu. [peruenisset.] est casus de eo de suo plurimum dubitant Docto. in l. placet super eodem. An cōcessa priuilegia[e] ecclesijs super eorū bonis per leges

imper

imperiales trahantur ad ecclesias ædificatas post illas ll. vel ad bona posteà quæsita? nam hic patet quod sic. facit. l. si seruitutis.

9 ff. de serui. vr. præ. †Not. etiam quod ecclesia nūquam moritur.[a]

a sed semper est perpetua. facit. cap. si gratiosè. de rescript. lib. vj. & quod debent habere bona similiter perpetuò pro sustentatione deseruientium ecclesijs. quod est contra hæresim istorū de Boemia: qui dicunt contrarium. quod procedit ex summa superbia. cùm velint plus sapere quàm omnes antiqui qui fuerunt à mille annis citra.

1 ¶Pœna priuationis pretij, applicatur ecclesiæ quæ fuit læsa, & quid in pretio non dato, sed promisso?
Omnis pœna legalis applicatur illi qui læditur ex actu, propter quem pœna imponitur, & quid in pœna testatoris?
3 Statutum si dicat quod decedente uxore in matrimonio uir lucretur dotem datam: quod etiam lucrabitur non datam, sed promissam, si mulier fuit in mora soluendi: & qualiter dicatur in mora? & nu. 4.
4 Vir propter moram in soluendo dotem, potest uxorem expellere, & alimenta denegare: & requiritur prius interpellatio. licet secus quantum ad soluendas usuras.
5 Ille idem œconomus qui uendidit potest uenditionem retractare, & sic uenire contra factum suū, postquam contractus est reprobatus, & non uenit nomine suo, sed nomine ecclesiæ.
Quod idem sit in quocūque alio administratore, qui uendidisset uel alienasset contra prohibitionem.
6 Delinquens in officio debet illo priuari, nec ad tale officium amplius assumi. & idē in prælato qui priuaretur prælatura si dissiparet bona.
7 Verbum priuetur requirit sententiam: sed uerbum priuatus sit tunc intelligitur ipso iure: & quid si dicatur mox priuetis?
8 Qui uenit priuandus officio: potest antequam priuetur ipsum exercere.
9 Notarius si uenit priuandus officio notariatus, an antequā priuetur, ualeant instrumenta per ipsum confecta?
10 Quando idem possit esse notarius & iudex, & scribere acta, tanquam notarius facta coram se, tanquam coram iudice.

1 §. Sanè si hæc. †Hic punit contra facientes. & primò recipientes rem ecclesiæ contra prohibitionem huius legis, duplicī pœna. quia vendicatur ipsa res, & etiam perditur pretium solutū. Item punit dantē. s. œconomum, vel administratorē ecclesiæ duplici similiter pœna: quia priuat officio, & tenetur ecclesiæ ad omne interesse. Et de iure canonico prælatus tanquā dissipator priuatur beneficio, vel dignitate. tertiò punit tabellionē scribentē: & iudicē authorizantē similiter duplici pœna. s. exilij. & priuatione dignitatis. secunda ibi.

2 [œconomus.] tertia ibi. [his tabellionibus. † Not. in ista parte q̄ pœna priuationis pretij applicatur ecclesiæ quæ fuit læsa. & idem in omni pœna legali. vt applicetur illi qui læditur ex actu propter quem pœna imponitur. vt l. fi. ff. de litig. nō sic in pœna testatoris: quia si mandat hæredi q̄ non molestet vxorem in vsufru. sub pœna priuationis hæreditatis. & non dicat cui applicetur. nō applicabitur vxori molestatę. vt l. vxorem. §. hæres delegat. de leg. iij. & vide ibi oīno Bart. Itē no. in verbo. [data.] glo. dicit esse idē in pretio nō dato, sed ꝓmisso: vt possit peti ꝓ ecclesiā ab emptore malæfidei. per auē. q res. j. eo. vt habeē in glo. quę incipit. [Sic ergo.] quod tū dic plenius vt ibi no. nā inducitur ad

3 quæstionē statuti dicentis † q̄ si vxor decesserit in matrimonio,

b vir lucreē dotē datā, q̄ etiā lucrabit dotē, nō datā sed ꝓmissam.[b] sed qdā disputādo tenuit cōtrariū: quia statutū est stricti iuris: & nō debet extendi ad casum diuersum. quod etiam tenet Bar. nec obstat ista glo. quia posito quod verū diceret, hoc non contingeret authoritate istius tex. qui nō loquitur nisi de pretio dato: sed per extensionem alterius. l. scilicet factum illius authēti. qui ressed istud statutum per aliud non proponitur extensum. ego habui istum casum pluries de facto, & reperi Bart. consulentē contrarium. veritas est quod si mulier fuit in mora soluendi dotem promissam: vir debet eam lucrari, sicut si fuisset sibi soluta. & potest petere eam ab hæredibus mulieris: ne in potestate mulieris sit quod vir nunquam eam lucretur. & sic sentiet commodum

4 ex mora sua. & ita potest procedere consilium Bart. † facit in au-

c then. de non eligen. secundò nuben. §. pe. vbi vir propter morā in soluendo dotem: potest eam expellere, & alimenta denegare: non tamen puto esse in mora propter hoc solum quòd vir sustinet onera matrimonij ad hunc effectum. sed requiritur interpellatio. licet secus quantùm ad soluendas vsuras postquam vir implet ex parte sua iuxta not. per Bartol. in l. de diuisione. so-

5 luto matrimonio. ff. † Item not. in text. cum glo. super ver. [œconomus.] quod ille idem, œconomus qui vendidit potest vendi tionem retractare, & sic venire contra factum suum, postquam

a contractus est reprobatus, & non venit nomine suo, sed nomine ecclesiæ. & idem in quocunque alio administratore qui vendidisset vel alienasset contra prohibitionē. b l. vt not. Barto. j. de iure fis. libr. x. l. si minori. vbi etiam dixit istam. l. cum simi. habere locum etiam si œconomus vēdidisset rem quæ non esset ecclesiæ. sed sibi obligatam: & eam vendidisset iure creditoris. eo casu c quo non potuisset, vt ipsemet possit retra-

6 ctare. †In secunda parte in versi. [œconomus.] not. quod delinquens in officio debet illo priuari. & adde quòd ad tale officium amplius vnquam non debet assumi. vt not. in authen. de armis in fi. & per Bal. infrà de ser. fug. l. mancipia. & sic similiter prælatus priuaretur prælatura, si dissiparet

7 bona. vt in c. quorundam. de solu. † Itē not. text. cum glo. dum dicit [priuetur.] & non dixit priuatus sit. vnde glo. dicit quod debet priuari per sententiam iudicis. sed si di-

d ceret priuatus sit: tunc ipso facto esset priuatus per sententiam. l. & ista glos. semper allegatur. quando quærit an pœna priuationis infligatur ipso iure, vel per sententiā iudicis. & adde quod si addijceretur dictio

d mox[d] vel incontinenti: etiam si diceret priuetis, statim est priuatus ipso iure. vt no. in authen. de incest. nup. §. j. & per Barto. in l. Imperator. ff. de iu. fis. & in authent. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & l. in criminali. j. de iurisdictione omnium iudi.

8 †Item patet ex prædictis iuncto eo quod not. in præcedenti particula, quòd ille qui venit priuandus officio: antequam priuetur possit ipsum exercere. nam iste œconomus potest cōtractum retractare antequā sit priuatus per sententiam vt ibi no. & hic

9 in glos. super ver. [priuetur.] † & sic faciat ad q. Si notarius venit priuandus officio notariatus, quod antequam priuetur, valeant instrumenta per ipsum confecta. sed in contrariū facit. l. si aliquid. j. de suscepto. & archa. lib. x. & l. si qs ex argētarijs. §. j. cū

e ibi no. ff. de edē. Breuiter aut venit priuādus ꝓpter crimē, nō tū commissum in officio, & tunc procedit quod dixi. quod etiam vult Bart. in l. eadē. ff. ad l. iul. pecu. Aut propter crimen in officio commissum, vt quia confecit falsum instrumentū, & fuit cō demnatus de falso: non tamen fuit priuatus officio per sentētiā: & tunc est distinguendū an illa condēnatio sit notoria, & nō da bitur fides instrumentis posteà confectis. ita intelliguntur iura bitur fides instrumentis posteà confectis. ita intelliguntur iura in contrariū allegata: nec ob. iste tex. quia quod dixi ꝓcedit propter derogationē fidei, quia si cōmisit falsum in vno, præsumit cōmittere in altero. Sed hic licet veniat priuandus propter alienationem factā, nunc cū reuocat non alienat, sed alienata recuperat. & sic cessat ratio: sed si condemnatio esset occulta, valeret instrumēta per ea quę not. in auē. de tabel. §. pe. & cū ista distinctiōe debet saluari qd̄ no. Spe. in ti. de instr. edi. §. restat. ver. qd si tabellio. & Inn. in c. fraternitatis. de hæret. qui dicūt indistinctē valere instrumēta: si nō est priuatus officio expresè, licet sit condēnatus de falso instrumēto. ita videē etiā distinguere Bal. §. de sum. trin. in l. cūctos populos. & vide qd̄ per eū no. in l. & militibus. j. de test. milī. & in l. ij. de sen. & interlo. om. iud. † Vltimò in

10 ver. [his tabellionibus.] no. tex. cū glossella q̄ ici. [id est scriptura.] qd̄ idē pōt eē iudex & notarius, & scribere acta tāq̄ notarius facta coram se, tāq̄ coram iudice, qd̄ vī esse cōtra i c. qm̄ cōtra falsam. de ꝓba. sed itellige istū tex. cū gl. in his q̄ sunt volūtarię iurisdictiōis: puta i iterponēda authoritate i emācipatiōibus vel adoptiōibus, vel ēt i cōtētiosa iurisditiōe. i breuibus tū causis q̄ bus sicut credit ꝙbo suo, ita & eius scripturę. vt i auē. nisi breuiores. j. de sen. ex breui. re. & ita faciūt vicarij comitatus hñtes cognoscere de paruis causis, quia si sunt notarij, ipsimet cōficiūt acta &c.

e ¶Ecclesia nunquam moritur. Adde text. in c. liberti. iuncta gl. j. xij. q. ij.

¶Promissam. Adde quod Ale. de Imo. in consi. lxiij. col. fin. in iiij. vol. dicit hanc opin. esse magis verā & allegat Ang. in cō sil. clxxix.

Pōt eam expellere: Adde gl. in authē. de nō eli. ij. nubē. text. in §. fi quis sub potestate. auth. de nup. Bal. in l. fi. C. de senten. q̄ sine cer. quantita. & in l. q̄ in vxorē. C. de neg. gest. Lud. ro. in l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. Ant. de But. in c. per vestras. de dona. inter vir. & vxo. Abb. in c. j. de adul. & in c. salubriter. de vsu.

d ¶Dictio, mox. Adde glo. in authent. de incestis nup. Bald. in l. Mæuius. in §. duobus. in vlt. colū. ff. de leg. ij. & ad directa. hic vide Alex. in d. l. Imperator. in apo. & per quæ verba impo natur pœna ipso iure per Fran. Are. l. c. si diligenti. co. iij. de foro cōpe. & Barba. in cō sil. suo xij. col. x. in j. vo. & aliquid in ꝓpositio etiā ꝙ Alex. in cōsi. ciij. in j. vo. Cur.

e ¶In breuibus tñ causis. Adde Bar. in auē. nisi breuiores. j. de sen. ex breui. reci. & Abb. & ibi Doct. in c. qm̄ contra falsam. extrā de proba. maximè per Aret. in fecūdo no. & in c. iij. e. tit. Matheſi suo no. j. & repetentes in l. admonendi. ff. de iureiurā. Cur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Absentes. Adde hic not. per Doct. maximè per Feli. in c. cum omnes. co. xiij. in fi. cum duab. seq. extra de constit. Cur.

2 ☞ Alienatio rei ecclesiæ quando de iure canonico totaliter admittatur.

§. Sanè ne omnis. †Hic permittit posse alienari vsumfructum rei mobilis ecclesiasticæ, ad certũ tempus, vel ad vitã recipientis. dũ tamen recipiẽs promittat finito tẽpore vsufructus, restituere rẽ ecclesiæ, & etiã aliam rẽ suam non minoris valoris quàm illa sit, quantũ ad proprietatem & vsumfructũ, aliàs vult contractũ non valere. sed per auth. quæ infrà sequuntur, ab illa auth. si quas ruinas. vsq; ad auth. hæc vsus prestatio permittitur alienatio in pluribus aliis: maximè quando nõ fit ex toto, sed quò ad vtile dominiũ, remanente directo penes ecclesiam. †Et de iure canonico permittitur totalis alienatio, si vtilitas ecclesiæ hoc suadeat, vt in c. fine exceptione. xij. q. ij. & in c. ij. de reb. eccle. non alie. lib. vj.

2 ☞ Hospitale priuatum non constructum cum authoritate episcopi, non reputatur locus pius. & relicta tali hospitali non applicantur sibi, sed Episcopus distribuere habebit inter pauperes, nec in eo habet locum ista authenti.

Quid in relictis pauperibus in genere, non existentibus in certo loco? quod talia possint uendi siue solennitate de qua hic.

Quid in relictis fraternitatibus laicorum: cum non contineantur appellatione locorum piorum.

In religionibus quæ capiunt non ut retineant, sed uendant, non seruatur ista authen.

3 Quæ solennitas requiratur in alienatione rei ecclesiæ uel locorum piorum. & quod in quatuor casibus tantum possint tales res alienari. sed in aliis casibus (si fuit seruata solennitas requisita) ualeat contractus. sed ecclesia læsa potest petere restitutionem in integrum.

Tres casus in quibus absentes sunt uocandi, & quando maior pars duarum partiũ quæ sunt præsentes, sufficiat quod consentiat.

4 Episcopus uel Abbates exempti non possunt uendere rem immobilem Episcopatus uel abbatiæ etiam ex causa necessitatis: nisi cum licentia Papæ.

5 Casus in quibus creditor tenetur esse curiosus quod pecunia conuertatur in utilitatem accipientis. & nu. 6. & 8.

6 Creditor ecclesiæ compellitur recipere insolutum rem pro pecunia: & compellitur recipere rem mediocrẽ: addita in pretio decima parte æstimationis, ultra illud quod reperitur in subhastatione, sed regulariter secus.

7 Quando uenditur res alicuius ecclesiæ, Episcopus qui interponit authoritatem, & etiã notarij curiæ suæ non debent aliquid recipere pro sportulis & labore, licet seruetur contrarium.

AVTHENTICA.

1 Hoc ius porrectum. †Diuide istam authen. in tres partes, omissa diuisione aliorũ. In prima parte confirmat prohibitionem alienationis factã per l. iubemus. vt indistinctè locũ habeat in rebus donatis ecclesiæ per imperatorem: vt nullo casu possint alienari. & extendit eã ad alias ecclesias. & pia loca. cũ ille loquatur tantũ in ecclesia cõstantinopolitana. & etiam extendit eam ad contractũ pignoris. ex quo etiã non trãsfertur dominiũ. cũ illa loquatur in venditione & donatione & aliis ex quibus transfertur. & hoc vsq; ibi. [in cæteris.] ibi est secunda pars: in qua permittit alienationẽ posse fieri in rebus aliũ de prouenientibus ecclesijs quàm ab imperatore in vno tantum casu, scilicet necessitatis, quãdo imminet æs alienũ. & ponit in effectu. xij. per ordinem. quæ requiruntur dicto casui ad hoc vt alienatio valeat, quorũ quatuor concernunt substantiam debiti, & alia cõcernunt solennitatem cõtractus. vsq; ibi. [emptore verò nõ inuento.] ibi. Tertia. in qua ponit tria vel quatuor specialia in ecclesia, quando non reperitur emptor, quæ nõ sunt in alio debitore. Venio ad casum. Imperator considerans dispositionẽ, l. iubemus. q; erat nimis stricta. quoniam non loquebatur nisi in bonis ecclesiæ constantinopolitanæ, illam extendit ad omnes alias ecclesias, & extendit etiam ad alios contractus. scilicet emptionis & donationis. confirmat etiã eam. †Circa primam partẽ debes scire quod ista auth. licet habeat locum in monasterijs, & hospitalibus, dũ dicit. [ad omnem venerabilem locum.] & probatur j. tit. j. l. orphanotrophos. non tamen habet locũ in hospitali priuato, quod non esset constructũ cũ authoritate episcopi. quia non reputatur pius locus. vt no. in cle. quia cõtingit. in fi. de reli. do. & relicta tali hospitali nõ applicarẽtur sibi: sed Episcopus haberet distribuere inter pauperes. vt hic not. Bal. qui etiã dicit nõ habere locũ in relictis pauperibus in genere non existẽtibus in certo loco: nam & illa possunt vendi sine ista solennitate. & eodem modo in relictis istis fraternitatibus laicorum. quia nõ continentur appellatione piorũ locorũ. nec etiam habet locũ in religionibus quæ capiunt non vt retineant: sed vt vendant. vt sunt fratres prædicatores: cũ illa venditio fiat ex necessitate. vnde nõ est seruãda ista auth. arg. in l. magis puto. §. si pater. ff. de re. eorũ. & similiter in hospitali Senensi. quod tenet quolibet anno vẽdere certas possessiones quæ ad ipsum perueniunt. & nisi sic fieret, breui tẽpore omnia essent sua. vnde cõmune Senarum ita prouidit. licet illa prouisio nõ valet de iure secundũ Bal. tamẽ ea præsupposita nõ requiritur ista solennitas, ratione prædicta. †Circa secundã partẽ dic quod licet ista auth. sit canonizata. x. q. ij. c. ea enim. §. hoc ius porrectũ. non tamẽ de iure canonico requiritur tanta solennitas. Sed sufficit consensus rectoris cũ consensu capituli, si habet. & cum authoritate superioris. puta episcopi, si est ecclesia secularis, vel superioris abbatis: si est religio exempta. quia illevicem episcopi tenet. & etiã requiritur tractatus. & licet hic ponatur vna tãtum causa. s. necessitatis æris alieni. de iure tamen canonico sunt tres aliæ propter quas potest fieri alienatio in totum: scilicet causa vtilitatis. Item causa pietatis. Item causa minoris incõmoditatis. quod dic per gloss. sing. & not. xij. q. ij. in summa. Sed ideo fuit canonizata ista authen. vt videretur effectus principalis erga ecclesias. non vt ecclesia voluerit eam recipere de necessitate. Item nota. quia non sunt vocandi absentes, dummodo duæ partes sint præsentes. & maior pars istarum duarum partium consentiat. vt not. glo. singula. in c. præsentium. de testib. lib. vj. quæ dicit. in tribus tantum casibus esse necesse vocari absentes* in electione prælati. Item in receptione canonici quando cessatur à diuinis. quæ glo. semper allegatur. & per hoc patet intellectus ad glo. hic. quæ incipit. [quæ attenditur.] quid autem si non subest aliqua de quatuor causis. de quibus suprà. fuit tamen seruata solennitas tractatus, & etiam consensus superioris: dicit glo. s. allegata. xij. q. ij. in summa in fine valere contra eum mero iure: sed si ecclesia læsa sit vt possit petere restitutionem peti. c. j. de resti. in integ. dicit etiam hic Bal. nõ requiri subhastationem hodie de iure canonico. quia non reperitur expressum. †Item debes scire quod Episcopus & etiã Abbates exempti non possunt vendere rem immobilem episcopatus, vel principalis abbatiæ, etiam ex causa necessitatis: nisi cum licentia papæ: quia iurant hodie non alienare romano pontifice incõsulto: vt in c. ego. de iureiur. habent ergo locum quæ s. dixi in inferioribus ecclesijs, vel monasterijs, quæ subsunt Episcopo, vel superiori Abbati, vt possint cum licentia eorum in dictis quatuor casibus alienare. & vide c. j. & ij. de reb. eccle. non alie. lib. vj. & clementinam monasteriorum. eod. tit. †& no. hic casum ibi. [pretio modis omnibus pro debito dando. &c.] in quo creditor tenetur esse curiosus quod pecunia conuertatur in vtilitatem accipiẽtis. scilicet quando venditur res ecclesiæ pro soluendo debitũ. aliud casus ponitur in fi. in eo, qui mutuat ecclesiæ: aliud ponitur in c. j. de deposito. extra. istos. dicit ibi Inno. secus, & ideo si Abbas recipit pecuniam à mercatore pro induendo monachos. & cõstat quod indigebant indumento: licet posteà indumenta non conuertat in hoc, sed sibi retineat, tenebit ecclesia & successor istius abbatis illi mercatori secundum Inno. †In vltima parte no. plura specialia. Primò, quod creditor ecclesiæ compellitur recipere in solutum rem pro pecunia: regulariter secus. vt in l. ij. §. j. vel ij. ff. si cert. pet. & ibi not. Item quod compellatur recipere rem mediocrem. regulariter secus. quia quando datur res in solutũ, quia non reperitur emptor: debet dari melior. vt in authen. de fideiuss. & not. in d. l. ij. Item quia additur decima pars æstimationis vltra illud quod reperitur in subhastatione. Item & quartò. quia creditor debet esse curiosus quod vertatur in vtilitatem ecclesiæ regulariter secus. vt in l. doli. §. diuersum. ff. de dona. †Not. etiam in secunda parte dum dicit. [habitis absq; dispẽdio gestis.] quod quando venditur res alicuius ecclesiæ, Episcopus qui interponit authoritatem, & etiam notarij curiæ suæ non debent aliquid recipere pro sportulis & labore. cuius contrariũ seruatur. & malè. quia volunt tantũ pro centenario. ideo faciles sunt in protestando. vide hic per Doc. qui infinitas ponunt quæstiones. & vide glo. notab. in l. j. j. de vend. re. ciui. lib. xj. †& dicit q; etiam ille qui mutuat administratori ciuitatis: debet esse curiosus q; pecunia conuertatur in vtilitatem ciuitatis: aliàs non repetit per l. ciuitas. ff. si cert. peta. secus dicit in eo qui contrahit cum procuratore fisci. & istud est notabile. nã regulariter fiscus est magis priuilegiatus quàm ciuitas. hic secus.

AVTH.

AVTHENTICA.

1 Sicut alienatio. In ista auth. cum duabus sequentibus confirmatur prohibitio. l. iubemus. vt habeat locum indistinctè in tribus casibus qui ponuntur in eis. †No. ex ista authen. damnũ contingere interdum in acquirendo, sicut in alienando. & dicit Bal. per istam authen. q; si ecclesia adiuit hæreditatem sine beneficio inuentarij, secundùm quosdam non valet aditio, ne cõsequatur damnum, vt hic, secundùm alios valet: sed non tenetur vltra vires hæreditarias, & hoc magis placet. de hoc vide per Bar. in l. fi. j. de iure delibe.

2 ☞ Si uenditur res ecclesiæ, cum pacto quòd nisi soluatur pretium infra certum tempus liceat uẽditori propria authoritate rem ingredi. an poterit rem recuperare? q; sic.

AVTHENTICA.

1 Multomagis. †Ista authẽ. semper allegatur q; propter quod vnũquodq; & illud magis: quia priuilegia quæ dantur bonis ecclesiasticis ne alienentur dantur propter ecclesiã ergo multomagis prohibetur ecclesia alienari. Ista tamen regula fallit interdum, vt no. glo. in cle. fin. de rebus eccle. non alie. quæ incipit videbatur. quia interdũ est dare maiorẽ rationem, in vno quàm in alio, & tñ non est dare idem ius vt ibi no. †Et not. hic ar. quod si venditur res ecclesiæ cũ pacto quod nisi soluatur pretium infra certum tempus licet venditori propria authoritate rem ingredi, & recuperare, non valeat, & ita videtur sentire Inno. in c. cæterũ. de iudi. quia est facta sancta sanctorũ domino: postquã peruenit ad ecclesiam. vnde non debet redire ad pristinũ vsum laicorũ, vt hic dicitur. Sed ista authen. nõ facit, quia loquitur in ipso monasterio, vel ecclesia cõsecrata. nos loquimur in alijs bonis prophanis: quæ non prohibentur redire ad laicos ex iusta causa. vide quòd no. Barto. in l. iij. j. de pigno. & quod not. in addi. Spec. in tit. de pac.

2 Prælati an possint concedere res ecclesiæ consanguineis suis pauperibus & bonæ famæ?

3 Quid si sint etiam diuites & potentes, quas res: & qualiter poterunt eas locare, uel cõcedere in emphyteusim, uel feudum.

4 Prælatus relictus executor testamenti ad distribuendum bona inter pauperes: an possit distribuere in suos consanguineos, uel in suam ecclesiam?

AVTHENTICA.

1 Quibuscunque modis. †Not. ista auth. quæ semper allegatur contra prælatos qui concedunt suis cõsanguineis res ecclesiæ: nam etiam si subsit iusta causa alienãdi, & etiam si adhibeatur omnis forma: non tenet ratione personæ in quam sit. quod est intelligendum etiam si palam hoc fiat, & bona fide, & est speciale, secus in alijs administratoribus. vt j. de contrahen. empt. l. cum ipse. hoc tñ qualiter intelligatur & limitetur, vide bonam gl. in c. decenter. lxxxix. distinctione. & in
2 c. non satis. lxxxvj. dist. †quæ videntur intelligere de consanguineis diuitibus & potentibus, de quibus est suspicio: secus in pauperibus & hominibus bonæ famæ, in quibus cessat suspicio: de hoc etiam per Archi. x. q. ij. c. Episcopus. & Fede. de fe. in consi.
3 lj. †& hoc in alienatione perpetua. sed locatio ad modicum tempus non prohibetur eis fieri. nec etiam concessio in feudum vel emphyteusim de rebus consuetis infeudari, & de nouo reuersis ad ecclesiam, dummodò concurrant alia propter quæ posset cõcedi extraneo: quia ecclesia in hoc non læditur in aliquo. debet ergo intelligi in ista authen. de rebus quæ sunt dãnosæ ecclesiæ. i. non consuetæ dari in emphyteusim, vel feudũ secundũ docto. hic. & Io. an. allegat istam aut. in addi. Spe. de instr. edi. §. nũc verò aliqua. in addi. quæ incipit cõtinuatur hic alia qõ. ante fi. §. ad
4 q. de prælato † relicto executore testamenti ad distribuendũ bona inter pauperes, an possit distribuere in suos consanguineos? vel in suam ecclesiam, & ibi omnino vide.

2 ☞ In pari turpitudine, potior est conditio rei quàm actoris.

AVTHENTICA.

1 Vi res. †Ista authen. respicit secundam partem. l. iubemus. s. j. §. sanè. vbi puniuntur contra facientes, & primò ille qui recipit rem ecclesiasticã contra prohibitionem, vt perdat rem, & etiã pretiũ quod dedit. & hoc firmat vsque ibi [sed aduersus.] postea addit tria quæ non ponuntur ibi. s. quod emptor licet non repetat ab ecclesia pretium quod dedit. repeti tamen ab œconomo qui vendidit. Item quod donatarius qui nihil debit vt ecclesia aliquid lucretur propter eius dolum non solum perdit rem: sed tantũdem de suo q; applicetur ecclesiæ. supple quod illud recuperabit ab œconomo. & hoc quando emptor & donatarius fuerunt boneſi dei. aliàs à nomine recuperant & per illud ver. [donatarius.] gl. in illo §. sanè. tenuit supplendo illum text. dum dicit dato q; etiã si pretium non erat solutũ, possit peti ab emptore: vt ecclesia lucretur, licet quidam dixerint contrarium per rationẽ: quia quædam honestè retinentur, quæ non honestè petuntur. Sed hoc poterat procedere ante istã auth. sed ista vult quod ecclesia aliquid lucretur de alienatione indebitè facta, sed nihil lucraretur si emptor solum restitueret rem emptam. & nihil solueret de pretio. additur & tertium in creditore qui recipit rem pignori indebitè: vt restituat rem, & cadat à debito, sed illud posset recuperare ab œconomo, quod intellige vt dixi si erat bonæfidei, quia œconomus non vendidit, nec donauit, nec pignorauit tanquã rem ecclesiæ, sed tanquã suam. aliàs quia isti essent in dolo, sicut œconomus si nihil ab eo repeterent, tũ quia dolus eũ dolo cõpensat.
2 tũ etiam † quia in pari turpitudine potior est conditio rei quàm actoris, vt in l. si seruum. §. sequitur. de ver. obli. qñ autẽ hic sunt bonæfidei gl. vult quod si non posset recuperare ab œconomo, quia non est soluendo, recuperet ab ecclesia: ne locupletetur cũ aliena iactura, & hoc si soluerũt, aliàs possunt retinere aduersus ecclesiã. licet hoc non dicatur hic. nec ibi tamen glo. de æquitate ita determinant quòd ecclesia quæ est auctrix iustitiæ, non debet pati aliquid impium à se, vel à suis fieri: vt dicit text. in vsi feudorum.

2 ☞ Cùm expedit ecclesiæ q; eius res concedatur in emphyteusim, tunc potest cõcedi etiã in perpetuum. & pro quanta pensione possit concedi?

3 Quid si non esset damnum ecclesiæ, nec etiam utilitas. q; adhuc is qui administrat possit rem dare in perpetuam emphyteusim, & quod tunc nõ possit diminuere nisi sextã partem pensionis solitæ, & quando possit dari pro minori pretio? & nu. 4.

4 Qualiter intelligatur illud uerbum in perpetuum.

AVTHENTICA.

1 Si quas ruinas. Ista authent. cum seq. concernit, tertiam & vltimam partem l. iubemus. s. in qua permittitur alienatio vsusfructus rei ecclesiasticæ, cum pactis etiam de quibus ibi. Sed per istas authent. extenditur permissio vt possit interdum alienari quò ad vtile dominium, remanente pœnes ecclesiam directo, vt contingit quando datur in emphyteusim: vt in ista authentica, cum sequen. Item interdum etiam quò ad dotalem alienationẽ vt in tribus casibus qui habentur in tribus authenti. sequen. vsq; ad authenticam, qui rem. postea in illa authentica, declarat quædam dubia circa istas duas primas. deinde in authentica, hæc vsus præstatio. declarat alia dubia circa casum. l. iubemus. §. fina. quando alienatur vsusfruct. duntaxat, & istæ duæ primæ reputantur difficiles, & habent materiam quotidianam, & videntur adinuicem contrariari. maximè ver. aut si ob cladem, positus in authen. perpetua, ad istam authenticam, si quas. vbi permittitur diminutio pensionis quando res erat ruinosa, & in illo ver. non permittitur, licet fuerit deterior facta ob cladem. & super isto cõtrario gloss. laborat. & intelligit illum ver. secundum distinctionem istius authenti. Sed iste non est bonus intellectus, imò intelligitur simpliciter vt iacet. ideo dic quod sunt casus diuersi: qa ista prima loquitur in ruinosis, in quarum refectione opus est magna impensa: ideo fit diminutio, sed ille versi. loquitur in non ruinosis, licet deterioribus factis: in quibus nõ fit diminutio: qa non est opus tanta expensa vt deducantur ad pristinum statum ita dicit Spe. in tit. de loca. §. nunc verò aliqua. versi. vij. vbi quasi per duas columnas non tractat nisi de materia istarum duarũ authentic. & multa bona dicit ad declarationem ipsarum, & ibi
1 omnia vide. †hoc ergo dicunt istæ authen. in summa quod quãdo expedit ecclesiæ, vel saltem non est ei dãnosum, de quo stat iuramento ipsam regentium: potest res ecclesiastica concedi in perpetuam emphyteusim pro pensionibus de quibus hic secundum diuersitatem casuum. h. d. Venio ad casum. Imperator leo concesserit q; non possit alienari res ecclesiastica, nisi quo ad vsumfr. vt in l. iubemus. postea in casu necessitatis permissum est alienari etiã proprietatẽ, vt in auth. hoc ius porrectũ. nunc verò loquitur nõ in casu necessitatis, sed vtilitatis, ne domus ruat: ex qua re ecclesia nullã postea habebit vtilitatẽ. vñ dicit Imperator hoc casu volo quod talis res ecclesiastica deꝛ in emphyteusim,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt omnino nõ alienetur.nã emphyteuta habetvtile dñium,& ec
clesia directũ.& dicit quod licet tunc ipsi emphyteutæ vti mate
2 ria domus ruinosæ ad reparationẽ.†Pro declaratione istarũ au
then.distingue tres casus.nam cũ non expedit ecclesiæ quod nõ
cõcedatur in emphyteusim, nõ debet cõcedi nec perpetuò, nec
ad tẽpus.ita loquitur.c.apostolicos.xij.q.ij.aut expedit,vt qñ res
erat ruinosa,& nõ poterat refici ab ecclesia: vel eius reditus erãt
diminuti ob cladẽ,vel aliã causam. & tunc potest cõcedi etiã in
perpetuã emphyteusim.vt in istis authenti. Sed si quæritur pro
quanta pensione.distinguitur:aut erat res ruinosa, in cuius refe
ctionem magna imminet impensa,& tũc si vult quod pẽsio sta
tim incipiat currere,potest dari pro tertia parte pensionis solitæ:
vt si solebat dari antequam esset ruinosa pro xij. detur pro qua
tuor,& octo remittantur secundùm vnum intellectum glos. vel
detur pro octo,& remittuntur quatuor secũdùm alium intelle
ctum,quem tenet Speculator tanquàm æquiorem.in d.ver. vij.
Sed si non vult q incipiat currere pensio nisi post reædificatio
nem, tunc debet dari pro pensione quæ reperitur tempore quo
datur.& pro dimidia eius quod reperiebat plus postquã erat re
fecta. vt si tempore quo datur reperiebantur sex : & postea au
geantur alia sex,detur pro nouem.hoc dicit ista authen. si quas.
Sed si res non erat ruinosa, sed alio modo fuerunt reditus dimi
nuti.tunc debet dari pro illa pensione quæ reperitur cũ datur.&
nihil de illa minuitur: vt si reperiebantur sex,cũ prius reperiren
tur.xij. & nihil addit postea ex his in quibus meliorabitur res.vt
in authen.perpetua.versic.aut si ob cladẽ. Sed si est res pretiosa,
quæ nec est ruinosa,nec eius reditus sunt diminuti,sed nunquã
ex ea fuit cœpta magna vtilitas, sed parua vt si erat vna turris.
tũc debet dari pro tanta pensione quæ collecta in xx.annis face
ret verè pretiũ rei:vt in ver.[quod si res.] in gloss.quã not. quia
semper ad eã recurritur quæ sit iusta pensio alicuius rei: videli
cet quod faciat verã vigesimã partem veri pretij.quod no.si mi
nor vellet restitui in integrũ aduersus locationem quã feciſſet.
3 quia diceret q pro nõ iusta pensione dedit.†Interdum verò nec
est damnum ecclesiæ,nec etiam vtilitas:quia res nõ est ruinosa,
nec diminuta.tamen quod detur alteri nõ resultat dãnum: tunc
is qui administrat poterit dare adhuc in perpetuam emphyteu
sim.sed tunc nõ diminuitur nisi sexta pars pẽsionis.& ratio quare
hoc fit ponitur per gl.super verbo[sextam partem] in recom 1
pensatione damni: quod emphyteuta potest sustinere. quia sibi
non fit remissio mercedis propter sterilitatem. quæ tamen fieret
simplici cõductori.vt l.si merces.§.vis maior.ff.loca. Sed contra
omnia prædicta op.de notatis in authen.qui rem.j.eo. vbi gloss.
dicit quod potest dari pro pensione vnius nummi. Solu.& tene
menti.quia istud declarat istas authenticas.nam debent intelligi
quãdo ille q recipit nihil soluit pro pretio rei, seu pro intratura:
vt vulgariter dicitur.sed si solueret pretium,non dico integrum,
priusquã plenũ:ius in ipsum non transfertur. sed cum aliqua di
minutione.puta valebat lxx.& datur pro l. tunc potest dari pro
quacunq; modica pensione.vt in glo. & ita cõmuniter fiunt isti
contractus.licet alij dixerint quod tales concessiones factæ cõ
tra formam istarum duarum authen. non valent.& q recipiens
tenetur reddere rem cum pœna.& ita intelligitur authenti.præ
cedens qui res in fi.vt no.in ver.vij.prællega.in fi. per duas col.
Alij dicunt q sustinetur de consuetudine quam Papa scit & to
lerat.vt idem not.§.vj. Tu dic quod etiam de iure,si potest appa
rere quod ille soluit pro intratura, & pretio, summam istam &
rationabilem.sed si nõ potest apparere:tunc aut fuit concessa tã
to tempore,tali modo q completa sit legitima præscriptio, puta
per xl.ann.vel vni,vel diuersis. & tunc non potest retractari. &
si reuerteretur ad ecclesiam propter aliquã causam,posset præla
tus eodẽ modo alteri cõcedere:tanquã sit consuetum dari per c.
si de beneficio.de præben.lib.vj.iuncto c.ij.de feud. Sed si præ
scriptio non esset completa,posset retractari talis concessio:tan
quam indebitè facta. & per hoc omnes opin. ad concordiã du
4 cuntur†Remanet solum vnum dubiũ qualiter intelligatur istud
verbum[perpetua.] & glo.ponit tres opi.& tenet primam.quæ
vult in effectu quod intelligatur tam respectu temporis quousq;
soluatur pensio,etiam si per mille annos, quàm respectu succes
sorum.quia transeat ad quoscunq; hæredes etiam extraneos.sed
hoc verum.nisi in ecclesia constantinopolitana,& sibi subiectis.
quæ non potest succedere nisi vsq; in tertiam generationẽ recie

pientis.vt in authẽ. de non alie.§.emphyteusim.& idem esset in
alijs ecclesijs,si hoc haberent de consuetudine.& intelligitur ter
tia generatio computato stipite.s.recipiente filijs eius & nepoti
bus.vt d.§.emphyteusim. Sed Bar.consuluit quod si fiat conces
sio hoc modo Titio vsq; ad tertiam ipsius generationem, veni
rent pronepotes: nec cõputaretur stipes propter verbũ ipsius,
quia grauat seipsum.quod cõsuluit etiam Bal. & frater eius do.
Pet.& allegauerunt.c.statutum.de hæretic.lib.vj. sed multæ ec
clesiæ habent de consuetudine concedere alicui, & suis descen
dentibus in infinitum.& sic dicitur perpetua respectu temporis,
non respectu successorum. quia non transit in extraneos hære
des.hoc casu potest intelligi glo.quæ est in l.etiam.in prin. solut.
mat.quæ dicit in emphyteusim ecclesiasticam non transire ad li
beros. sed de iure cõmuniter contrarium tenetur circunscripta
consuetudine.vt hic refert Bal.allegans Cy. in l.liberti libertęq.
j.de bo.lib.& do.Raph.licet dicat se cõsuluisse contrariũ sequen
do gl.in d.l.etiam.& etiam Bar.qui cum ea trãsit ibidem.qui vi
detur velle per hoc q etiam non præsupposita cõsuetudine idẽ
sit.& vide hic bonam glo.in authen.de non alie.§. quia verò leo
nis.& scias quod ista authen locum habet quando facta diligen
ti inquisitione nõ reperitur qui velit plus dare.quo casu licet re
periatur post, non rescinderetur contractus per regulam quod
legitimè factum est, ex postfacto non retractatur. sed si reperia
tur ab initio qui vellet plus dare, & fuisset data pro pensionibus
de quibus hic,posset ecclesia tanquam læsa restitui.& per c.j.de
resti.in integ.secundũ Bar.Item loquuntur quando reditus sunt
diminuti: tamen aliqui percipiuntur.si verò nulli omnino,pos
sunt dari pro quacunq; pensione quæ reperitur. vt not. Spec. in
loco præallegato. Sed in casibus istarum authen.non debent da
ri pro minori pensione quàm hic statuat:etiam si non reperiatur
qui velit eam dare.Sed potius ecclesia debet sibi retinere.& hoc
vult glo.in ista authen. perpetua quæ incipit.scilicet.[ad plus.]
in princip.

2 ☞ *Ecclesia potest permutare cum alio priuato, dummodo detur res æquiualens, uel melior.*

Fundus dotalis licet non possit alienari,an poterit permutari, si redditur melior conditio mulieris?

AVTHENTICA.

Sed & permutare.†In istis tribus authen. alienatur res ecclesiastica etiam quo ad directum dominium. & posito quòd nulla subsit necessitas, nec vtilitas, dummodò non subsit damnum. Et ex istis authentica. not. illos casus quos ponunt Canonistæ in quibus dicitur posse rem ecclesiasticam alienari: scilicet ex causa necessitatis æris alieni. vt in authenti. hoc ius porrectum. Item ex causa minoris incommoditatis.vt in authentica, Item prædium. Additur quarta causa: scilicet pietatis in redemptione captiuorum. vt j.eodem. l.sancimus. de quibus
2 per gloss. xij.q.ij. super rubrica. †Sed an possit ecclesia permutare cum alio priuato, videtur quod non, postquàm specialiter statuitur hoc in principe, & in alia ecclesia tamen communiter vidi seruari contrarium, dummodo detur res æquiualens, vel melior. nam & fundus dotalis non potest alienari:tamen potest permutari: si redditur melior conditio mulieris. vt l.finali.ff. de iure dotium.sed de rigore iuris prima pars videtur verior per argumen.à speciali.

2 ☞ *Emphyteuta ecclesiæ uel priuati pro modica deterioratione non potest expelli, sed tenetur interesse refundere.*

3 *Vsufru.deteriorans rem,ita potest expelli sicut emphyt.& interesse infundit.*

Quid in feudatario deteriorante feudum:uel male tractante subditos: si habebat castrum in feudum,quòd si idem.

4 *Emphyteuta ecclesiæ si cessat in solutione per biennium,& priuati per triennium, iure suo priuatur,& potest expelli. & an propria autho. & an possit moram purgare.*

Quid in simplici colono priuati,qui conduxit ad plures annos?

5 *Ecclesia sciens rem incidisse in commissum propter canonem non solutum uel deteriorationem,si acciperet pensionem pro tempore futuro, censetur remisisse pœnam expulsionis.secus si ignoranter.*

Quid in emphyteuta priuati,si soluat pro tempore præterito?

6 *Colonus uel emphyteuta priuati qui expellitur,potest repetere melioramenta.*

Si ecclesia concessit in emphyteusim aliquam aream pro modica pensione; ut ibi ædificaretur ædificium, quod esset proprium ædificantis, & pro illo nihil solueret, & ille postea non soluat pensionem pro area,an redibit ad ecclesiam ipsa area cum ædificio?

ficio?an autem poterit ædificium tollere,& qualiter possit procedere concessio pro modica pensione?

7 *Si ecclesia consuetit concedere pro certa pensione,& postea concessit pro minori, uel consuetit concedere usque in tertiam generationem:& concessit in quartam, uel in masculos,& concessit in fœminam,an ualeat concessio?*

AVTHENTICA.

1 Qui rem.†Emphyteuta deteriorans rem,vel non soluens canonem per biẽnium, quatuor pœnis hic contentis punitur:quia potest expelli. & sic perdit vtile dominium. Item nihilominus soluit quod soluere debebat pro tempore præterito. Item damnum seu interesse refundit. Item melioramenta non rem petit.hoc dicit.nota.
2 Itẽ † text. ibi[deteriorem.]subaudi magna deterioratione: quia de modica non esset curandum,quantum ad hoc vt posset expelli secundùm Docto.ff.de in integr.restit.l.Scio. sed bene tenetur interesse refundere.sed quid in emphyteuta priuati? dicunt doct. idem & sic non est hic speciale in ecclesia. nam cum recipiat ad 6 melior andum.& ista est causa finalis,si non melioret:sed deterio rat cessante causa finali debet rescindi concessio secũdum Guli.
3 de Cu.per l.ij.§.fi.ff.de dona.†sed quid in vsufructuario deteriorante rem,an possit per hoc expelli? videtur quod non.sed dunta xat contra eum committitur stipulatio ad interesse.quia promisit vti frui arbitrio boni viri.vt l.j.§.habet autem.& ibi videt hic probari.ff.vsufru.quemadmodũ ca.& ita ibi dicitur tenere Bal. licet hic nihil dicat de hoc.sed Guli.de cu.tenet contrariũ.& alle gat.ff.de dam.infec.l.hoc amplius.§.fi.& j.de mancipijs & colo. cognouimus lib.xj.& de aquæ ductu.l.eos.eo.ti.quod verius pu to.quia ista sunt penitus diuersa,& fateor quod committitur stipulatio ad interesse.quia etiam illud est refundendum.vt hic.sed non propterea euitat pœnam repulsionis. Item vt in feudatario deteriorante feudũ, vel malè tractante subditos, si habeat castrũ
4 in feudum.arg.in l.ij.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.†In tex.ibi.
a [per biennium nõ soluerit.] dicit in emphyteuta priuati requiri tur triennium.vt in l.ij.j.de iure emphy. sed in simplici colono priuati qui conduxit ad plures annos si interuenit pactũ de non expellendo,requiritur biennium.vt ff.loca.l.quæro.§.inter loca torem.sed si nullum pactum interuenit,statim potest expelli eo quod non soluit.vt in l.ædem.j.loca.quod Iaco.bu.& Bal.intelli gunt quantum ad præsentem conditionem potest tamen purga re morã,& debet recuperare rem quod est notandũ. & adde q de iure canonico etiã post bienniũ põt purgare infra modicũ tẽpus:q de consuetudine interpretatur vna dies.vt in c. potuit. de loca.In tex.ibi.[repelli potest.]& sic non est ipso iure expulsus vel priuatus iure suo:sed ita demum si ecclesia vult.secundũ Do cto.per istum tex.& idem in emphyteuta priuati,si cessauit per
b triẽnium:nec sufficit declarare quod ita vult.sed requiritur sententia priuatoria secũdùm Specu.in tí.de loca. §. nunc verò aliqua.& no.in l.ij.j.de iure emphy.alij tenent quòd sufficit declara re se velle.& dicunt q declaratiõe facta põt expelli propria authoritate.alij cõtra,q etiam si nõ requiratur sententia priuatoria, nõ põt propria authoritate expelli. sed requiritur iussus iudicis: ne detur materia litis & iurgij.vt notaẽ per Cyn.in l.ij.in ij.& iij. q.infrà de iure emphy.arg. in l.non est singulis.de reg.iur.& ad de quid iuris in re quæ tenetur à fisco.ff.de iure fisci.l. in fraudẽ. §.penul.Item põt expelli etiam interueniente pacto de non expellendo.quia habet in se conditionem si ex parte sua facit q debet vt d.§.inter locatorẽ.Sed qui si expresse dicatur etiã si rẽ deteriorauerit,vel pensionẽ non soluerit?quidã dicunt non valere pactũ,quia datur materia delinquẽdi.Cy.determinat contrariũ.
5 in d.l.ij.in iij.q.per l.si quis in conscribendo.j.de pact.†In tex.ibi. [totius tẽporis.] dic scilicet præteriti:non aũt futuri.vt not.gl.ŝ.e. aut.qui res quæ incipit,& sic.& si ecclesia sciens rem incidisse in commissum propter canonẽ nõ solutum vel deterioratum,acci peret pẽsionem pro tempore futuro: cẽseretur remisisse pœnam expulsiõis.arg.ff.de lege commis.l.post diem.Secus si ignoranter. sed an hoc habeat locum in emphyteuta priuati, vt cadat à iure suo,& etiam soluat pẽsionem præteriti temporis?Cy. in antiqua lec.plenè disputãdo tenuit q sic in eadem.l.in. iij. q. secundùm Pe.per l.penulti.vbi videtur casus.ff.loca.Sed Guli.de cu.tenuit hic contrarium.quia priuatus debet esse altero contentus:vel pœ na expulsionis,vel pensione præteriti tẽporis.arg.in l.apud Celsum.§ Labeo.de doli excep.& dicit esse speciale hic in ecclesia.

Nec ob.l.pe.ff.loc.quę loquitur in simplici a conductore qui nõ habebat ius in re. vnde propter eius expulsionem dominus nullũ ius consequitur vltra quòd habeat.sed quã do expellit emphyteutam, consequitur ius b vtile dominij quod ille habebat:quia cõsolidatur cum directo.ideo debet esse illa pœna cõtentus.nec ob.q ista est pœna legalis, quæ põt peti vnà cum principali.vt l.ti pro c fure.§.j.ff.de condi.fur.quia hoc est verum quando oritur ius ad pœnam ab ipso initio quo oritur ad rem.Secus si ex postfacto. vt l.metum.§.licet.cũ ibi not.ff quod met.cau. Et de ista op.Gul.Cy.facit add.ad antiquã lec.in d.l.iiij.q.& videtur inclinare in istam sententiã in fi.tex.ibi. [nõ repetiturus.] dic 6 hic est speciale in ecclesia.†sed in colono priuato,vel etiam emphyteuta qui expelli tur,aliud est:quia potest repetere melioramenta. vt est casus in d.l.pe.ff.loca.q est sing.illa tamẽ loquiẽ in simplici colono. Sed pone cõcessit ecclesia in emphyteusim aliquam areã pro modica pensione,vt ibi ædificaretur ædificium,quod esset proprium ædificantis.& pro illo nihil solueret,ille postea nõ soluit pensionem pro area.an redhibit ipsa area ad ecclesiã cum ædificio? videtur quod non:cum in illo non fuit pactum quod nihil pro eo solueretur.Breuiter cum tale ædificium cedat solo.& sic quo ad directum dominium sit ecclesiæ sicut dominium, & dominium areæ est illius ædificantis solum.& vtile dominium,sicut erat in area,determinat Bal.ipsum ædificium ad ecclesiam redire per l. obligationum ferè.§.placet.cum ibi not.ff.de acti.& obli.vel dic secundum eum.Et istud videtur æquius.quod ædificans possit ædificium remouere:nisi ecclesia offerat sibi iustam æstimationem.arg.in l.sed addes in §.si colonus.ff.loca.& vide quod not. per eundem in authẽ.excipitur j.de bo.quæ lib. & quod habetur in feudo seu vasallo in tit.hic finitur lex.c.j.§.si vasallus.in vsibus feu.In gl.magna ibi.[videtur q sic.]hanc tenẽt oẽs per istã auẽ.q generaliter loquitur.facit q no.ff.de cõtra.emp.l.si res bona fide in glo.& Bal.allegat in auẽ.de nõ alienandis.§.Itaque.vbi ponit de cẽsu trium solidorum,& hoc etiam tenet Spec.in tit.de loca to.§.nũc verò aliqua.in ver.ciij.& vide q not.per gl.in l.cõi diui dũdo.in prin.ff.cõ.di.& quod habetur in.l.ea.§.Cato.de ver.obl. vbi propter nummum nõ solutũ de forte cõmittitur tota pœna. facit l.cẽ.diu.j.de distrac.pign.Qualiter aũt possit procedere ista cõcessio propter tam modicam pensionem.dixi in auẽ.si quas.
7 †Vltimò Barto.quærit.quid si ecclesia cõsueuit concedere pro c certa pẽsione,& postea cõcessit pro minori,vt si cõsueuit cõcedere vsq; in tertiã generationẽ,& cõcessit in quartam.vel in masculos,& cõcessit in fœminas:& tenet in omnibus licet dubitando.non valere concessionem.sed in contrarium quòd valeat, & restituatur.vt in c.j.de in integrum restitut.Solu.secundùm eum quando concessio est facta contra formam consuetam, non valet:vt dictum est.sed quando non est contra formam,tamen ecclesia reperiebat plus,& dedit secundùm formam consuetam, tunc restituebatur in integrum.vt in contrario.Bald.in authentica si quas.tenet vitiari concessionem quatenus fuit facta vltra formam solitam. & sic quo ad quartam generationem, vel quo ad fœminas:& valere vsque ad consuetam,puta tertiam,vel masculos: quia ista bene possunt separari. Et sic vile per inutile, non vitiatur. Sed si facta esset concessio pro minori, posset retractari,nisi ille offerat iustam pensionem:argumen.in l.ij.j. de rescind.vendi.Et ista est melior opinio & æquior quam etiam Bar.amplexus fuisset,si cogitasset.

¶ Emphyteuta.Adde Docto. in ca. potuit. de loc.& diffusè per Iasonem.in l. de iur.emph.

¶ Declarare. Circa hoc vide quæ ponit Alex.de Imo.in con si. vj.col.pen.& si.in ij.vo.vbi dicit q requiritur sniã Cur.

¶ Bart.Adde q contra Bar.tenet Imo.in c.j.de feu.char.fin.& Ro.in l.j.§.si stipulãti ff.de verb.obli.vide Barb. in d. c. j. de feud.& Ro.in suo cõsil.lxxj.& in proposito.adde Alexan.de Imo.consil.cxxv.colũ.j.in v.volu.Cur.

2 ☞ *Quis dicatur tyrannus?*

3 *Quæ fiunt contra ecclesiam,uidentur fieri contra Deum:& quæ relinquuntur uel donantur ecclesijs,uidentur relinqui uel donari Deo.*

Donatio facta ecclesiæ,an ualeat si non est aliquis præsens,qui recipiat pro ecclesia, & pro pauperibus?

LEX XV.

1 Decernimus.†Omnia quæ facta sunt tempore Tyrannidis, superueniente iusto domino debent rescindi. hoc dicit. tota lex quod intellige de his quæ facta sunt per modum

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Quis dicatur tyrannus. Adde Alb.de ro sat. j auc. decernim⁹. C.de epis.& cler.& Gre.in mora.lib.xj.

b ¶ Scripturæ factæ. Adde Do.t. in c.scripturã.de fi.iustr.

c ¶ Ad pias causas. Adde Spec.in titu.de instru.edi. in §. nunc verò.

d ¶ Cõsanguineo. Adde Bald.in c.de priore.de appel.& in l.si heres.ff.de condic.ob caus.in c. ij. de sepul. a & Panor.in rub.extra de testa.& Alex. de imo.in cõsil.cv.in iij.volu.& vide etiã in proposito.Io.and. in addi.Spec.in tit.de instru.edi. §. nũc verò aliqua.in addi. incip.ad istum. Franc. cur.

legis,vel priuilegij. Si verò per viam iustitiæ per eius officiales, tunc aut fundantur in legibus & priuilegijs prædictis.& idem, aut in iure cõmuni,vel statutis loci.& tunc debẽt firma permanere.arg.in l.Barbarius. ff.de offi. præto. quia dicti officiales magis dicũtur vti iurisdictione cohærẽte loco vel territorio, quàm data à tyranno qui nullã habet.de quibus vide plenè per Bar.in tracta.quem fecit in tyranno.& Bal. hic reasumpsit aliquaverba ipsius.†Et adde quod not. Arch.xxiij.q.v. c.rerũ.quis dicatur tyrannus, vel iustus dñs.si autẽ haberet ius, sed propter delictũ fuisset illo priuatus, nõ diceretur fuisse tyrannus: & eius gesta firma remanerẽt.vt not.in l.iusiurandũ quod ex conuentione.§.j.ff.de iureiur.& patet in Federico Imperatore qui fuit priuatus. vt in c.ad apostolicæ.de re iud.lib.vj.tamẽ remanserũt eius ll. scilicet authen.cassa.§. eo.& authen.Item nulla cõmunitas.j.titu.j.& authen.sacramenta puberũ.j.si aduer. ven.

3 †Not.hic post prin.quod illa quæ fiunt contra ecclesiam:videntur fieri contra Deum.& eadem ratione quæ relinquuntur vel donãtur ecclesijs,videẽ relinqui vel donari deo.q facit cõtra gl. q̃ est j.l.proxi.q̃ vult q non valeat donatio nisi sit aliquis p̃sens q recipiat pro ecclesia,vel pro pauperibus. Sed certè præsens est Deus:qui vbiq est.& cui videtur donari Ideo multi non tenent illam glo.in donatione facta ad piam causam. Item not.de isto verbo tyranno.de quo etiam j.de diuer.rescri.l. pen. circa fi. & l.Fulcinius.§.quid sit latitare.ff.qui.ex cau.in pos.catur.

a ☞ Scripturæ factæ coram iudice uel magistratu,etiam per modum uoluntariæ iurisdictionis,dicuntur acta.& debent omnibus fieri copia ipsarum.
b Quæ dicantur donationes factæ ad pias causas?
c Lex uel statutum fauorabile extenditur ad casum similem, etiam si in eis dicatur quòd non fiat extensio ad alios casus.quia debet intelligi ad dissimiles.
Casus finalis dicitur quando in eo est eadem uel maior ratio.
d Si quis donat,uel legat alicui diuiti consanguineo,uel extraneo,qui non indiget eleemosyna.licet dicat se relinquere amore Dei: non dicitur relictum ad piam causam,nec habet priuilegia piæ causæ,& quid si relinquitur uel donatur pauperi?
Si pater donat filio in potestate,licet dicat se donare pro beneméritis & seruitijs: nisi de illis appareat,non dicitur donatio facta propter beneméríta.
6 Donatio facta ad piam causam nemine recipiente pro donatario,an ualeat?
7 Donatio potest fieri inter absentes,per nuntium,uel epistolam.
8 Pax quòd non posit fieri inter absentes,uel absenti nemine recipiente pro ipso.
9 Quid in cessione actionum?
Quilibet potest stipulari pauperibus absentibus,& uerbis in eos directis.

LEX XVI.

1 TIlud. †Donatio facta ecclesiæ vel pijs locis, vel miserabilibus personis, vel ciuitati, vsq ad quingentos aureos,non indiget insinuatione.h.d. præmitte quod propter fraudes quæ committebãtur olim. quia quidam faciebant secretè donationem bonorum suorum alicui consanguineo, & amico.& postea contrahebat cum alijs. deinde post mortem cum creditores vellent capere bona,donatarij dicebant ad se pertinere ratione donationis factæ ante quã cum illis cõtraheretur.Ideo fuit prouisum quod si donatio trãscendebat cc.aureos, deberet fieri publicè coram magistratu ad hoc deputato.& ibi confici publica scriptura.ad hoc vt volentes cum alio contrahere,possent videre vtrum ille habeat bona sufficientia,vel nõ. quia notarius qui conficit acta tenetur cuilibet ostendere cum opus fuerit.vt j.de eden.l.ij. & hoc habetur in l. donatio,siue.j.de dona.posteà fuit statutum q de ccc. aureis. vt in l.sancimus.eod.titul. & quod si fiebat ad piam causam, posset fieri vsq ad quingentos aureos sine tali insinuatione. vt ibi. & in ista l. & quatenus transcenderet,non valeret, postea fuit statutum generaliter quo ad omnes quod posset fieri vsq ad quingentos aureos sine insinuatione: vt l. si quis pro redemptione. & §.fin.j.de dona.& sic illud quod fuerat concessum ecclesijs & pijs locis in priuilegium,redactum est ad ius commune:nõ sunt ergo ecclesiæ melioris conditionis quàm alij in hoc. Sed contrà de dicta l.si quis pro redemptione. in prin. vbi pro redemptione captiuorũ valet donatio cuiuscũque maximæ summæ sine infinuatiõe propter hoc dicunt quidam hodieper illam.l.eodem modo valere donationem factam ecclesiæ vel pijs locis cuiuscunq summæ.& hanc opinionem tenet hic Bar.& Ioan.and. in addi. Specu.de instrumẽ.edi.§.porrò.in addi.quæ incipit illa l.sed bal. tenet cõtrarium quod aliud quãdo in redemptione captiuorum de quibus est maius periculum quòd ibi nõ moriantur.argumẽ. in l.proxi.circa fi.Et aliud in his, quæ donantur ecclesijs in quibus cessat ista ratio periculi,quia ecclesiæ solent abũdare in bonis.Et ista magis placet.& ita videtur de mente illius.l.in fi.dum dicit in alijs aũt &c.quasi dicat præter quàm in casibus.s. expressis.†Not.in ver.[actis.]& in versi.[actorum].quod scripturæ factæ coram iudice vel magistratu etiam per modum voluntariæ iurisdictionis dicuntur acta.& sic debet omnibus fieri copia ipsarum.vt sunt emãcipationes,& adoptiones, & creationes tutorũ vel curatorum:in quibus requiritur authoritas magistratus. de quo vide quod no. Inn.in c.j.de proba.† Item no. quæ dicantur donationes factæ ad pias causas. quia illæ quæ fiunt pijs locis, vel pauperibus. Idem in redemptione captiuorum.vt d.l.si quis pro redemptione.& dicit Bal.nõ solum ab hostibus,sed à latrunculis,sed etiam si sunt in carceribus communis,pro maleficio.& allegat quãdam gl.decreti quod no.†Hic est vna gl.fi.quæ semper allegatur in pluribus primò in prin.iũcto fine huius l. quod lex vel statutum fauorabile extenditur ad alios casus similes,etiã si in eis dicatur quòd nõ fiat extẽsio ad alios casus.quia debet intelligi:scilicet dissimiles quod perpetuò tene mẽti. Et vide pro declaratione huius l.qualiter debet intelligi quod notat Bart. in l.si constãte.sol.matrimonio.in j.q.prin.q.vltima.facit ff. de edẽ. l.argẽtarius.in prin.versicu.ad similem.dicitur autem casus similis secundum Bald.quando in eo est eadem ratio, vel maior vt ff.de excu.tut.l.non solum.§.qui pupillum. Item allegatur ista glos.post prin.†quod si quis donat vel legat alicui diuiti consanguineo,d vel extraneo.qui non indiget eleemosyna.licet dicat se relinquere amore Dei,nõ dicitur relictum ad piam causam: nec habet priuilegia piæ causæ,quia non statur talibus verbis,postq conditio personæ nõ patitur.argu.in l.si fortè.ff.de castren.pecu. quia videntur dicere in fraudem:vt l.qui testamentum.ff.de proba.& per hoc diceretur quod si pater donat filio in potestate: licet dicat se donare pro beneméritis & seruitijs. nisi de illis appareat, non dicitur donatio facta propter merita. & sic tanquàm extraneo. sed tanquàm filio. quoniam filiatio censetur fuisse causa donandi:& non merita. ideo non valet à principio: sed indiget confirmatione per mortem.& sic posset à patre reuocari. quod non esset si à principio valuisset. vt not. in l. si donatione.j.de colla.Sed si talis persona cui relinquitur vel donatur esset pauper, tunc aut relictum vel donatio est magnæ quantitatis; & similiter non videtur fieri causa pietatis, aut modicæ quantitatis.& tunc secus per l.cum hi.§.si in annos.ff.de transac. & l.si cui.de annu.lega.& vide in addi.Specu.de instrumẽ.edi. §.nunc verò aliqua.in addi.quæ incipit ad istum fi.& Barto.in l. j.§.eodem.in ij.q. principali. †Vltimò allegatur gloss. in vltima q.quod valet donatio etiam facta ad piam causam nemine recipiente pro donatario; quia cùm donatio sit contractus, requirit consensum donantis & donatarij.vt in.l.j.ff. de pact.& hic non adest nisi donantis.& sic etiam si mille testes essent p̃sentes, non sufficerent: nisi aliquis ipsorum nomine donatarij recipiat. & tunc secuta ratihabitione perficitur. iuxta nota.in l. si ego.ff. de nego.gestis.& vidi in ciuitate ista istum casum:quia in instrumento continebatur quòd talis donauit tali, & non dicebat præsenti & recipienti, nec de eius præsentia apparebat. ego dicebam quòd donatio non valebat per istam gloss.quia postquàm non apparebat de præsentia; non præsumebatur fuisse præsens, sed absens. cum istud consistat in facto: & facta non præsumuntur.vt not.in l.quæcũque.§.j.de publicia. & per consequens non potuit fieri non interueniente nuntio,vel epistola: quæ requiruntur vbicunque contractus geritur inter absentes vt dicit gloss. singularis in l. consensu. de actio. & oblig.alij dicebãt quod valebat, quia præsumebatur præsentia per gloss. quæ est in l. j.j. de inuti.stipu. sed respondebant quod loquitur quãdo instrumẽtum facit mẽtionem de actu qui nõ potest fieri nisi inter præsentes.vt si dicat q Titius fuit stipulatus,nisi enim dicat quòd fuerint præsentes;notarius diceret falsum;

7 sum.vt l.prima in princip.de verborum obligationib.Sed†donatio potest fieri inter absentes dummodo interueniat nuntius,vel epistola.& posito quòd non interueniat, licet donatio sit nulla, notarius tamen non dicit falsum:& pro ista fuit consultum. & facit in argu.ista glo.†quòd pax non posit fieri inter absentes, vel absenti:nemine recipiente pro ipso.vide Bal.in l.ij.ante fin.infrà de lib.& eorum lib.& quod not.Bartol.in l. Labeo. ff. de pactis

9 †Quid autem in cessione actionum?vide Cal.in l.per diuersas.j. man.in xiij.q.Cætera circa istam gl.an dicat verũ in casu in quo loquitur.vide hic per Docto.& tetigi in l.præcedenti.& in ista l. Gul.de Cu.tractat de materia insinua.donatiõis.de qua per Bar. in l.Modestinus.ff.de dona.& in addi.Spec.de instru.edi.§.fi.& dicit hic Bal.quòd quilibet potest stipulari pauperibus absentibus,& verbis in eos directis per gl.quæ est j.q.vij.c.quoties cordis oculus.& tene menti ista:quia sunt multum vtilia.

a ☞ Casus in quo res quæ non est in alicuius dominio,ut est res sacra,uendicatur.
Omnes actiones quæ dantur in rem,& contra quemlibet possef. possunt dici uendicationes.
Ciuitas uendicat ciuem suum ratione superioritatis,quam habet in eum.
3 Episcopus potest agere non solum pro bonis Episcopatus,sed etiam pro bonis cuiuslibet ecclesiæ sibi subditæ:licet illæ habeant ſpecialem rectorem:qui tamen præfertur episcopo.
Sacristæ quorum custodiæ sunt res commissæ possunt agere pro earum recuperatione, cessantibus alijs:implorando officium iudicis idem in alijs:quibus commissa sit custodia rei.
4 Actio in factum quando competat?& quòd sit triplex,una ſpecialis,alia generalis, & alia generalissima.
5 Animæ hominum seu uita hominum debent præferri quibuscunque rebus.
Res subiectæ restit. possunt alienari pro saluanda uita grauati,uel pro redimendo eum à carceribus,uel tempore famis,sicut in causam dotis,& quid in rebus ecclesiæ?
6 Lex noua potest extendi ad præterita pendentia,quando hoc in ea expresse cauetur,& quid in pertinentibus ad ordinem iudicij?

LEX XVII.

1 SAncimus nemini. †Nota.istam l.contra illos qui recipiunt pignori calices,vel cruces ecclesiarũ.vt perdant pecuniã & illa restituant:quia postquam semel sunt dedicata diuino vsui,non debent redire ad humanũ.q intelligit Inno.etiam ex pacto apposito in contractu.vt ipse no.in c.verum.de foro cõ

2 peten.†Item no.casum in quo res quæ non est in alicuius dominio,vt est res sacra,vendicatur.nã vendicatio cõpetit nõ solum ratione dominij:sed ratione iuris realis.omnes enim actiones q̃ dantur in rem & contra quemlibet possef.possunt dici vendicationes.vt in l.si fundus.§.in vendicatione.ff.de pig. sic & ciuitas

3 vendicat ciuem suũ ratione superioritatis quã habet in eũ.vt l.j. §.per hanc.cum ibi not.ff.de rei vend. †Item not.tertiò in versic. [episcopos.]cum glos.quod Episcopus potest agere non solum pro bonis episcopatus, sed etiam pro bonis cuiuslibet ecclesiæ sibi subditæ:licet illæ habeant ſpecialem rectorem:ille tamen rector præferetur episcopo.vt not.in c.cum deputati.de iudic. per Inno.& adde c.cum dilectus.de succes.ab intest.& de religiosis.do. c.cum venerabilis.& de rescrip.c.transmissa.Item no.in ver.[custodes.]bonum text.quod Sacristæ quorum custodiæ sunt res commissæ,possunt agere pro recuperatione ipsarum alijs cessantibus,Intellige implorando officium iudicis:non per actionem. vt in l.non tantum.ff.de peti.hære.& idem videtur in quocunq alio cui sit commissa custodia rei.ar.j.si per vim vel alio modo. l. j.& ff.si cer.pet.l.cum filius.& de lib.causa.l.igitur.§.si opera.

4 †Item not. quod ad hoc semper allegatur ista.l.de actio.in factum generali.quæ competit ex varijs figuris causarum.nec alibi melius habetur quàm hic.nam datur vbicunq æquum est actionem dari,& non apparet aliquam ſpecialem actionem proditam.vt contingit hic quando vasa sunt conflata.quia non datur vendicatio:sed actio in factum ad æstimationem quæ cõcurrit cum certi condictione generali:vt hic patet dum dicit[per cõdictionem.]de ista etiam loquitur.l.fin.j.de peti.hære.& de iure deli.l.fi.§.licentia.& ista actio in factum est triplex.una ſpecialis quæ competit vbi cessant verba.l. & tamen est eadem mens & ratio legis,vt est illa quæ competit loco actionis legis Aquiliæ, quando cessant eius verba.quòd dic.vt j.ad l.Aquil.l.de pecoribus. Item alia generalis,quæ competit loco omnium interdictorum.vt insti.de interdic.§.pe. Item generalissima.de qua hic.quę interdum concurrit cum actione præscrip. a verb. vt quando competit ratione alicuius contractus in quo verba interuenerunt, & dubitatur quis contractus sit, vel quæ ſpecialis actio detur.vt in l.quoties.& ibi plenè not. ff. de præscrip. verb.aliquando datur ex dispositione legali propter æquitatem. non ratione verborum.& tunc loquitur hic.nec tũc datur actio

5 præscrip.verb.†Item not. circa fi. illud ad quod allegatur quod animæ hominum.idest vita hominum debet præferri quibuscũque rebus.vnde pro saluando vitam alicuius res quantũcunque prohibitæ alienari,poterunt.& sic est arg.quod res subiectæ restitutioni sicut possunt alienari in causam dotis.& ita pro saluanda vita grauati,vel pro redimendo ipsum à carceribus,vel tempore famis.de hoc no.in authentica,res quæ.j.communia deleg.& res

a ecclesiæ etiam immobiles possunt ex iusta causa.a pietatis aliena

6 ri.vt no.xij.q.ij.in glo.summæ.† Vltimò no.in fin.quod lex noua potest extendi ad præterita pendentia:quando hoc in ea expræsse cauetur sic in l.proxi.in fi.& in l.fi.in fi.Sed hoc dicit Bart.verum in l.imperiali.secus dicit in statutis & reformationibus ciuitatum per tex.in auth.in medio litis nõ fieri sacras iusiones. in prin.& ipse no.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.Sed Bal. dicit hoc verum in pertinentibus ad decisionem causæ.Sed si pertinent ad ordinẽ,iudicij bene trahit ad ꝑterita pendẽtia super lite futura.& ita dicit se consuluisse.pro hoc allego tex.licet ipse nõ alleget in l.fi.§.penul.j.de iura.calum.

a ☞ Quando contra te allegatur aliqua lex quæ loquatur in ecclesia,si non occurrit alia congrua responsio:potes dicere ſpeciale est in ecclesia.

LEX XVIII.

1 SAncimus res. †Not.hic arg.si sit statutũ q de rebus quæ peruenium ad aliquem ex causa lucratiua,puta donationis, vel vltimæ voluntatis,soluatur certa gabella maior quàm de alijs contractibus,vt est Bononiæ.non comprehenduntur ecclesiæ vel pia loca:posita etiam quòd de alijs contractibus ecclesię

2 soluerent gabellam.† Item not.arg.in fi.quando contra te allegatur aliqua l.quæ loquatur in ecclesia,si non occurrit alia cõgrua responsio,pores dicere ſpeciale est in ecclesia:propter rationem quæ hic ponitur in tex.

¶ Possunt ex iusta causa. Adde c.j. & ibi Doc.de rebus eccle.non ali.li.vj.

2 ☞ Fideicommissum uniuersale dicitur hæreditas,& fideicommissarius hæres.
3 Verbum relinquo an importet institutionem directam.& numero.10.
4 In fideicõmisso relicto ad piã cãm ecclesijs,uel pijs locis,seu pauperibus,non requiritur restitutio uerbalis ut transferantur uera hæreditaria,& an requiratur additio hæreditis?
Omnia priuilegia quæ dantur ecclesiæ,dantur etiam pauperibus.
An ualeat donatio facta in redemptionem captiuorum,si aliquis non recipiat nomine eorum absentium?
5 Si aliquis se absentauit à patria,& ignoratur an uiuat:quousque aliqua indicia sint de morte,præsumitur uiuere usque ad ætatem centum annorum: nisi probetur contrarium.
6 Statutum disponens bona immobilia non posse alienari in ecclesias:uel pia loca,an ualeat & si disponat quod non possint alie.in non subdi.an comprehendat ecclesias?
7 Contra ciuitatem uel fiscum quanto tempore præscribatur? & numero.8.
8 Quid in fisco ecclesiæ?
9 Licet in aliquibus casibus reperiatur dominium acquiri sine apprehensione possessionis,uel sine traditione,quòd tamen etiam in eis casibus non possit possessio acquiri sine apprehensione corporali.
Potest fieri statutum quòd possessio quæ erat apud defunctum continuetur in hæredem ipso iure,absque corporali apprehensione.
Possef.transfata per modum fictum dicitur uera possessio.
10 Si ille qui uendidit uni,iterũ uendat eandem rem alteri:an uterq; emptor habebit dñium.

LEX XIX.

1 VT inter diuiuum. †Ecclesiæ pia loca, & miserabiles p̃sonæ, & etiã ciuitates,habẽt priuilegiũ circa p̃scriptionẽ:vt contra eas nõ p̃scribat minori spatio.c.annorũ. in relictis inultima voluntate,donatis & vẽditis,ac etiã circa dñij acqsitionẽ in casibus p̃dictis vt acqrat ipso iure ex solo cõtractu sine traditiõe,ac etiã tacita hypothecavt eã habeãt in dictis casibus.hoc.d. Et inquantũ loquitur de relictis in vltima voluntate,non est nisi in vno specialitas,scilicet circa præscriptionem,non autem circa acquisitionem dominij,vel tacitam hypothecam:quoniã illas habẽt etiã alij pro rebus legatis,& per fideicõmissum relictis. vt l. j.j.cõia de lega.Sed inquantũ loquit de donatis aut vẽditis:tũc in illis habẽt tria priuilegia scilicet tã circa præscriptionẽ,quã circa

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Verbum relinquo. Adde tex. in l.fi.ff.de rab.exhi.glo. in aut. de hære. & fal. in §.si verò. Doc. in c.Raynutius.de testa.

b ¶Omnia priuilegia. Adde Bal.in l.pe. in 3.col aut.in vlti.col. C.ad Turpil. Limita hoc esse verùm in re quæ sit veri dñij ecclesiæ secus si res sit quasi dominj ecclesiæ.

c ¶Vitæ hominũ tempus. Adde Inno.in c. veniẽs.de fil.presby. Io.de anna. in rubri. de delictis puero.

d ¶Ad ætatẽ centũ annorũ. An elapsis centũ annis præsumatur mortuus.vide per Sali.hic.& per gl. Bar. & Doc.in l.j. in §. fi dubitetur. ff. quẽad. testa. aperi.

e ¶Contra libertatem ecclesiasticam. Adde tex.in c. ij. de verbo. signi.lib.vj.Bal.in l. cunctos populos. C. de summa trin.Abb. consi.lxxxiij. incip. præsens dubium.

dominj acquisitionẽ & hypothecam.quoniam illis nõ acquiritur dominium ex solo contractu: sed requiritur traditio. ff. de rei ven.l.si ager.& j.de rei ven.l.pe. & de pac. l.traditionibus.nec etiam regulariter habẽt alij tacitã hypothecam: sed dũtaxat in certis casibus.de quibus in tit.in qui.cau. hyp. tab.contra.ff.& C.Extra casus verò de quibus hic istæ personæ non habent ista priuilegia.Et diuide. qa primò ponit procœmiũ. & etiam statutum obscurum.circa tempus præscriptionis.vsq; ibi.[& nobis.] Secundò illud declarat ponendo spatiũ centum annorũ. vsq; ibi. [siue.] Tertiò concludit in præmissis. & etiam addit duo alia priuilegia de acquisitione dominj, dãdo eis rei vendicationem. & circa tacitam hypothecam veniens ad casum.†In tex.ibi. [aliquã reliquerit hæreditatem.] subaudi directò: instituẽdo: vt differat ab eo quod j.subijcit à fideicommisso: nam etiam fideicommissum vniuersale dicitur hæreditas, & fideicommissarius hæres. vt in l.si filiusfa.§. sed si filio.ff. quod cum eo. & sic nota hic diligenter quod verbum,relinquo adaptatur ad institutionem directã. vt etiam apparet ante fi. Si ergo aliquis dicat relinquo bona mea tali, videtur ipsum directò instituere hæredem.& sic propria authoritate potest capere bona.sed si imp portaret fideicommissum vniuersale, tunc venientes ab intestato succederẽt directò.& ille haberet petere ab eis restitutionem: & ante factam restitutionem verbalem non posset propria authoritate capere. & venientes ab intestato detraherent quartam Trebellianicam:quæ non detrahitur de directa institutione.vt j. tit.j.l.si quis ad declinandam.†Sed an hoc sit verum,q; verbum relinquo importet institutionem directam? vide per glo. & Docto.in l.his verbis.in prin.ff.de hæred.instituen. quia si non erat alius institutus,importat institutionem. aliàs importat fideicommissum.nisi qualitas personæ contrarium suadeat.vt si relinquetur filio suo pro legitima:nam tunc debet relinqui iure institutionis,ad hoc vt testamentum valeat. nam si relinquit sibi certã quotam,videtur relinquere iure institutionis.ad quod vide quod notat Bald.in l.humanitatis.j.de impub.& ali.substi. Si verò res singulares,secus. & sic non valeret testamentum,nisi diceret relinquo pro legitima.per ea quæ not.per Bart.in authen. vnde si parens.j.de inoffi.testamen. †In tex.ibi. [vel fideicommissum] subaudi particulare vel vniuersale ex isto text.coniuncto si. vbi habetur q; dominium acquiritur sine traditione. Bar.disputando in quæstione quę incipit. Titius filium.determinauit notabiliter valde q; in fideicommisso relicto ad piam causam, ecclesijs, & pijs locis,vel pauperibus,non requiratur restitutio verbalis: de qua loquitur titu. ad Trebel. quantum ad hoc vt transferantur iura hæreditaria actiuè & passiuè.imò statim impleta conditione fideicommissi. & eo purificato transferuntur omnia iura. & hoc est quotidianum.quia testatores morientibus filijs sine liberis relinquunt omnia bona pauperibus. Certè si filij decedant relictis extraneis hæredibus,executores testamenti, vel Episcopus,qui est executor legalis.vt j.ti.j.l.nulli. nõ habent necesse petere ab illo hærede extraneo restitutionem fieri.Sed possunt capere propria authoritate, ac si esset facta.& mouere actionẽ contra hæreditarios debitores,vel possessores rerum.q; perpetuò tenementi.& licet Bal.hic nitatur probare cõtrarium. plus placet determinatio Bart.nam etiam secundùm Bal. tale fideicommissum non requirit additionem hæreditatis,& cõstat quod idem tributi restitutio verbalis,fideicommissario vniuersali,q; tributi aditio,hæredi directo. Sed si in directo hærede non requiritur aditio,ergo nec in fideicommiss.requiritur restitutio. Bald.tamen se mouet per l.omnibus.ff.ad Treb. vbi in fideicommiss. relicto ciuitati requiritur restitutio.& hic æquiparãtur ciuitas,& pia causa.Sed dic quod iure illo non erat introductũ priuilegiũ.de quo hic.vnde posset dici idem in ciuitate hodie per hanc legẽ.In tex. ibi,[sed.& si in redemptionem captiuorum.]dic idem si pauperibus in genere,quia omnia priuilegia[b] quæ dantur ecclesijs:dantur etiam pauperibus.vt in authentica.de eccle.titulo.& per Bal. j.ad Trebel.l.iancimus.ad fin.& not.istum text.contra gloss.quę est in l.illud.s.eodem dum hic dicit donatæ.quòd valet donatio facta in redemptione captiuorum:licet tamen illi non sint p̃sentes.Sed potest responderi per text.dum dicit legitimo modo.qũ intelligitur quando aliquis est præsens,qui recipit nomine absentium.† In tex.ibi.[longissimum vitę hominum tempus.][c] dic iste text.semper allegatur.& per ipsum dicitur quòd si aliquis se absentauit à patria,& ignoratur an viuat vel mortuus sit, quouscq; aliqua indicia sint de morte præsumitur,viuere,quousq; perueniat ad ætatẽ.c.annorũ.[d]& ille qui dicit eum mortuũ,habet nec esse probare.de hoc vide per Bar.in l.ij.ff.quẽad.te.ape. †Vltimò per istum textum circa fin.dicit Bar.fuisse determinatũ per Oldra.in publica disputatione.quòd si statutũ dicat bona immobilia non posse alienari in ecclesias,vel pia loca,tale statutum nõ valet:sed dicitur esse contra libertatem ecclesiasticam.quia contra priuilegium concessum ecclesijs per hanc l. Certè ista l.non concedit priuilegium ecclesijs quod possint emere,vel donationem recipere.hoc eñ competit eis de iure cõi:sicut & in alijs:qa non debent esse deterioris cõditionis.Sed bene cõcedit eis priuilegiũ q; ex solo tit.transferat in eas dominiũ. Istud aũt statutũ aufert ecclesijs ius cõe nõ autem priuilegium vnde tenendo opinio Innoc.q; dicat contra libertatem ecclesiasticam,[e] nisi quando auferret priuilegiũ,istud statutum nõ diceretur cõtra libertatem ecclesiasticam:sed tenendo aliam opinionem:de qua dixi in authẽtica cassa.secus.Et per istum modum defendo Bar.Sed si tale statutum nõ faceret expressam mentionẽ de ecclesijs.sed solũ diceret quòd non possunt alienari in non subditos.tunc nõ comprehenderentur ecclesiæ vt not.per Ioan.and.in c.j.de immu.eccle. lib.vj.secus in l.imperiali generaliter loquente.quia comprehendit ecclesias.vt l.fi.j.de exac.tribu.lib.x.& ibi per Bar.Itẽ ista l.loquitur quando vẽdens vel donãs erat dominus,vt transferat dominiũ,quid si nõ erat dñs,an ex solo cõtractu trãsferat? vsucapiẽdi cõditio? vide in Spe.de loca.§.nũc verò aliqua.ver.lviij.†Pro declaratione gl.q̃ est super verbo[cẽtũ.] & ad soluendũ omnia cõtraria gl.op.q; cõtra ciuitatem nõ præscribatur minori spacio c.annorũ.quia video q; cõtra fiscũ interdũ præscribitur quadriẽnio.vt in l.intra quatuor.ff.de diuer.& tẽp.præscri. Aliquãdo spatio xx.anno.vt in l.in omnibus.eo.tit. Aliquando spatio xxx.annorũ sine titu.& bonafide.vt in l.sicut.& l.omnes.j.de p̃scri.xxx. anno.vel longo.tẽpo.cum titu.& bona fid.vt in l.fi.j. de præscri. long.temp.& fiscus est magis priuilegiatus quã ciuitas particularis.vt ff.ad muni.l.non debere propter hoc gl.dat multas solutiones.Sed aduerte quantum ad fiscum aut loquimur de iure ac quisito fisco perdendo.& in illo fiscus vtitur iure priuati:vt præscribatur cõtra ipsum aliquando longissimo:aliqñ longo tẽpore vt s.dictum est. Interdum quærimus de iure nondum quæsito, vel incorporato fisco vt si aliqua bona sunt fisco delata:vel ratione delicti alicuius,vel quia decessit sine hærede,& sic sunt bona vacantia:vel ex alijs causis,de quibus habetur in l.j.ff.de iu.fis.tamen fiscus vel eius officiales nondum acceperunt possessionem bonorum.Et tunc si talia bona sic delata ipso iure fuerunt fisco denunciata,tunc si posteanegligit per quadriennium capere possessionem,præscribitur cõtra fiscum.vt d.l.intra quatuor.& j.de quadri.præscri.l.j.& ij.Si verò non erant adhuc denuntiata tunc præscribitur contra fiscum xx.annis.vt in l.omnibus.de diuer.& temp.præscrip.allega.hic in gloss.pro contraria,nisi præscribens haberet titu.& bonam fidem. quia tunc præscriberet x.annis inter præsentes.sicut contra priuatum.& prædicta in fisco imperiali,vel temporali. †Sed in fisco ecclesiæ distinguitur.aut inter romanam ecclesiam, & requiritur.c. anni etiam in talibus nondum incorporatis. aut in alia ecclesia. & sufficiunt xl.vt est hodie casus. in c.ij.de præscrip.libro.vj. In ciuitatibus verò particularibus quæ non habent iura fiscalia,in tribus casibus,de quibus hic non præscribitur minori spatio. c. annorum. & sic sunt melioris conditionis quam fiscus in hoc:quia in alijs fiscus est melioris, vt hic in prima solu.gloss.Extra istos casus contra ciuitates præscribitur: sicut contra priuatos.quia instar priuatorum obtinent.vt in l.eum qui vectigal.de verborum signifi. & idem dicunt Docto.in castris subiectis ciuitati.quasi sint mẽbra eius. vt l.qui ex vico.ff.ad munici.licet glo.dicat cõtrarium in l. si fenita

☞ *Bigamus qui habuit duas uxores, non potest clericari propter defectum sacramēti.*

AVTHENTICA.

MVltomagis. † Not. quod hodie clerici nō possunt cōtrahere matrimoniū, nisi cum sint in ordinibus nō sacris: aliàs non teneret matrimonium. & essent excommunicati. vt in cle. j. de cō sang. & affi. † Item no. in fi. quod bigamus qui habuit duas vxores non potest clericari propter defectum sacramēti. vt extrà de biga. per totum.

AVTHENTICA.

PIscopo. † Ista authen. prohibet episcopis ne teneant mulieres quod si contra fecerint, priuantur episcopatu.

☞ *In bonis clericorum, fiscus ecclesiæ præfertur fisco imperij.*
Si aliquis clericus non intitulatus in aliqua ecclesia decedat, non relictis consanguineis, bona eius debent distribui inter pauperes.
Si confiscantur bona emphyteotæ, uel uasalli, remanet saluum ius domini.
An saltem transeat feudum in fiscum, in uita confiscati?
Si bona auferuntur ab hærede præsbyteri, tanquam ab indigno: quia tacitè accommodauit fidem de restituendo incapaci, puta spurio præsbyteri an applicentur fisco ecclesiæ, uel fisco temporali?
Si decedat præsbyter ab intestato, & consanguinei dicunt bona sua ad se pertinere ei quasi quæsita aliunde quàm ab ecclesia: sed ecclesia dicit oppositum, cui incumbit onus probandi?

LEX XX.

SI quis præsbiter. † In bonis clericorū decedentium ab intestato nō extantibus consanguineis, succedit ecclesia: saluo iure curiæ si erat curialis, & iure patronatus si erat libertus. & iure domini si erat vasallus vel ascriptitius. Item hæres cuiuscunque administratoris ecclesiastici tenetur reddere rationem ecclesiæ de admini. h. d. Et est bona lex maximè in hoc vltimo, quod si aliquis rector ecclesiæ malè tractauit bona ecclesiastica, pōt eius successor agere contra eius hæredē, si reliquit alium quam ecclesiam. & istud potest frequenter cōtingere. † Not. etiā quod in bonis clericorum fiscus ecclesiæ præfertur fisco imperij. Sed si aliquis clericus non intitulatus in aliqua ecclesia decederet non relictis consanguineis, bona eius deberent distribui inter pauperes. vt l. ij. §. eo. Et est ar. hic secundū Gul. de cu. quod si confiscatur bona emphyteotæ, vel vasalli, remanet saluum ius domini: & vide quod not. Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus. de dam. infect. An saltem transeat feudum in fiscum in vita cōfiscati. nam videtur ꝙ sic. l. Statius. §. Cornelio. ff. de iure fisci tamen ipse determinat contrarium, ꝙ statim reuertitur ad dūm: ac si naturaliter mortuus esset. non sic in emphy. arg. j. de fun. patri. l. fundum. & quod not. ibi in gl. Et vide Inno. in c. cū officij. de testa. ad illud quod hic dicitur. in fin. † & inducitur ista l. si bona auferuntur ab hærede præsbyteri, tanquam ab indigno. vt quia tacitè accommodauit fidem de restituendo incapaci: puta spurio præsbyteri, an applicētur fisco ecclesiæ, vel fisco temporali? & facit ista l. pro prima parte tñ Bald. distinguit. Aut ille hæres erat clericus: & habet locū prima pars, aut laicus. & tūc secūda: quia debet inspici conditio personæ cui auferuntur. † Item pone quod decedit præsbyter ab intestato, consanguinei dicūt bona sua ad se pertinere, quasi quæsita aliunde quàm ab ecclesia: sed ecclesia dicit oppositum quod sunt acquisita de bonis ecclesiæ: cui incumbet onus probandi? Respondeo ei qui non est in pos. & quousq; possessio vacat licitum est prę occupare, vel consanguineis, vel ecclesię. & ille qui occupauerit erit potioris condītionis secundùm Inn. in c. cum officij. de testa. & adde quod no. per eundem. in c. in presentia. de proba.

☞ *Statutum excludens fœminam à successione extante masculo, non ualet. nisi mandet dari loco legitimæ, puta quòd dotetur.*
Ingressus monasterium si non testatur: bona omnia pertinent ad monasterium, salua legitima filiorum.
Si pater ingressus est monasterium, quòd filij possint statim etiam uiuo patre petere legitimam de iure canonico.

AVTHENTICA.

NVnc autem. † Ista aut. primò cōfirmat auth. ingressi. s. titu. j. addendo vnum verbum quod est vtile. & hoc vsque ibi. [exinde.] ibi confirmat auth. si qua mulier. eo. tit. in eo quod ibi dicitur in fi. & corrigit. l. C. in prin. inquantum loquitur de monachis, & innuit ꝙ possunt testari. quia hodie non procedit. No. ex prima

prima parte dum dicit. [si prius testatus non sit,] per quod declaratur & limitatur auth. ingressi. dum ibi dicitur quòd ingredies monasterium dedicat se & sua monasterio. nam hoc est verum si non fuerat primò testatus: si ergo fecerat testamentum, per ingressum non rumpitur, & dedicatio bonorū debet intelligi saluo testamēto, vt eo mortuo naturaliter instituti etiam extranei, habeant bona, licet eo viuēte debeant esse penes monasterium. & sic soluitur hæc quæstio quam format gl. in authē. si qua mulier. hoc tamen debet intelligi cum distinctione, de qua ibi dixi. quando cogitans de ingressu fecit testamentum: aliàs rumperet. & hoc colligitur in corpore vnde sumitur in auth. de monachis.

2 §. illud. † Item not. in fi. secundùm Bal. ꝙ cum auferre legitima filio sit iniquum, statutum auferēs vel excludens fœminam à successione extante masculo, videtur iniquum: & per consequens non valere. cum omnis lex debeat esse æqua. vt in c. erit autem. iij. distinct. cōmuniter tamen tenetur contrarium & seruatur de facto, si aliquis mandat dari loco legitimæ: puta ꝙ dotetur, aliàs procederet prima pars. & sic innuit Bald. hic ꝙ legitima possit
a minui, non autem in totum tolli: & ita not. Dyn. in c. indultum. de regu. iur. in vj. alij dicunt ꝙ potest in totum tolli. quia si non posset, ergo nec diminui. per l. quod de bonis. §. fi. ff. ad legem fal. De hoc ꝙ Cy. in l. sancimus. j. de nu. & ꝙ Bar. ī l. Titio cētū. §. Tigenero. de cond. & demō. & ibi dixi in gl. ibi vel secundū Io. dic hæc vera. non enim vult iste tex. dicere quod ingressus monasterium si habeat liberos non possit postea testari, imò potest inter eos. vt in auth. si qua mulier. sed vult dicere ꝙ si nō testatur, bona omnia pertinent ad monasterium: salua legitima filiorum, &
3 hoc etiam dicitur in illa auth. in fi. † Item glosl. fi. dicit notabiliter secundū quosdā ꝙ filij possunt illā legitimam petere statim, etiā viuo patre naturali. Sed in auth. si qua mulier. in gl. fi. dicit contrarium quod eo demum mortuo. & hæc verior de iure ciuili. Sed de iure canonico videtur prima verior. vt ibi dixi. per c. cum scimus. de regularibus.

LEX XXI.

1 AD similitudinem. † Dignitas superueniens facit vt quis possit seruire ꝓ substitutum. h. d. Si ergo libertus acquirat dignitatem ecclesiasticam cùm per hoc nō præiudiceť iuri patroni, arg. in l. fi. ff. de nata. restī. poterit operas præstare per substitutum. & not. hic quòd tunc præstat suo periculo. vt etiam dixi in l. quisquis. suprà eodem.

2 ☞ *Pœna pecuniaria quæ applicatur parti dicitur ciuilis, sed quæ applicatur fisco criminalis. & quando dicatur etiam ciuilis?*
3 *Portans literas in quibus fit mētio de persona sua præsumitur esse ille de quo fit mentio in literis, nisi probetur contrarium.*
4 *Non debet haberi pro clerico, qui non habet insignia clericalia.*
Percutiens clericum qui non erat in habitu & tonsura clericali, non incidit in excommunicationem: nisi percutiens sciebat ipsum esse clericum.
5 *Clericatus an possit probari per testes?*
Quando iudex secularis fecit aliquem capi pro maleficio, & ipse dicit se clericum, & petit se remitti ad curiam episcopi, quæ sint partes iudicis secularis?

LEX XXII.

SI qua per calumniam. Ista lex semper allegatur. & h. dicit.
1 † Accusans episcopū calumniosè de aliquo crimine, vltra pœnam calumniæ patitur pœnā pecuniariam pro temeraria vocatione de qua hic. hoc primò. Et priuilegia cōcessa ecclesijs,
b quantū ad hoc vt confugientes ad eam sint securi: firma permanent. hoc secundò. & clerici peregrini nō habentur pro clericis, nisi habeant literas testimoniales suorum episcoporū. hoc tertiò & vltimò. Et de hoc vltimò habetur titulus in decretalibus de
2 clericis peregrinis, qui habuit ortum ab hac lege. † In prima parte not. gl. quæ incipit. [hoc si ciuiliter.] ꝙ pœna pecuniaria licet applicetur fisco, dicitur pœna ciuilis. Contrarium tñ dicunt docto. quòd illa dicitur ciuilis quæ applicatur parti. & contingit in omnibus criminibus priuatis, vt pœna furti, vel vi bonorum ra. vel similes: quando autem fisco, dicitur criminalis. vt l. agraria. & ibi not. ff. de ter. mo. de hoc vt per Cy. in l. qui sepulchra j. de sepul. viol. & per Bart. in d. l. agraria. sed hic ideo appellatur largo modo ciuilis, ad differentiam corporalis, quæ etiam imponitur hoc casu propter calumniam. vt in illa glo. & ista pecuniaria imponitur propter temerariā vocationem secū dū Ricar. malūb. &
3 alios doct. † Ex fine huius. l. colligitur duo. primò quod si aliquis portet literas, in quibus fiat mētio de persona sua, & sibi aliqd cōmittatur, si opponatur sibi tu non es ille de quo fit mentio in his literis, nisi probes. potuisti enim cuidam alteri subtrahere. ꝙ ista cōtradictio non admittatur, imò si asserit se illum, præsumitur: nisi contrariū ostēdatur. quod not. nā si aliquis de lōginquis partibus portet instrumentū procurationis, in quo cōtinetur quod talis cōstituit Titiū procuratorē ad agendū & ille asserat se esse illum Titiū de quo in instrumento. Aduersarius autē dicit non cognosco te, proba ꝙ sis ille Titius. dicunt doc. per istum text. ꝙ non habet necesse probare. quod perpetuò tene mēti. pro quo bene facit tex. cum glos. in l. fi. de pac. cōuen. quę vult ꝙ si penes alium reperiunt instrumenta mea, in qbus mihi teneris. & ille agat contra te tanquam procurator meus, nec producat mādatum ad agendum, satis præsumit esse: ex quo pene eum sunt iura mea. hoc tñ dic vt ibi no.
4 vt l. maritus. j. de procu. † Item collīgitur in fi. ar. secūdū gl. quod non debet haberi pro c clerico qui nō habet insignia clericalia, & d sic percutiens clericum qui non erat in habitu & tonsura, non incidit in excōicationem, in quam incidunt percutiētes clericū secūdū gl. Doct. dicūt ꝙ est verū, nisi sciret ipsum clericū. nā tunc non excusatur, licet ille non sit in habitu & tonsura. quia dolus ipsius percutientis præponderat culpæ clerici non portantis tonsurā vel habitū. ar. in
5 l. Itē si obstetrix. in fin. ff. ad l. Aquil. † Item etiam allegat iste tex. ꝙ clericatus non pōt probari per testes. Sed requiritur scriptura. & idem dicūt quidā de titulo beneficij. Sed in contrarium ꝙ nō. Archi. in procœmio sexti lib. dic vt ibi in nouella. vbi omnino vide de hoc. vide hic per Cy. post Pe. & ꝓ bal. q tāgit plura circa materiā. c. si iudex laicus. de sen. excō. lib. vj. qñ iudex secularis fecit aliquē capi, ꝙ maleficio: & ipse dicit se clericū, & petit se remitti ad curiā episcopi. q̄ sint partes iudicis secularis. Et istud quotidie contingit de facto.

a ¶Tolli. Adde de hoc & dic vt per Ale. de Im. ī sua dis. ī ci. Sigismūdus. ī iij. dub. co. xxij. & in suo cō. lv. col. fi. in ij. volu. vbi vult ꝙ posit minui, nō autē in totū tolli. & ꝙ nō possit ī totū tolli tenet idē Paul. de Cas. in cō. xvj. in j. parte cōsi. nouorū. & vide eūdē Pau. in auc. nouissima. j. ād in offi. tes. & ibi. d. Fab. in repetitiōe char. xvj. col. ij. & adde barba. in cōsi. xxiij. col. iiij. in j. vo. Ab. consi. lxiij. lxvj. & lxxvj. in j. vo. Cur. & vltra ꝓdicta vide ꝓ d. Ma. Sozi. in cōs. xxx. col. j. & do. Bar. eius filiū in cōs. cl. col. ij. versi. prima igit radix. S.
b ¶Cōfugientes ad eā. Adde c. inter alia. & ibi doc. de imu. eccl. & ibi diffusè. ꝓ Pet. de Rauena in sua repetitione.
c ¶Qui non habet insignia clericalia. Adde doc. ī c. clerici. el ij. de vi. & ho. cle. & docto. in c. j. de aposta.
d ¶Percutiens clericū. Adde tex. & ibi Flo. in l. scientiā. §. si meū. ff. ad legē Aquil. cui adde tex. & glo. in l. si ignorans. ff. loca. Bart. in l. item apud Labeonē. in §. si quis virgines. ff. ād iiur. gl. magna in fine. & ibi Ioā. de Imol. in cle. j. de consangui. & affi.

LEX XXIII.

QVoniam. † Istæ Eutiches hęreticus qui fuit dānatus in cōcilio Calcedonēsi dicebat in Christo tm̄ vnā fuisse naturā. s. humanā: et ibi fuit determinatū qd̄ erat duplex natura. s. diuina & humana: nā si humana tm̄, resurgere nō potuisset: & si diuina tantū nō potuisset mori de hoc habetur. xv. di. c. canones: & in isto concilio interfuerunt septingenti. xxx. episcopi. nec in aliquo alio vnquā tot fuerunt.

1 ☞ *Materia executorum ultimæ uoluntatis. remissiuè.*
2 *Appellatione pauperum etiam ecclesiæ continentur.*
3 *Pecuniæ relictæ pauperibus, an possint cōuerti in fabricā ecclesiæ, si indiget reparatiōe?*
4 *Pauper dicitur ille qui parum habet: sed inops qui nihil habet, & quæ sit differentia inter penuriam & paupertatem.*
5 *Paupertas qualiter probetur. remiss.*

LEX XXIIII.

QD quod pauperibus. † Relictum pauperibus valet nō obstante incertitudine personarum. Sic & donatio. vt §. ti. j. l. illud. & est speciale secundùm glos. quod incertitudo nō vitiat, regulariter secus. nisi sit commissa alterius arbitrio declarāda vl' in certum euentum. vt in l. quidam relegatus. ff. de rer. dub. & ibi plenè per Bartol. de isto articulo. Alij dicunt quod non est speciale. Sed ideo est quòd declaratio habebit fieri per executorem testamentarium: vt legitimum, puta episcopum. vt j. eod. l. nulli. Sed certè hoc procedit si expresè testator hoc eis permitteret, puta pauperibus, quos declarabit talis. Sed quando nō expresè committit, vitiat. ideo gl. verius videtur dicere. & ratio speciali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Qualiter probetur paupertas. Adde Ange. in l. vbi adhuc. in prima col. in gl. magna. C. de iure dot.

b ¶Coram iudice secularí. adde c. ¶¶. xiij. qō. ij. & Spec. in tit. de teste i §. sequitur. versi. quid de presbytero.

tatiseſt: quia tale relictum cenſetur factum Deo, qui eſt certus. Io. An. dicit quòd pauperes faciunt collegium. & collegiū eſt perſona certa. Sed Bal. dicit hoc nō reperiri in iure, nec eſſe verū: quia tunc nō poſſet fieri diſtributio in quoſdam ſic, & in quoſdam nō, quia oēs ſimul facerent collegiū. quod tamen eſt falſum: vt j. eod. l. nulli. & propter hoc Bald. hic incidēter tractat materiā executorū vltimæ voluntatis, formando multas quæſtiones, quas etiam firmat Iac. de Are. in quodā tractatu quem fecit de hoc. & plenius vide in Spe. de inſtr. edi. §. nūc verò aliqua. Et in addi. Io. an. in gbus infinita deciduntur ſuper iſta materia. & Bar. tāgit aliqua vtilia, ſed pauca. in l. alio. de ali. & cib. leg. & quidam valens canoniſta repetēdo. c. fi. de teſt. li. vj. adhuc magis extēdit materiam. †Et no. q̄ appellatione pauperum etiā eccleſiæ continentur. vt j. eod. l. omnes. §. hoc nihilominus. & ibi vide Bal. per quod videtur decidi quæſtio quā format Ioā. And. in nouella in d. c. fi. An †pecunias relictas pauperibus poſsit cōuertere in fabricam eccleſiæ, ſi indiget reparatiōe. videbatur q̄d non ſine licentia papæ, poſtquam poterat conuerti in vſum expreſſum à teſtatore. vt in cle. quia contingit. de religio. do. licet ſecus ſi non poſſet. quia tunc ſufficeret authoritas ordinarij. vt in l. legatum. cum l. ſeq. ff. de vſufr. leg. & quod ibi per Bar. ipſe tamē determinat contrarium. pro quo facit. l. quam ſ. allegaui. † Vltimò dic q̄ pauper dicitur ille qui parum habet, ſed inops dicitur qui nihil habet. vt not. Archi. viij. di. c. quo iure. Et quæ ſit differētia inter paupertatem & penuriam. vide per eūdem in c. periculoſo. de ſtatu reg. li. vj. Et qualiter † probetur paupertas, vide per Bar. in l. ſi conſtante. ff. ſol. mat. in primis queſtionibus. Et facit. l. paupertas. ff. de excu. tu. Cætera vide in locis prælegatis.

1 ☞ Clerici coram quo iudice conueniantur. & nu. 2.
2 Iudicis electio pertinet ad actorem.

LEX XXV.

1 **Vm clericis.** †Clerici Conſtantinopolitani debent cōueniri coram Patriarcha, vel prefecto conſtantinopolitano, data electione actori, & non coram alio quocunq;. hoc dicit vſq; ad
2 verſi. [memorati autem.] †Et allegatur iſtud principium quod quādo actor habet plures iudices, poteſt eligere coram quo agere velit ſecundū Iac. Bu. de quo etiam in l. fi. in tex. & gl. j. vbi in rem act. & ff. de iu. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſi ea res. & de eo quod cer. lo. l. iij. niſi dentur in priuilegium reo: quia tunc ad reum pertinet electio. vt in auth. habita. C. ne fi. pro pa. Et adde quod not. Inn. in c. cum ab eccleſiarum. de officio or. in glo. quæ incipit benedicit. & c. quantò. poſt medium. hodie verò clerici etiam de iure ciuili non conueniuntur coram ſeculari iudice. vt j. e. authen. ſtatuimus. & auh. cauſa quæ fit cum monacho.

1 ☞ Clerici conuenti an ſatisdent?
2 Prima citatio poteſt incipere à procuratore citati. ſi procurator habet ad illam litem mandatum. ſed cautius eſt prius citare dominum.
3 Citatio. dicitur ſententia iudicis interlocutoria.
Interlocutoria quid ſit?
Nuntius non debet citare partem ſine commiſsione iudicis. etiam ad inſtantiam alterius partis. & an udeat conſuetudo in contrarium. & an ualeat generalis cōmiſsio iudicis. & an poterit nuntius citare die feriata pro non feriata?
4 Principalis quando eſt idoneus præſumptione iuris uel de iure. uel eſt notoriū quod eſt diues. non eſt cogendus dare fideiuſſores. etiam in cautionibus deputatis à iure cum fideiuſſoribus.
5 Approbatores fideiuſſorum qui tanquam idonei deputantur à communi. ſi conueniantur. non habent præſtare fideiuſſores.
6 Clerici prohibentur iurare coram iudice ſeculari ſine licentia epiſcopi. ſed extra iudicium poſſunt iurare.

1 **§. Memorati.** †Clerici Conſtantinopolitani conuenti ſatisdant de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo in caſu in quo eſt ſatisdandū. & dāt in fideiuſſorem œconomum Conſtantinopolitanum vſq; in quinquaginta libras auri. vltra verò non ſatisdant, nec iurant, nec etiam ipſe œconomus conuentus ſatisdat. hoc dicit vſq; ad verſi. [ſtatuimus.] Hæc tamē
2 coniunguntur in gl. tñ ex tex. aliqua ſunt notāda. † Nota primò in ver. [procuratores.] q̄ prima citatio pōt incipere à procuratore citati, ſi eſt procurator habens ad illam litem mādatum. Quidā verò cautius volēres agere ſemper faciūt prima vice citari dñm & ſi compareat procurator, poſteà faciunt citari procur. De hoc articulo vide per Bar. in l. ſolēt. ff. de ali. & cib. leg. Itē no. in ver.
3 [tuarū ſententiarū. Iq̄ glo. exponit. i. conuentionaliū. † q̄ citatio dicitur ſententia iudicis. intellige. ſ. interlocutoria. vt no. in auth. de litigioſis. §. ad excludendas. in gl. quæ dicit q̄ quicquid ſit in lite à iudice vſq; ad ſententiā diffinitiuā, poteſt dici ſententia interlocutoria. & no. hæc pro his quę habentur. in l. j. j. de ſportulis. Itē no. in ver. [authoritate. Iq̄ nuntius non debet citare partē ſine cōmiſsione iudicis, etiam ad inſtantiā alterius partis. vt etiā probatur. j. de exhi. reis. l. neminē. Sed in quibuſdam locis habēt nuntij de cōſuetudine citare ad ſolā requiſitionem partis, & hoc in multis locis ſeruatur. quia etiā iudices faciūt cōmiſsiones generales nuntijs curiæ. vt citent qñ fuerint requiſiti abſq; alia cōmiſsione ſpeciali, & poſtea referant notario ad hoc deputato. Et tunc dicit hic Bal. notabiliter q̄ nō poterit citare die feriata, pro non feriata. Sicut nec iudex poſſet die feriata citationem ſibi cō
4 mittere, quia iſte nuntius ex conſuetudine exercet actū iuriſdictionalē. non ſic qñ citaret de cōmiſsione iudicis facta die non feriata. vt notatur per Cy. in l. dies feſtos. j. de feriis. † Itē no. in ver.
5 [Ipſe vero reuerendiſsimus & c.] ar. quod qñ principalis eſt idoneus pręſumptione iuris vel de iure, vel etiam eſt notoriū quod eſt diues, non eſt cogendus ſatisdare fideiuſſoribus: etiā in cautionibus deputatis à iure cum fideiuſſoribus. ad hoc facit quod habetur in tit. j. de fideiuſſoribus. In gloſſ. ſuper ver. ſufficienter.
6 Item eſt ar. iſte tex. † q̄ approbatores fideiuſſorum qui tanquam idonei deputantur à cōi, ſi cōueniantur, nō habebunt præſtare fideiuſſores. ſicut nec hic œconomus: qui tanquā idoneus fideiu
b bebat pro aliis. † Vltimò no. q̄ clerici prohibentur iurare. hoc intelligę corā iudice ſeculari[6] ſine licentia ſuorū epiſcoporū. ij. q. v. c. ſacramentū. & xxij. q. j. c. pe. in fi. & per Inn. in c. j. de iur. cal. & ibi omnino vide. & ita ſeruatur de facto, quod etiā qñ vocantur ad teſtimonium in curia ſeculari, nō vadūt ſine licētia epiſcopi, vel eius vicarij. Sed extra iudiciū bene poſſunt iurare. vt not. in d. c. j. quia nō eſt peccatū iurare cū expedit. vt in c. & ſi Chriſtus. de iureiu. Secus cum non expedit. & etiā nimis frequentatur.

§. Statuimus. Clerici non dant executoribus niſi duos ſolidos pro citatione, & cum eis mitius
1 eſt agendum. hoc dicit vſq; in finem. † qui finis allegatur ad vnū tantū. q̄ quantum ad ea quæ pertinent ad ordinationem iudicij: debet ſeruari cōſuetudo & ſtylus loci vbi iudicium agitur. facit l. j. in fi. ff. de teſti. & l. ij. j. quemad. teſta. aper. & notatur in l. cunctos populos. de ſum. trini. per doctores.

2 ☞ Quando Epiſcopus uel eius procurator agit in aliqua curia ſeculari pro negotijs eccleſiæ ſuæ. non habet ſoluere ſportulas quas alij ſoluunt.
Epiſcopus in cauſa eccleſiæ ſuæ q̄ ante litis conteſtationem poſsit conſtituere procuratorem. & quòd aliqui conſtituant actorem ante litem conteſt.
Verbum ſiliqua. quid importet. remiſ.

AVTHENTICA.

1 **Sed hodie.** †No. hic ſecundum Bal. dum dicit q̄ non permittuntur dare vltra quatuor ſiliquas. q̄ ſi ita taxatur certa ſumma notarijs pro eorum ſcripturis per ſtatuta, nō licet eis recipere plus etiā à ſponte ſoluentibus. nā ſi iſti prohibētur accipere. ergo & illi dare per iſtum tex. ad quod. j. de iudi. vt l. ij. in fine cū ibi not.
2 & vide tex. cū gl. in c. ſtatutū. de reſcri. lib. vj. † Itē not. in verſicu. [Epiſcopus.] q̄ qñ epiſcopus vel eius procurator agit in aliqua curia ſeculari pro negotijs eccleſiæ ſuæ, nō habet neceſſe ſoluere ſportulas quas alij ſoluunt. puta tm̄ pro centenario. vt ſit in ciuitate Lucenſi, & in curijs mercantiæ Florentię. & in multis locis. Vltimò eſt hic vna gl. quę tenet q̄ Epūs añ litis conteſt. in cā eccleſiæ ſuæ nō poſsit conſtituere procuratorem, ſicut nec tutor vel curator: cum ipſe nō ſit dñs, ſed procurator: licet ipſe habeat legitimā adminiſtrationē. arg. in l. necq. j. de procu. iuncto. c. j. de dona. Doc. tenent contrariū. quia non eſt nudus adminiſtrator, cū gaudeat fructibus. ideo quantū ad hoc æquiparaē patri: qui habet vſumfructū bonorū aduētitiorū. ideò cōſtituit ꝓcuratorē, ſicut ſi eſſet verus dñs. vt in l. j. j. de bo. ma. & no. in d. l. neque. Et per hoc. l. prece. ante fi. ibi: dū dicit pro inſtitutione ꝓcuratoris ſi per eū voluerit litigare &c. Aliꝫ verò cōſtituūt actorē ante litis cōte. & de hoc ſunt caſus pluriū decretaliū in ti. de procu. in c. petitio. cū aliis ſimilibus. De iſto autē verbo, ſiliqua, de quo loquitur gl. j. vide text. in gl. j. de metallarijs. in l. j. lib. xj.

Approbatores

☞ Approbatores fideiuſſorum tenentur, ſi reperiantur non ſoluendo.
Qui tenetur ſatisdare cum fideiuſſoribus, ſi iurat ſe non reperire: releuatur ab eis dandis: & ſufficit quòd promittat cū iuramento & quod obliget bona ſua, & promittat pœnam.
3 Ex pacto nudo in iudicio facto, ſeu coram iudice, oritur officium iudicis, & an habeat executionem paratam?
Coram arbitris non præſtantur ſatisdationes de quibus in iſta authen.

AVTHENTICA.

Generaliter. Iſta authē. non eſt hodie in vſu. qa actores non præſtant iſtam ſatisdationem de qua hic. nec illam de qua ī auf. libellum. j. de litis conte. vt no. in gl. inſti. de ſatiſ. §. ſed hodie. dicunt tamen Rofre. & Alberi. q̄ ſi peteretur à reo iſta ſatiſdatio, non deberet præſtari. quia iſta auth. non eſt abrogata per contrariam conſuetudinem, licet non ſit in vſu. quia ſatiſdationes iſtæ non
1 petuntur. † ſed Bar. dicit ſe vidiſſe peti, & nō obtineri. in ſingulis tamen locis ſunt ſtatuta, q̄ ſi actor ſit forenſis: vel alius nō ſubditus iuriſditioni iudicis coram quo agitur. non audiatur niſi ſatisdet de expen. reſtituendis, ſi ſuccūbat in cauſa. & ſic non eſt ita data iſta ſatiſdatio ſicut illa de qua hic. & tunc dico q̄ licet nō reperiret fideiuſſores, nō deberet admitti cū ſimplici iuratoria cautione: quia nō eſſet ſatisfactū reo. niſi in illo loco poſsideret immobilia. nam poſſet poſsidere abſq; eo q̄ ſit de iuriſditiōe illa. vt
2 l. libertus. §. ſola. ff. ad muni. † Et notatur hic primò dū dicit, [periculo competentis officij.] q̄ approbatores fideiuſſorum tenentur ſi reperiantur non ſoluendo ſecundū Baldum. ad hoc l. cum oſtendimus. in fi. ff. de fideiuſ. tuto. Item no. in ver. [aut ſi fideſso
a rem.] q̄ ille qui tenetur ſatisdare[a] cū fideiuſſoribus, ſi iurat ſe non reperire, releuatur ab eis dandis. & ſufficit q̄ promittat cum iuramento. adde & quòd obliget bona ſua. vt j. eod. l. omnes. §. in hac autem inclita. & quod promittat pœnā. vt not. gl. in l. niſi. §. quāuis. ff. ſi cui plus quàm per l. fal. & adde quod plenè not. in l. j. ff.
3 qui ſatiſd. cog. † Not. etiam hic vnā gl. circa prin. ſuper ver. [conſcribat.] q̄ ex pacto nudo in iudicio facto ſeu coram iudice oritur officium iudicis. quod alibi nō eſt ſecundùm Bal. in l. tale pactum. §. j. ff. de pac. vbi tale pactum habet executionem paratam. quod nō eſt in extraiudicialí. vt in l. ſi pacto quo pœnam. in fi. j. de pact. Cætera dic vt in gloſſ. & per Bal. qui multa verba hic dicit. Item etiam in fine. not. tex. cum gloſſ. quòd coram arbitris nō præſtant iſtę ſatiſdationes allegantibus. vide in Spe. de ſatiſd.

2 ☞ Patientia & modeſtia debet eſſe tam in clericis quàm in regentibus rem publicam.

LEX. XXVI.

1 **Decernimus.** †Not. in hac l. quòd reliquiæ ſanctorum & etiā ſignum crucis nō debent ſtare in locis prophanis: ſed duntaxat In eccleſijs, & ſacris locis. Item quòd ad curam epiſcopi pertinet vbi collocentur. & aliꝫ inferiores clerici non poſſunt mutare
2 de loco in locum ſine licentia epiſcopi. † Vltimò no. text. moralē circa finem de patientia & modeſtia quæ debet eſſe tam in clericis quàm in regentibus rem publicam.

LEX. XXVII.

Quiſquis. Pro declaratione huius l. vide. l. officiales. ſ. titu. primo.

2 ☞ In relictis ad piam cauſam executor quantūcunque merus habet actionem ex teſtamento contra hæredem ſcriptum. ut ſibi ſoluatur pecunia relicta pro diſtribuendo pauperibus. ſecus in relijs non pijs: & quo nomine intentabit hanc actionem?
An poſsit conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam?
3 Qualiter prouidebitur alijs executoribus in relictis non pijs?
Hæres ſi præueniat executorem, & ſoluat legatarijs, an liberetur, & an legatarij poſſint agere contra executorem.
Executor debet ſpecialiter deſignari à teſtatore, & an poſsit teſtator electionem executoris alteri committere?
4 Executor cui commiſſa eſt executio perſonarum, non poteſt officium executoris alteri committere, ſi à teſtatore non eſt ſibi data licentia.
5 Executor teſtamentarius præfertur epiſcopo, & etiam alteri priuilegiato à papa quòd poſsit recipere relicta ad piam cauſam. & quid ſi negligat?
6 Executor qualiter debeat facere inuentarium, & reddere rationem ſuæ executionis, & quid in epiſcopo?
Epiſcopus uel curia ſua ut notarij, non debēt aliquid accipere pro eorum labore de ſumma relicta pauperibus.
7 Vicus & caſtra poſſunt dici pars ciuitatis: & an comitatenſes peſsint dici ciues?

LEX XXVIII.

¶Satiſdare. Addē hoc etiā procedere in ſequeſtratione. quia ſi ille cui res ſequeſtrata fuit vult reuocare ſequeſtrum, ſi nō poteſt ſatiſdare, ſtatur ei[a] iuratoriæ cautiōi. Ita Nic. de neap. in l. ſtipb. C. de agri. & cenſi. lib. xj. Frāc. de Are. in c. examinata. de iudic. & bal. in l. j. C. de hære. vel ac. vend. Franc. Cur.

1 **Nulli licere.** Iſta eſt optima l. in materia vltimarum volūtatum. Et habet multa optima dicta. Continet in prima parte id quod habuiſtis. §. in l. id
1 quod pauperibus. † Iſta l. allegat̄ ad multa in materia executorum vltimæ voluntatis. primò quòd eſt dare executorem teſtamētarium, & etiam legitimum, vt epiſcopum. Adde & etiam datiuum, id eſt, datum à iudice. vt in l. ſolent. ff. de ali. & cib. leg. & hoc in relictis pijs, puta pauperibus, vel alimentorum: in alijs ſi teſtator non daret executo rem, non eſſet dare legitimum, vel datiuum. Item allegatur q̄ in relictis ad piam cauſam executor quantūcunq; merus nullū cōmodum ſentiat. ſiue teſtamentarius, ſiue legitimus, hsbet act. ex teſtamento contra hęredem ſcriptum, vt ſibi ſoluatur pecunia relicta pro diſtribuendo pauperibus. vt ibi. dum dicit, [habeat exigendi licentiam.] & ibi, [habeat facultatem exigendi &c.] non ſic in alijs relictis nō pijs, vt in l. Lucius. §. j. ff. ad Trebel. Et hic
2 concurrunt quàm plura dicenda. † Primò quo nomine intentabit hanc actionem ex teſtamento. dicit Bart. in l. ſi quis Titio. de leg. ij. q̄ nomine pauperum quibus competit illa actio, ipſe verò executor habet dūtaxat exercitium. Sed Bald. §. e. l. id quod pauperibus. ſecundùm Iac. de Are. dicit q̄ nomine ſuo. id eſt, ſuo officio, quia ſi nomine pauperum: haberet neceſſe cauere de rato. nec poſſet eis fieri ſolutio. ſed ſalua reuerentia. nam ipſi habēt legitimum mandatum. vnde non expedit q̄ caueant de rato. vt l. ne ſatiſdatio. ff. rem ra. ha. Et poſſunt recipere ſolutionē ſicut tutor & cu. Nec video qualiter nomine ſuo poſsint. Itē an poſsint conſtituere procura. ante lit. conteſt. videtur quòd nō. ſicut nec tutor vel curator: ſed debeant conſtituere actorem. vt in l. neq;. j. de procura. Doc. tamen videntur tenere contrarium fauore piæ cauſæ, vt executio citius expediaē. vt ibi. [ſine vlla cunctatiōe.]
3 † Item qualiter ꝓuidebitur alijs executoribus in relictis nō pijs, poſtquam non poſſunt mouere actionem ex teſtamēto, quomodo poſſunt implorari iud. offi. per l. quintus. ff. de an. leg. Item an hæres ſoluendo executori meo liberetur à legatarijs: & dic q̄ ſic per l. liberto. §. largius. in fi. eo. tit. de annu. leg. Item an teneantur ſatisdare hæredi ſoluenti de defendendo ipſum, vel de exequendo vel de reſtituendo pecuniam quæ nō fuerit executioni mandata. vide plenè per Bart. in l. diuus. ff. ſi cui plus quam per l. fal. Item ſi hæres præueniat executorem, & ſoluat legatarijs, an liberetur vt nō poſsit ab executore moleſtari? dic q̄ ſic, ſi legata erāt facta certis perſonis. ita q̄ non erat neceſſaria niſi executio facti. tex. eſt in l. ſi libertus ſub conditione. §. j. ff. de bo. lib. & in authē. de eccleſia. tit. §. ſi quis in nomine. & ibi per Iac. de bel. Sed ſi perſonis incertis declarandis per executorem, vt in caſu huius l. ſequs. quia cum declaratio non pertineat ad hæredem, non videretur ſoluere illis qbus legatum eſt factum: niſi primò eſſet facta declaratio per executorem. Item an legatarij poſsint agere cōtra executorem. vide per Bart. in l. Firmio. §. j. ff. quando dies leg. ce. Vlterius not. in §. j. in verſi. [ſi qui ſpecialiter.] q̄ executor debet ſpecialiter deſignari à teſtatore. vnde dicunt quidam per hunc tex. q̄ teſtator non poteſt electionem executoris alteri committere. de hoc in c. j. de procur. libr. vj. in nouella. & per Baldū in l. quidam relegatus. ff. de reb. dub. & per Baldum ſuprà eodem. l. id quod. & videē finaliter dicendū q̄ aut teſtator conſtituit aliquā certū executorem cum ptāte ſubſtituēdi aliū ad ſui bñplacitum, et hoc poteſt, licet fiat de incerta perſona, per id quod no. in l. cū eſſet. in fi. ff. de ſer. ruſt. prædi. & in cle. religioſos. de teſt. Aut nō cōſtituit aliquē certū ſed incertū per alium nō cōſtitutum declarandum, & tūc aut cōmittit dūtaxat declarationē: puta facio executorē quē Titius nominabit. & valet per l. vtrū. §. cū quidā. ff. de reb. du. Aut cōmittit alteri ipſam cōſtitutionē. puta cōmitto Titio q̄ poſsit cōſtituere executorē quē voluerit pro exequēdis relictis à me factis. & tūc nō valet. quia vltima voluntas non debet pendere ex alieno arbitrio. & videē quodāmodo captatoria. licet Doct. ſoleant dicere q̄ in relictis ad piam cauſam valeat voluntas captatoria. per c. cum tibi. de teſta. Sed in alijs terminis
4 loquūtur. Itē allegatur tex. hic dum dicit, [pro ſua cōſcięntia.] † q̄ executor cui cōmiſſa eſt executio perſonarū, nō poſsit officium

Universidad de Deusto
Biblioteca

execu.alteri cõmittere,si à testatore nõ est data sibi licẽtia. quia censetur electa industria personæ.Nã arbitriũ nõ põt alteri cõmitti.Sed postquã declarasset personas,bñ posset cõmittere executi.facti. ar.in c. is q. de offi.deleg.lib.vj.& de hoc in c.fi.de test. eo.lib.& ĩ addi.Spec.de instr.edi.§.nũc verò aliqua.in addi.quæ incipit hoc dictũ.ibi dũ dicit dedit ipse Nicolaus &c. facit etiã iste tex.q nõ possit executori moueri q̃stio q nõ fuerit bñ executus, postq̃ hoc relinquit luæ cõscientię.per ea q̃ no.in c. statutũ. §.assessorẽ.de rescrip.lib.vj.in gl.& in addi. Spe.e.§.in addi.quę incipit ad quęstionẽ.dicit tũ Ang.in l.de pupillo.§.qui opus.de ope.no.nũ.per illũ tex.q debet iurare.ar.in l. Theopõpus.de do.prę leg.† Itẽ no.q executor testamentarius p̃fertur episcopo.Adde q etiã prę fertur alteri priuilegiato à papa, q possit recipere relicta ad piam causam:vt not.in addi.Spe.vbi ś.in addi.quæ incipit.l.cuiuscunq;.ibi omnino vide.Si tamen negligit executor testamentarius per annum post monitionem factam ab episcopo,deuoluitur executio ad episcopum. vt in authẽ.licet. quę hic legitur.& in c.tua.de test.nisi testator ob negligẽtiã primi cõstitueret scd'm,quia tũc ad illũ deuoluitur p̃ prius. ar.in l.si fundũ sub cõditione.§.stichũ Sẽpronio.& quod ibi no. per Bar.ff.de leg.j.& p̃ Bal.in l.j.post prin.j.de ca.tol.Sed quid si aliqs instituit pauperes eligẽdos per Titiũ,& nõ per aliũ? Rñd. decisũ fuit Boñ.q Titio negligẽte episcopus nõ elegit.quod etiã videtur de mẽte Io.And.in addi.Spe.ś.allegato.versi.sed si pauperes.ibi.dũ dicit,sed hodie addit, &c. & hoc etiã refert Ang.in l.illa institutio.ff.de hęr.inst.& respõdet ad istã auc.& scias q hodie Episcopi per suas constitutiones generaliter monẽt executores q exequant.j.annum.quę monitio potest dici q afficiat scientes nõ aũt ignorates se esse datos executores: vt per Bart.in l.genero.ff.de his qui no.infa.& dicũt etiã doct.q Episcopus potest executori testamẽtario prorogare tẽpus anni.† Vltimò no. ĩ ver. [cum autẽ.]cũ sequẽ.quod executor debet facere inuẽtarium,& reddere rationẽ suæ executionis,ostẽdendo vel declarando personas quibus distribuit:& quãtitatem quam distribuit.& ista reditio rationis fiebat olim iudici seculari tam per testamentarium quàm per episcopum:vt hic,hodie testamentarium reddit rationem episcopo tanquam patri pauperũ, à quo cõpelli potest.Sed ipse episcopus soli Deo rationem reddit: vt j.eod.l.si quis ad declinandum.Item etiam q episcopus vel curia sua vt notarij,non debeant aliquid accipere de summa relicta pauperibus pro eorum labore,vt patet ibi.[ita tamen &c.]† Allegatur etiam versi. [quod si in vico.]quòd vicus & castra põt dici pars ciuitatis,& sic comitatiui possunt dici ciues.Est tn differentia inter eos & ciues ciuitatis:vt no.Bar.in l.fi.ff.ad municip.Et vide quod no.Io. And.in addi.Spe.in tit.de cẽsibus.in magna addi. Cętera dic,vt in d.§.nũc verò aliqua.vbi Spe.transcripsit tractatũ antiqui doc. vtramõtani,qui fuit vocatus Io.Blãcus:& ipsum nõ nominauit qui formauit cxxx.quęstiones in ista materia.et postea Io.And. in addi.posuit plures alias.

2 *Episcopus debet esse sine crimine,& unius uxoris uir,& quæ alia requirantur?*

LEX XXIX.

SI quemquam. †Lex ista tria facit.Primò ponit qualiter se debeant habere electores epi,quia nõ debẽt eligere per pecuniam, aut ob gratiam,sed pura mente & cõscientia, puro,& sincero iudicio,& propter virtutem electi.Secundò qualiter debeat habere electionem,quia nõ debet procurare vt eligatur, ne incurrat vitiũ ambitionis: & electus debet recusare,& expectare quòd cogat acceptare. Tertiò punit cõtrafacientes.& no.hãc l.pulchrius declaratam quàm aliqua quæ sit in toto corpore. C. & alia similis est in l.quisquis.j.de postul. & plenius habetur in authẽ.ad hæc de sanct.episc.Canonistæ aliter habent. quod dic, vt c.quia propter.de elect.†Et secundum Apostolũ, Episcopus debet esse sine crimine,& vnius vxoris vir,ª id est non bigamus. & debet esse moderatus,& nõ percussor,& multa alia requirunturquæ prosequere:vt in decretalib.& cassatur electio si probet ipsum fuisse locutum electoribus, vt ipsum eligerent.de elect.c. per inquisitionem.& ibi not.per Inno.in princ.

2 §☞ *Hospitalarij se habent ad instar tutorum,& curatorum.& an in causis hospitaliũ possint constituere procuratorem ante litem contestatam: & an præsent satisdationes iudiciarias?*

3 *Hospitalarij debent conficere inuentarium,& recipere administrationem de manu superioris,nec possint agere nisi confecto inuentario.*

Bona hospitalium non possunt uendi sine causa necessitatis, & quæ solennitates tunc requirantur?

4 *Hospitalarij an & cui teneantur reddere rationem administrationis?*

5 *Prælati ecclesiarum parochialium,an teneantur conficere inuentarium,& reddere rationem episcopo?*

LEX XXX.

ORphanotrophos. † Ista est melior lex quã habeamus in materia hospitaliũ & hospitalariorũ,sunt loca pia, & primus auctor ipsorũ fuit quidam vocatus Loticus. vt j. eo.l.oĩa priuilegia.& de hospitalibus habeẽ in c.de xenodochijs extrà de religi.do.quæ subiunt epis ecclesiæ.& hoc q̃ sunt electa cũ authoritate epi quod præsumit q̃ habent ecclesiã & cãpanilas & de illis loquitur iste tex.aliàs nõ dicuntur loca pia. & possunt destrui ad nutũ construentiũ.vt in cle.quia cõtingit. & ibi no.per gl.de relig.do.& illa clemẽtina supplet & declarat istã l.† Not.ergo q hospitalarij[b] se habent ad instar tuto.& cur. & ex hoc videtur q non possint cõstituere procuratorẽ in causis hospitaliũ,nisi post litẽ contest.per l.necp.j.de procu.Contrariũ determinat hic Bald.quia nõ sunt nudi ministri , cũ debeant ali de bonis hospitalis:& potius æquiparentur in hoc patri:qui est legitimus administrator filij,non nudus: cũ habeat vsumfructũ. & ideo constituit procuratorẽ etiam ante litis contest.vt in l. j. j. de bo.mater. Itẽ quod hic dicitur videt q hospitale se habeat ad instar pupilli vel adulti,& ideo sicut illi restituunt in inte. q̃ læduntur,& etiã ecclesiæ , ita & hospitale.illa est regula generalis in illis qui reguntur per legitimos administratores:vt sunt furiosi,mentecapti,vel prodigi,vt no.in l.ij.j.de cur.fu.per gl. & tãgit Bal.in l.si curatorem habens.j.de in integ.restit. & per alios in l. Marcellus.ff.de fideiuss.Item no.in prin.ibi.[sine vlla fideiussione &c.]q tales non præstant satisdationes iudiciarias : puta de rato,vel iudicato soluendo in causis hospitaliũ:sicut nec tutores & curatores.vt l.fi.§.defensionẽ.j.de admi.tuto. imò nec etiã bona hospitaliũ salua fore,licet tutor & curator illã satisdationem præstant.vt in ti.rem pub.[al.fo.certè non est aliud in eis. quia nec tutor datus ex inquisitione illã præstat: & hospitalarij semper dantur ex inquisitione.& ita dicit gl.in d.clemen. quia contingit.† Itẽ no.in secũda parte in ver.[ita videlicet.] q hospitalarij debent conficere inuẽtariũ,& recipere administrationem de manu superioris,sicut tutor & curator.vt not. in l. legitimos. in prin.ff.de legi.tuto.& dicit Bald.q nõ possunt agere nisi confecto inuentario sicut nec tutor & q vidit cassari quendã processum agitatũ per quendã hospitalariũ,qui non produxit inuentariũ cũ peteretur ab eo. Itẽ no.in tertia parte in ver.[vt si quas.] q bona hospitaliũ non possunt vẽdi sine causa necessitatis. Sed per auth.hoc ius porrectũ.ś.tit. j. requirunt illæ solẽnitates quæ requiruntur in alienatione bonorũ ecclesiasticorũ:nisi q̃ acquirunt bona,& vendant,vt ibi dixi.† Vltimò no.in fi.q hospitalarij nõ tenent reddere rõnẽ administratiõis.q̃a præsumunt boni, & bene administrasse eoipso q dedicant se ad tale piũ opus.hoc intellige q non tenent reddere rationẽ pauperibus existentibus in hospitali.Sed bene episcopo loci, vel alteri immediato superiori.vt est casus in d.cle.quia contingit.& ita dicit ibi gl. & etiã patet hic in secunda parte legis vbi tenẽtur conficere inuẽtariũ. aliàs ad quid conficerent?sic pater non tenetur reddere rationẽ filio.j.de bo.quæ libe.l.cũ oportet.§.cũ autem.& ita declarat glo. fi.& istum tex.allegat Spec.in titu.de instru.edi.§.nũc verò aliqua.in versi.sed an simplex cõmissarius, q executor deputatus ad piã causam,puta ad distribuendum bona inter pauperes , nõ teneatur reddere rationem.Sed contrarium est verius.vt est casus in l.nulli. ś. eodem post medium. ibi post vnius verò anni. † Quæro quid de prælatis ecclesiarũ parochialiũ, an teneantur, conficere inuentarium,& reddere rationẽ episcopo,sicut hospitalarij? dicit Bald.q non,& non reperitur iure cautum.Sed non bene recordatur. nam bona ipsorum sunt hypothecata pro mala administratione.vt ś.eod.l. si quis presbyter.in fi.& ibi notatur etiam per eundem & in c.literis.de pigno.ergo tenentur reddere rationem , & per consequens inuentarium conficere. de hoc

hoc etiam expresè per gl.in c. qualiter & q̃n. el ij.de accus.ĩ gl. quæ incipit,sed qualiter.& per Inn.in c.cũ & plãtare de priuile.

2 §☞ *Citatio seu commissio citationis quæ fit à iudice,appellatur sententia.*

3 *Clerici dicuntur habere domicilium in loco ubi habent beneficiũ,& in illo loco(non alibi)debent conueniri.*

4 *Clericus etiam alienæ diœcesis (quò ad originem)habens beneficium in alia diœcesi, dicitur subditus illius,in cuius diœcesi habet beneficium,& ligatur statutis illius,non autem illius unde est oriundus,& cõuenitur etiã in curia Romana,si ibi reperitur.*

5 *Defensio affluenter & copiosè danda est unicuique.*

An ualeat statutum quod bannitus non audiatur etiam in defendendo?

LEX XXXI.

1 OMnes qui. †In ista l.primò declarat corã quo iudice clerici prouinciales, vel Cõstantinopolitani debeãt cõueniri.vsq; ad [§.prẽterea.] postea de fideiussoribus dandis ab eis.vsq; ibi.[hoc nihilominus.]Postea de sportulis dãdis executoribus: nã faciebãt sibi solui à citato sportulas pro eorũ labore,quę erãt taxatæ,& recipiebãt fideiussores ab illis citatis de præsentãdo se corã iudice. vt ff.in ius voc.vt eãt,aut satisf.per totũ.& hoc vsq; ad [§.prætera.] Postea inhibet executoribus ne clericis quos citãt iniuriã faciant verbalẽ vel personalẽ:& punit cõtrafacientes,& firmat priuilegia concessa clericis vel ecclesijs.& vltimò punit illos qui te merariè vocãt clericos in ius in expẽsis,& etiã in oĩbus damnis quæ sustinent.Nota in hac prima parte in verbo,[sententia iudicis.]q citatio appellatur snĩa iudicis. intellige de commissione citationis, quæ fit à iudice, non de executione , quam facit nuntius.de hoc est ś.eodẽ. l.cum clericis.& not. in l.quoties. de priuile.eorũ qui in sa.pa.milĩ.li.x.& in l.quoties. de dign.l.xij.Itẽ no.†q clerici dicunt habere domicilĩũ in loco vbi habẽt bñficiũ, & in illo loco(nõ alibi)debẽt cõueniri,etiam si alibi sortiant forũ rõne originis propriè vel paternę,vel ratiõe cõtractus , & ibi reperiantur:licet secus in laicis,iuxta notata in l. hæres absens.ff. de iu.& in l.assumptio.§.si filius.ff.ad munici.Et hoc per rõnem quę reddit hic in tex.vt transacta bona iudiciaria redeant ad eorũ bñficia officianda:prout tenẽtur.& ista est spãlitas in clericis. licet gl.hic,quę incipit[sed nõne.]videat dicere q nõ sit hic aliqua spãlitas:quia nec laici possunt trahi coram aliĳs iudicibus: vt l.in criminali.j.de iurĩ.om.iu.Sed verũ est nõ suis,sed clerici etiã corã aliĳs suis trahi nõ põt extr.locũ bñficij.† Et no.q clericus ẽt alienæ diœcesis(quò ad originem)habens bñficiũ in alia diœcesi dicit subditus illius in cuius diœcesi habet beneficiũ: & ligat statutis illius,nõ aũt illius vñ est oriundus.vt not.Fede.de senis, in consi.xciij.& facit.c.nullus.de tẽp.ord.lib.vj.in curia verò romana si reperiant,bene possunt cõueniri:tanquã in cõi patria.& hoc probatur in isto[§.in hac autem regia.]vbi ciuitas Cõstantinopolitana in qua erat Patriarcha,qui habet p̃ Papa, & sic eius curia se habet ad similitudinem curiæ romanę in græcia si reperiebant clerici prouinciales,poterant cõueniri vel corã prẽfecto prętorio,vel corã patriarcha:& hoc etiã in causis profanis, & solent conueniri corã auditore camerę:qui est ordinarius in curia. sed in causis beneficialibus non est dubium, in quibus cõueniũtur ex delegatis quam fecit vicecãcellarius loco papæ.† Vltimò not.in fi.ibi.dum dicit,[affluens in defensionibus copia &c.]secũdũ Albericũ q defensio affluẽter & copiosè dãda est vnicuique.facit l.facultas.j.de iure fisc.l.x.& ideo dicunt quidam non valere statutum[a].q bannitus nõ audiatur etiam in defendendo: cũ defensio sit de iure naturali.& nõ debeat auferri:vt in cle.pastoralis.de re iud.De hoc tangit per Bar.in l.cũ mulier.ff.so.mat. quidã autem disputando tenuit cõtrariũ, dicens q defensio corporalis contra illũ qui vellet percutere bene est de iure naturali: vt in l.vt vim.de iusti.& iur.non sic in iudiciali. Sed contrarium cõmuniter tenetur,cùm sit eadem ratio.

a ☾ Statutũ. Adde de hoc & dic vt latissimè per d.Nel. de sancto ge.in tract. bãnito.in secũda parte secundi temporis.q. ij. qui tenet statutum valere.Cur.

2 *Executores curiarum solent esse pertinaces & proterui.*

Clerici schismatici uel hæretici non habent priuilegia clericorum.

Dare fideiussores est onus,nec facile est eos inuenire.

3 *Quando plures simul uocantur,potest alter pro altero fideiubere.*

4 *Illi qui ex priuilegio uel aliqua causa excusantur à dandis fideiussoribus: & remittuntur propriæ promissioni uel obligationi,debent eam facere solenniter:et cum hypotheca bonorum suorum:et etiam cum pœna.*

1 §. Præterea, †In ista parte vult in effectu q clerici prouinciales cùm citantur coram præside,non tenentur dare nũtio citanti alios fideiussores de representando se nisi œconomum ecclesiæ suæ si habet,vel defensorẽ ecclesiæ: puta patronũ,sed si nõ haberet,tenerẽt dare aliũ:& not.ad id quod dixi ś.q executores qui citabant faciebãt sibi dare tales fideiussores:vt patet ibi,dum dicit, [nedũ exe-
2 cutoris &c.]Item not.† q tales executores curiarum solẽt esse pertinaces & proterui. Item not.in versi.[approbẽtur orthodoxi.] q clerici schismatici vel hæretici nõ habent priuilegium clericorum secundũ Bal.Item ibi,[paupertati infligatur in cõmodũ.]q non est facile inuenire fideiussores sic.ff.si cui plusquã per l. fal. l.cum non facile.& l.nisi.§.quamuis. ideo appellant grauamen habere dare fideiussores:vt in præcedenti parte. Item not.in seq.
3 §.in hac.ibi,dum dicit.aut[vicarijs fideiusiõibus.]† q q̃n plures simul vocãtur,põt alter pro altero fideiubere:ideo si de nocte reperiunt duo cum armis qui tenentur dare fideiussores,põt alter pro altero fideiubere:& ad hoc allegatur.l.pe.ff.de tu.& cura.da.
4 ab his,& in auc.de exhi.reis.§.sancimus.Vlti.not.in fi.q† illi qui ex priuilegio vel ex aliqua cã excusantur à dãdis fideiussoribus & remittuntur proprię promissioni vel obligationi,debẽt eã facere solẽniter,& cum hypotheca bonorũ suorũ.facit.l.filio.ff. vt lega.not.ca.& etiam cum pœna.vt not.gloss.in d.§.iquamuis.

2 §☞ *Œconomus ecclesiæ dicitur defensor pauperum.*

Pauperum appellatione continetur etiam ecclesia.

3 *Si potestas Paduanus uult citare unum Paduanũ existẽtem Veronæ: licet Paduæ habeat domicilium:an poterit directò mittere nuntiũ ad eum cum literis:an habeat requirere potestatem Veronæ quòd illi mandet,ut coram eo compareat.*

4 *Quid in executione personali?*

1 §. Hoc nihilominus. †No.hic plura.Primò q in causis ecclesiarũ debet cõueniri œconomus si ipsum habet,vel rector ecclesię si alium nõ habet.Item q œconomus constituitur cum authoritate episcopi: & sic authoritas superioris videt necessaria in constitutiõe actoris de hoc in l.actor.ff.rem ra.hab.& ita tangitur per Gul.de Cu.
2 †No.etiam secundũ Bal. q œconomus ecclesiæ dicitur defensor pauperum:& sic appellatione pauperum cõtinet ecclesia per quod dispũtando tenuit quidam valẽs vir vocatus dominus Recuperus de sancto geminiano,q ea quæ testator mandauit distribui inter pauperes,possunt cõuerti in fabricam vel recuperationem pauperis ecclesiæ,si non habet aliunde.de hoc per Ioã.An. in c.fi.de test.lib.vj.& not.per Bal.j.eo.l.si quis ad declinandam.
3 †Vltimò ver.[verum si apparitor.]semper allegatur pro decisione huius quæstionis quam disputauit Cy.in ciuitate Senarum,si potestas huius ciuitatis vult citare vnum Paduanum existẽtem Veronæ , licet hic habeat domicilĩũ.An poterit directò mittere nuntium ad eũ cum literis.An autem debeat requirere potestatẽ Veronæ, q illi mãdet vt corã eo cõpareat?videbatur quòd ista pars esset verior:quia nuntius nõ potest executionem facere in alieno territorio,vt not.in l.cum vnus.§.is qui.ff.de bo. autho.iudi.posside.per l.extra territorium.de iur.om.iud.contrarium tamen determinat per istũ tex.ibi,dũ dicit,[in prouincia degentes eos cõueniri monueri?,&c.]et sic apparitor prætecti prætorio,q nõ habebat iurisditionem nisi in ciuitate Cõstantinopolitana,& eius territorio,si dicitur de præfect.vrb.vt l.j.§.cum vrbem.ff.de officio præfect.vr.Monet clericos degentes in prouincia ex parte dicti p̃fecti prętorio,nõ aũt p̃ses prouinciæ ad requisitionẽ dicti prẽfecti:& ita dixerũt antiqui p̃situm tex.& per l. quod promulgatis.j.de offi.præfect.vrb.& etiam videtur text. expressior
4 in c.Romana.§.cõtrahẽtes.de fo.cõp.lib.vj.† Et prædicta in executione verbali,sed executionem personalem capiẽdo personã non posset facere in alieno territorio:vt not.in d.c.is qui. & j.de iudi.l.properandum.§.sinautem reus.in contrarium. quòd nec etiam verbalem facere possit: sed debeat fieri per iudicem illius loci ad requisitionem primi iudicis:videtur casus in cle. pastoralis.de re iud.Sed solue,vt plenè nota.Barto.de isto passu in l.j.ff. de requi.reis.Item facit contra c.fi.de constit.lib.vj.Sol.ibi loquitur in sententia statuti,quæ non extenditur vltra territorium : vt si dicat quòd committens furtum sit excommunicatus.Nam nõ ligat subditum extra territorium committentem: vt ibi,quia traheret secum executionem in alieno territorio, quod facere non potest.non sic in sententia iudicis,quæ potest ligare subditum in alieno territorio existentem:vnde potest iudex cõdemnare subditum suum etiam alibi existentem:vt ibi notatur.& sic in plus

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Monasteriũ nõ habet. Adde doct. in c.j. in presentia. de prob.
b ¶ Nisi canones cõtradicant. Adde c. clerici. de iudi. c. vlti. de secund. nup. ca. j. de no. ope. nun. gl. summæ. xl.
c ¶ Tale statutum non valet. adde docto. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti.
d ¶ Episcopi habẽt carceres. Quid de inferioribꝰ ab episcopis vide glo. in verbo tibi. in c. quãuis. de pœnis libro. vj.

Quando una pœna imponitur uni & pluribus simul copulatiuè, puta capitaneo & antianis, dimidia tangit capitaneum, altera dimidia omnes antianos.
Quid in uocibus?

se habet sentẽtia hominis, quàm lex in hoc.

2 *Monasterium nõ habet bona ingressi tãquam hæres: & quid sequatur ex hoc, & qualiter ea habeat?*
Causa qualiter possit agitari cum monacho, non sic cum deportato. & nu. 3.
3 *Monachus per ingressum religionis non patitur capitis diminutionem.*
Sententia lata contra monachum quod nõ noceat monasterio, & quid in contractu celebrato cum monacho post ingressum.
4 *In causis ciuilibus est in arbitrio iudicis comittere citationem personalem.*
5 *Episcopus in suo foro debet seruare leges imperiales: & secundũ illas ferre sententias: nisi canones contradicãt, & quod debeat seruare statuta laicorum si facta sunt super his quæ pertinent ad laicos & ad decisionem cau sæ. uide tamen nu. 7.*
6 *Episcopi habent carceres, & sic merum imperium.*

AVTHENTICA.

1 CAusa quæ. †Ista authenti. corrigit. l. codicis. in monachis. in quantùm illa vult in princ. q posint cõueniri coram prẽsidibus prouincia rum. Istavult quòd non nisi coram episcopo. auth. seq. clericus. corrigit etiam in clericis secularibus, & in ciuilibus tantũ causis. in criminalibus autem distinguit inter criminalia ciuilia & ecclesiastica. authen. statuimus. corrigit generaliter in omnibus personis ecclesiasticis quæ posint esse, licet non sint monachi vel clerici tamẽ Deo deuoti. vt in Iesuatis & eremitis. & etiã corrigit auth. clericus. vt indistinctè in criminalibus. siue sint ecclesiastica, siue ciuilia non trahantur nisi coram ecclesiastico iudice. & illa est nouissima auth. Imperatoris Fed. sicut authen. Itẽ
2 nulla communitas. s. eo. & in auth. cassa. s. tit. j. †per istum text. in prin. iuncta gl. j. quę intelligit quãdo monachus conuenitur pro contractu celebrato ante ingressum monasterij. determinat Bar.
a in auth. si qua mulier. s. tit. j. q monasterium non habet [a] bona ingressi tanquam hæres. quod patet: quia causa potest agitari cum monacho: & sic nõ habetur pro mortuo, ergo nec monasterium pro hęrede: quia viuẽs nõ habet hęredem. vt in l. j. ff. pro hęrede. & ex hoc sequitur q nõ habet necesse adire hęreditatem, ad hoc vt bona sibi acquirãtur, licet in hærede hoc requiratur. Sed ipso iure per ingressum acquiruntur monasterio tam proprietas quàm etiam possessio, sicut acquiruntur arrogatori: vt in l. si adoptauero. ff. de preca. licet secus in hærede: vt in l. cùm hęredes. in princ. de acqui. pos. Item sequitur q nõ tenetur monasterium vltra vires bonorum. sicut nec arrogator: vt instit. de acqui. per arro. §. fi. licet secus in hærede qui nõ confecit inuentarium. sed glo. viden
3 tur dicere quod habeat iure hęreditario, quod nõ est verum. †Itẽ per istum tex. apparet q monachus nõ patitur per ingressum religionis capitis diminutionem, quã patitur deportatus, cuius bona publicãtur: quoniã deportatus eximitur ab omni obligatione ciuili, & naturali, quibus primò tenebatur. & transeunt in fiscũ: vt ff. de fideiuss. l. si debitori deportato. & l. fi. de duo. reis. & tñ nõ sic in monacho. imò remanet obligatus. quod patet: quia potest cõueniri, & causa cum eo potest agitari. nõ sic cũ deportato, sed ipse fiscus est cõueniẽdus pro eius debitis. vt l. iij. j. ad l. iul. de vi. super hoc tñ sunt diuersæ opi. nam quidam dicunt quod dat libellus contra monachum: & ipse respõdet & litem contestatur, & cõdemnatur, per istum tex. dum dicit q causa fit cum monacho. ergo tota causa à principio vsq in fi. Sed ista mittetur exe
cutioni cõtra monasterium in bonis cuiusdam monachi. & ista opi. multum mihi placet: quia satis colligitur ex isto tex. comparebit tamen cum authoritate Abbatis: & licet aliàs sententia lata contra eum non noceret monasterio. Sed vnum facit hic dubiũ: quia ex contractu vel quasi celebrato post ingressum monasterium non tenetur etiam vsque ad valorem bonorum: vt in glos. prima. Et istud iudicium & sententia agitatum est post ingressum. Sed solue quòd cum authoritate & consensu abbatis suprà dixi. Nam idem esset in alijs contractibus celebratis post de vo
luntate Abbatis. Alij dicunt quòd libellus datur contra monachum, & petitur ipsum condemnari: sed non respondebit ipse, nec litem contestabitur, sed syndicus monasterij vel abbatis, & illi condemnabuntur: quia sunt domini litis sicut quando datur libellus contra dominum, & comparet procurator, & respõdet. iuxta plenè notata in l. j. j. de sen. Alij dicũt q imò datur libellus contra ipsum monasterium, seu syndicum, vel abbatem, & petitur ipsos condemnari: licet narratio fiet ex persona monachi. de his omnibus vide in Spe. de sta. mona. §. j. circa princ. qui videt approbare omnes dictos modos, & ponit formas libellorum, & sic est in electione actoris. ad hoc d. §. fi. instit. de acqui. per arroga. & quod not. glo. plenè in auth. apud quos oporteat causam dicere. vnde sumitur ista auth. & quod not. Inno. in c. cum olim. de priuileg. † Item no. secundùm Bal. dum tex. dicit de præsentia personæ, q est in arbitrio iudicis, & in causis ciuilibus com
4 mittere citationem personalem. i. arctare citatũ ad personaliter comparendum. Regulariter enim contra. Cùm possit comparere per procuratorem, vt in ij. §. vsus. ff. de procu. de hoc in l. fin.
5 j. de procur. per Cy. & in c. j. de iudi. lib. vj. † Item no. ibi [secundũ legẽ.] q Episcopus in suo foro debet seruare leges imperiales, & secundùm illas ferre sententias, quod intelligẽ nisi canones
b contradicant. [b] quod dic vt suprà titu. j. l. priuilegia. per Bartolũ. Sed an debeat seruare statuta laicorum. Breuiter si illa statuta facta sunt super his quæ non pertinent ad laicos, vt in causis spiritualibus vel ecclesiasticis, puta quia contractus præsumantur vsurarij, exceptis coniecturis quæ non habentur in iure canonico. nam ista q. iuris reputatur spiritualis, quando queritur an cõ tractus præsumatur vsurarius. & si incidat in curia seculari, trãsmittitur ad curiam Episcopi, vt no Bart. in l. Titia. ff soluto ma
c trimo. & j. de iudi. l. quoties. & tunc tale statutum non valet, [c] nec est seruandum in curia episcopi. quia non pertinet ad laicos inducere coniecturas, ex quibus præsumatur vsurarius, sed pertinet ad papam, & ad episcopum cum synodo, & hoc determinauit Federi. de se. in consilio xcj. & in istis diebus habui consulere in causa valde dubia, in qua decisione allegaui præfatum cõsilium. Sed si statuta sunt super his quæ pertinent ad laicos, si curia episcopi cognoscat contra laicos, quod interdum facit, debet seruare illa statuta si pertinent ad decisionem causæ. Secus si ad ordinem iudicij, sicut in legibus iuris communis, vt hic iuncta l. cum clericis. in fi. s. eod. cum ibi nota. Vltimò not. in fi. secundũ
6 Bald. † quòd Episcopi habent carceres, [d] & per consequens ha
d bent merum imperium: cum hoc non competat nisi habentibus imperium: cum carceratio fiat officio iudicis nobili, & ad publicam vtilitatem. De quæstionibus autem quæ hic mouentur per glo. satis patet quid dicendum sit ex his quæ. s. dixi. Vltimò no. glo. fi. quòd quando vna pœna imponitur vni & pluribus simul copulatiuè, puta capitaneo & antianis, dimidia tangit capitaneum & altera dimidia omnes antianos simul. Ideo si statutum imponit pœnam de c. syndico, & villæ alteram dimidiam per hanc gl. secundùm Bald. & Cy. & eodem modo si aliquid committeretur capitaneo & antianis. tantam vocem habet capitaneus solus quantam omnes antiani simul. ita no. per Cy. in l. nõ
7 ambigitur. ff. de legibus. † Quod autem. s. dixi statuta laicorum pertinentia ad decisionem causæ seruanda in curia episcopi. intellige scilicet in fauorem clericorum, & præiudicium ibi litigãtium, vt si dicat statutum q non valeat instrumentum si non est registratum in memorialibus communis, & laicus in curia Episcopi contra clericum, producit tale instrumentum. nam potest clericus opponere de statuto: quia tanquam vnus de populo potest vti beneficijs statutorum: licet sit exemptus à iurisditione laicorum. x. distinc. c. si in adiutorium. & ita disputãdo tenuit Pau. de Iea. Doct. boñ. Nam ex clericis & laicis fit vnus populus, & vna respublica, quæ consistit ex sacris & religiosis. Sed è conuerso pro laico contra clericum non seruatur, vt si dicat statutum quod instrumẽtum mittatur executioni. nam si laicus habet instrumentum contra clericum, non potest petere, in curia episcopi quod mittatur executioni cõtra eum: cum illud statutum nõ liget clericos. licet Bar. tenuerit contrariũ in l. cunctos populos. qui reprehenditur à Bal. & etiam ab alijs Canonistis: & idem si clericus haberet instrumentum contra alium clericum. nam suf
ficit quòd ille contra quem est, non potuerit ligari.

2 *Clericus in quibus casibus possit coram iudice seculari conueniri? & nu. 3.*
3 *Instantia causæ criminalis regulariter quod durat biennio.*

Constitutus

4 *Constitutus in aliquo gradu, uel dignitate, non debet personaliter condemnari, nisi primò priuetur & spolietur dignitate.*
5 *Crimina ecclesiastica quæ sint: & quid iudex de eis cognoscat.*
An Episcopus pro crimine ecclesiastico possit purum laicum capere?
6 *Quando degradetur clericus, ut tradatur puniendus curiæ seculari? remissiue.*

AVTHENTICA.

1 CLericus. †Clericus in cã ciuili debet conueniri coram eo: nisi natura causæ nõ patiatur. Sed in causa criminali si crimẽ est ciuile, cõueniẽ coram iudice seculari: nõ tñ fit executio in personã eius antequam degradet ab eo. Sed si est crimẽ ecclesiasticũ, tũc coram eo. h. d. Sed per auc. se. statuimus. nec in ciuili nec in criminali coram seculari trahi põt. & de materia istius auc. habet. xj. q. j. per totũ. & de foro cõpe. c. si quis contra clericum. In text. ibi: [priusqu

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Quasi castrēsi. Ad de doc.in rub. de pecu.cleri. Et in quibus casibus posit testari clericus. vide gl. in c. quicūq; xij. q.iij. gl. inc.ij.de suc. ab intest. Inn.in c.cū in officijs. de testa. Pet.de anch. in c.abbate sanè de re iudi.

b ¶Aequiparant vsufructuarij. Adde glo. in c.cū olim. de rerū permu. glo. in c.fi. de pecu.cle. Inn. in c. ex literis. de pba. Abb. in c. causam quæ. de ver.sig. Abb.in c. posſessiões. de reb. eccle. non alien.

c ¶Clericatus nō liberat. Adde glo. in c.cū voluntate. de senten. exc. & quid de ordine facerdotali. vide glo.in c.indecorū. de æta. & quali. q̄ est re probata. & eā reprobant ibi Doc.in c. ganos. de testa. Domi. in c.si annum quartū decimū. in §.fi. de iudi.lib.vj.

tonsura, & dicat domine iudex ego declino vestram iurisditionem sed libenter litigarem coram vobis, tamen non possum. quia sum clericus vt videtis. & tunc non facit contra statutum & tamen consequeretur effectum suum quia iudex secularis videndo est quòd clericus ne incidat in pœnam excommu. non procedat cōtra eū. & idem not. per eū in l. ab administratione. j. de leg. Bal. dicit q̄ si allegat clericū, eo ipso videt declinare. Melius ergo facit si nihil dicat, sed cōpareat in habitu & tonsura. Nam & tūc iudex ignorātiam non pōt prętendere, vel melius faciat q̄ Episcopus ipsum repetat tanquā clericū suū. & sic non veniet cōtra statutū. †Sed quid si declinauit, posteà agit corā iudice seculari contra aliquem: ille excipit q̄ non reddatur sibi ius: ga declinauit. clericus replicat quod nō valet statutū, & protestatur iudici q̄ reddat sibi ius. aliàs incidat in pœnā huius auc. i fi. sbi. [tertiò requisitus.] qd faciet iudex? Dicit Iac. but. q̄ aut statutū aufert sibi iurisditionem hoc casu, & tunc non est quid imputetur iudici si nō redditur illi ius, cū nō possit iurisdi. non præsupposita. Aut non aufert iurisditionē: sed mādat vt non reddat illi ius: & tunc cū possit reddere, qa iurisditionē habet, delinquit si non reddat: non obstante statuto, quod non valet: & puniretur per superiorē pœna huius auc. Sed Albericus etiam in præce. casu dicit idē. qa non valet statutū auferēs sibi iurisditionē; tanq̄ contra libertatem ecclesiasticam. Certè bene potest statutū clericis non concedere quod suū est: sed non potest auferre quod aliunde habent quā ab eo: vt dixi in auc. cassa: & sic dictum Iac. videtur verius. & hæc de prima parte huius auc. vsq; ibi, [quod si actor fecerit.] ibi imponit triplex pœna scilicet actori, vt cadat à iure suo, & non valet processus, & iudici vt perdat iurisditionē.

5 †Sed quid si clericus citatus adinstantiam laici coram seculari compareat, & petit ab illo iudice pronuntiari actorem cecidisse à iure suo propter vocationē ille replicat q̄ nō vult vlterius procedere, & quòd ad ipsum pertinet. Quid iuris? videt qd̄ euadat pœnam: cū possit desistere vsq; ad sententiā. vt l. quāuis. ff. de in ius vocan. & in l. in criminali. j. de iurisdi. om. iudic. & in l. qui cū maior. §. accusasse. ff. de bo. libe. Doc. videntur tenere contrariū. quia hic imponitur pro iudicio attentato, & pro tractione clerici coram seculari. & hoc factum est. & sic delictum est consumatū: vnde non habet locū pœnitentia l. qui ea mente. ff. de fur. & l. j. in fi. infrà de asser. tol. Fallit in l. quamuis. ff. de in ius. vocā. Secus quādo pro iudicio consummato. vt si imponeretur pœna accusanti vel agenti coram vetito examine: quia sub istis verbis comprehenditur totum iudicium: & tunc potest pœnitere vsq; ad sententiā exclusiuè, vt euadat pœnam legalem. ita loquūtur
6 ll. in contrarium allegatæ. †Vltimò not. in fi. casum specialem in clericis, quod iudex secularis negligens in redendo eis iustitiam, ter requisitus perdat iurisditionem sed in contrariū est ius commune. vt in auc. de man. prin. §. sit tibi. vbi non priuatur iurisditione: sed incurrit indignationem principis: & potest extraordinem puniri. vt in auc. de qua. §. super hoc. & vt litigātes iurēt. §. j. secundum Pet. qui dicit ita fuisse terminatū in personam comitis Brandensis. de quo subditi fuerunt conquesti regi, quod non reddebat ei ius: & petebant ipsum priuari comitatu. quod not. pro istis qui habent castra in feudum, vt nō possint priuari feudo propter hanc causam. per quod etiam dicit Petr. quod si rector scholarium requisitus ab aliquo scholari q̄ admittat eum ad examē: quia studuit tempore debito, & fecit actus suos: licet recuset: & ter fuerit requisitus, non priuatur officio rectoratus. & ita dicit fuisse de facto: licet ista admissio fiat per modum iurisditionis. vt in l. ij. de offi. magi. officiorum.

2 ☞Clerici de fructibus suorum beneficiorum utrum possint testari?
3 Clerici qui sunt milites cœlestis militiæ, quare in bonis acquisitis aliunde quàm ex beneficijs, uel occasione clericatus, sint melioris cōditionis quàm milites armatæ militiæ in bonis aliunde acquisitis quàm in castris uel occasione militiæ?

4 Clericatus non liberat à patria potestate: sed Episcopatus sic: & quid in ordine sacerdotali: & an religio faciat perdere patriam potestatem.
5 Statuto q̄ filiusfamilias non possit alienare, uel se obligare sine certa solennitate, quod comprehendantur etiam clerici.

LEX XXXII.

1 Sacrosanctæ. †Clerici filiisfa. de bonis acquisitis post clericatū tāquam de
a peculio quasi castrēsi " testari pñt. nec eorū testamēta subiacēt recisioni. h.d. iuncta l. cum lege. j eod. Et aduerte: qa istæ leges loquūtur de bonis acquisitis post clericatum nō distinguēdo an fuerint acquisita ex fructibus beneficiorum suorum, vel aliūde. Sed auc. presbyteros. quæ sequitur post auc. licentiam. declarat quod vndecunq; & qualitercunq; sint acquisita. †Ex quo no. & possunt testari de fructibus beneficiorum suorum. Istud hodie limitatur vt habeat locū in beneficijs sine cura, & sic in clericis qui non sunt prelati. sed in his qui sunt prelati, vt episcopi vel rectores parochialium ecclesiarū, non pñt de fructibus beneficiorum suorū vel de his quæ sunt acquisita ex illis fructibus testari licet in eorum vita possint disponere pro
b libito voluntatis: quia in vita æquiparantur vsufructuarijs[b], qui faciunt fructus suos, & de ipsis possunt disponere viuentes, & etiam in morte: sed ipsi in morte æquiparantur vsurarijs, qui nō possunt: cum non faciant fructus suos, sed vtuntur ad necessitates eorum: & hoc per auc. licentiam. & per ea quæ plenè not. in
3 c. præsenti. de offic. ordi. in vj. per glo. & Doct. †Item nota inquantum loquuntur de bonis aliunde acquisitis, q̄ clerici qui sunt milites cœlestis militiæ sunt melioris conditionis in hoc quàm milites armatæ militiæ. nam illi non dicuntur habere castrense peculium, nisi in his quæ acquirunt in castris: vel occasione militiæ: & in illis habentur vt patresfa. & de illis possunt testari: & eorum testamenta non subiacent querelæ: vt l. fina. j. de inofficio. testa. Sed de alijs bonis aliunde quæsitis non possunt testari: quia non reputatur esse castrense peculium, sed paganicū: & in illis pater habet vsumfructum: vt j. de bon. quæ libe. per totum. in castrensibus non: sed clerici non solum dicuntur habere in acquisitis ex beneficijs, & occasione clericatus, quæ assimilātur acquisitis occasione militiæ, sed etiam in omnibus alijs vndecunque quæsitis: & sic pater in illis non debet habere vsumfructum, tanquam de castrensibus: quod perpetuò tene menti.
4 †Item no. quòd clericatus nō liberat quem à patria potestate.
c nam si liberaret, non dicerentur habere peculium: vt d. l. fina. & tamen istæ ll. volunt contrarium. illud hodie corrigitur in dignitate episcopali: vt in authen. sed episcopalis dignitas. quia episcopus præficitur in patrem, ergo non debet habere alium patrem temporalem cui subsit, cum ipse sit pater spiritualis: & spiritualia præferuntur temporalibus. Quid autem in ordine sacerdotali: vel in alio sacro ordine fuerunt diuersæ opiniones inter Canonistas. Sed Innocen. tenet quòd nullus ordo infra episcopalem liberat: quod dic vt plenè no. in c. indecorū. de æta. & qualit. nisi trāsiret ad religionē, illa enim bene liberat. vt no. gl. ff. de min. l. si ex causa. §. Papi. & no. j. c. auc. verū. Sed an religio faciat perdere patriā potestatē, si quis habens filios in potestate ingrediatur religionē? vide Bal. in l. pater. cum l. seq. quæ inci. sic eueniet. ff. de
5 adul. †& per h. d. Bal. si statutū dicat q̄ filiusfa. non possit alienare, vel se obligare sine certa solēnitate, cōprehenduntur etiā clerici habētes parētes: quia ipsi sunt filijsfa. nisi in casibus in quibus s. & hoc no. quia ipse præsupponit tale statutum ligare clericos: quia est ligamē fauorabile: ne dissipent eorum bona: quia ex no. per Bar. in c. cūctos populos. in vj. q. de statutis prohibitiuis: ergo cōprehenduntur clerici: vt in c. si in aduitoriū. x. dist. & istum casum habui de facto: & ita scripsi antequā viderem Bal. hic: cum statutū dicat q̄ nullus possit alienare bona immobilia sine certa solēnitate: & quidā clericus fecit donationē cuidā attinēti suo sine illa solēnitate: dubitabat an valeat: & dicitur q̄ non: quia statutum laicorū non ligat clericos: ego dicebā contrariū per rationem quā s. dixi: & nūc reperio Bal. expresse hoc determinantē.

AVTHENTICA.

1 Sed episcopalis dignitas. Ad euidentiam eius q̄
hic dicitur in fi. præmitte †q̄ si habeo filium in potestate mea, & nepotem ex eo, quia etiā est in mea potestate si filius meus exit de potestate mea per mortē meā, & ipse nepos reincidit

reincidit in ptātē ipsius. Sed si exiret per emācipationē, & sic per capitis diminutionē me viuēte, ille nepos nō reincideret in eius ptātē. Ista auc. vult q̄ si exit de ptāte mea me viuēte, nō per emācipationē: sed ppter dignitatē reincidat nepos in eius potestatē: ac si exiret per mortem meam: & sic no. q̄ exire patriam potestatem per dignitatem, non dicitur capitis diminutio.

2 ☞Episcopus cui acquiratur? & quid in cardinali, & quid si erat monachus? q. illi monasterio in quo erat non acquirat.
3 Acquisita post episcopatum præsumuntur acquisita de bonis ecclesiæ.
In alijs administratoribus si post administrationem aliqua acquisierunt, an, præsumantur acquisita de bonis administratis?

AVTHENTICA.

1 Licentiam. †Ista auc. cōfirmat l. codicis inquātū dat licentiā epis posse testari de q̄buscunq; bonis: & si sint filijsfa. vt hic habeat locū in illis quæ cōstat acquisiisse: vel habuisse ante adeptū epatū: quia tūc apparet q̄ non sunt quæsita de bonis epatus. Idē si sunt quæsita: post tū puenerūt ab aliquo cōiuncto vsq; ad quartum gradū: qa præsumūtur puenisse nō cōtēplatiōe ecclesię: sed persone, vel sanguinis: si verò à remotiori, vel ab aliquo extraneo, vel nō apparet vnde, tunc præsumunt acqsita, vel de bonis epatus, qñ nō apparet vñ: vel cōtemplatiōe epatus, qñ apparet: vnde puta ab extraneo, vel remotiore: & vtroq; casu tanquā bona sint ecclesiæ vel epatus, non pōt de ipsis testari: & idē in alijs administratoribus. i. rectoribus ecclesiarū parochialiū: nam & ipsi dicuntur administratores: & prædicta locū habent in casu dubio: quia sic præsumit ipsa lex: in casu aūt certo nō iremus per conjecturas: vnde si staret quod extraneus vel remotior donasset sibi, non cōtempla. ecclesiæ, sed personæ: quod etiā præsumeretur si erat magnus amicus suus ante etiā epatū & ex mō donatiōis posset testari: & sic ecōuerso si cōstaret q̄ cōiunctus vsq; ad quartū gradū donasset sibi cōtēplatione ecclesiæ, nō posset testari: quia
2 in certis etiā. l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de verbo. obli. †Item prædicta locum habēt in episcopo qui non sit religiosus, & sic potest acquirere sibi: sed si esset religiosus, tunc non potest sibi acquirere ppter cōfessionem factam, per quam sibi abdicauit potentiam acquirēdi vel habendi in particulari: quā recuperat ratione cuiuscūq; dignitatis, etiā cardinalatus: vnde acquirit vel ecclesiæ cuius est prælatus, vel ecclesiæ Ro. si est cardinalis: monasterio verò in quo erat monachus nō acquirit: quia propter dignitatē liberatus est ab obedientia illius monasterij: & hoc voluit Bal. hic licet nō ita plenè. Circa qđ vide qđ not. xvj. q. in c. de monac. & qđ no. Io. An. i merc. in c. semel Deo dedicatū. cir. fi. de re. iu. li. vj. Quid aūt si cōstat res ēptas ptim ex fructibus bñficiorū: ptim ex proprijs paternalibus. vide quod no. Inn. in c. cū in officijs. de
3 test. †& quæ sit ratio quare in dubio post epatum præsumuntur
a acquisita de bonis ecclesiæ. dicit Inn. q̄ ppter culpā plati, q̄ debuit facere inuctariū de omnibus, qđ si fecisset, appareret vnde puenissent, & sic innuit q̄ tali scripturæ staret, & etiam Bal. hic. Sed periculosum videt hoc: qa posset sibi appropriare bona ecclesiæ per indirectū: vnde videt standū huic auc. nisi per alias legitimas, pbatiōes quā aliūde: in alijs aūt administratoribus si post administrationē quæsierūt aliqua, an præsumātur de bonis administratis, vt sunt isti factores dominorum, qui in breui tempore efficiuntur ditissimi. gl. in l. defensionis. j. de iure fis. lib. x. dicit q̄ sic. Bal. hic post Pet. & Cy. aliter loquitur: & etiam Bart. ibi nō tenet illam glo. dic vt hic per Bar.

2 ☞Si studium Paduanum priuilegiatur à principe ad instar studij Bononiensis, & postea illi studio concedantur nouæ priuilegia, an etiam studio Paduano competent?
3 Quid contra si priuilegia studij Bononiensis desinant competere: an etiam desinent cōpetere studio Paduano?

LEX XXXIII.

1 Omnia priuilegia. †Ad simílitudinē hospitalis Lotici qđ fuit primum: cætera hospitalia priuilegiantur: & eorum priuilegia confirmantur. h. d. in effectu. †Et not. de istis
2 priuilegijs quæ cōcedunt vni loco vel personæ ad instar vel similitudinē alterius loci, vel personæ: quæ vocātur priuilegia cōcessa ad instar: de quibus tangit per Io. An. in c. inter dilectos. de fide instru. in nouella. & sæpe cōtingit qđ Papa cōcedit vni loco indulgentias ad instar illarum quas habet Sancta Maria de portiūcula de Assisio. & est in arg. secundū Guli. de Cu. & Bald. q̄

si studiū Paduanū priuilegiatur à principe ad instar studij Bononiēsis: posteà illi studio cōcedant noua priuilegia, & etiā huic studio Paduano cōpetent: qa videt ptiuilegiū tā de ꝓteritis quā de futuris: nisi verba cōcessiōis nō patiant: vt qa sint de præsenti: puta concedimus priuilegia studio Paduano quæ habet studiū Bononiē. nā hæc cōcessio nō extēderet ad priuilegia posteà cō
3 cessa studio Bononiēsi. per l. si ita. ff. de aur. & arg. lega. †Sed qd si destruat studiū Bononiēse: & sic priuilegia eius desināt cōpetere: an etiā desinent cōpetere studio Paduano? videt q̄ sic, qa si desinit exēplar: desinit exēplādū: vt l. in testō. ff. de cōdi. & demō stra. Dic cōtrà si apparet quę priuilegia illi cōpetebāt: qa fuit ius quæsitum huic studio: quod non aufertur ex casu contingente illi. arg. l. si post mortem. §. fi. ff. de contrab. de his quæstionibus vide hic per Gul. de Cu. & Bal.

a ¶Præsumuntur acqsita de bonis ecclesię. Adde glo. in l. etiam. C. de dona. inter virum & vxorem. & glo. in l. defensionis. C. de iure fis. lib. x.

2 ☞Serui an possint clericari?
3 Iudex non debet personaliter accedere ad partem: sed ecouerso.
Fons non debet ire ad asinum: sed ecouerso.
Doctor non debet informari à scholaribus, sed ecouerso.

LEX XXXIIII.

1 Iubemus. †In ista lege primò statuit q̄ ascriptitij sine volūtate dominorum quorum sunt prædia qbus sunt astricti, nō possint clericari vel monachari: vsq; ibi, [seruos.] Et ista prima particula limitatur in auc. ascriptitios. q̄ hoc sit verū: præterquā in illis eisdem prædijs, si fortè ibi est alia ecclesia: nam pñt clericari, vt illi deseruiāt; & tunc operi rusticali deseruient per substitutum cui sunt ascripti. †Secundò statuit in versic. [seruos.] q̄ serui etiam cum volūtate dñorū nō possint clericari: qa nō debēt remanere serui in clericatu. Sed si dñs vult primò eos manumittet, et post ea clericabunt: vsq; ibi: [omnes.] & ista particula corrigit ꝓ authen. si seruus: qa si dñs cōsentiat q̄ seruus suus clericet: vel non cōtradicat, cū sciat: fauore clericatus & libertatis statim efficitur liber: tū si vitā clericalē relinqueret dño, restitueret. Tertiò & vltimò statuit in hac l. quòd omnes clerici etiā in dignitate cōstituti subsint præsidibus, ꝓuinciarū: & teneant cōparere coram eis
3 etiā epi cum citant: nō aūt debent præsides accedere ad eos. †Et ista particula semper allegat: q̄ iudex nō debet personaliter accedere ad partem: sed ecōuerso: quantūcunq; sit homo magnus, vel in dignitate positus: quia nō debet dedignari cōparere corā illo qui positus est ad iustitiā ministrandā, quicunq; sit vilis cōditionis: vt dicebat Bal. q̄ fons nō debet ire ad asinū: sed ecōuerso per istum tex. Sed & doctor non debet informari à scholaribus, sed ecouerso. facit l. ij. si præses. in fine. ff. quis ordo in bon. possef. ser.

LEX XXXV.

1 Seruis. Ista lex lmitat. l. iubemus. in ver. seruos. qa illa loquit qñ seruus trāsit ad clericatū simpliciter, vt nō possit etiā cum volūtate dñi: licet hodie illud sit correctū. Si aūt trāsit ad vitā monachalē tūc efficiebat liber: per istā legē. Tamē si derelinquebat illā vitā, restituebat dño. †Et istā legē in fi. ego allego in decisiōe quæstiōis, quā pridie dilputaui: qñ pater misit filiū ad studiū nō tenet sibi ministrare expēsas: nec pōt pœnitere secundū Docto. & gl. in l. macedoniani. C. ad mace. sed ego dico hoc verū, si ꝓficit in studio: sed si nō studet, & perdit tps, pōt pater ipsum reuocare: qa nō cōsentit vt staret studio & perderet tps: sed vt proficeret: & satis bene probat in fin. huius legis. Ista auc. suppleт per duas auc. hic positas, s. q̄ qñq; etiā sine volūtate dñi seruus efficit liber, s. qñ transit ad dignitatē episcopalē: vel quando per trienniū stetit in monasterio, & probatus est pro bono & perfecto monacho.

1 ☞In officijs quæ non continent iurisditionem, sed nudum ministerium: ut in notarijs, si unus est positus ad scribendum in tali bancho: alius in alio: non debet alter ipsorū etiam de consensu partium scribere in causis non pertinentibus ad officium eius.

LEX XXXVI.

1 Repetita. †Ista l. allegatur q̄ quando iurisditiones sunt distinctè & limitatæ, non habet locum prorogatio. Pone exemplum, si statutum huius ciuitatis dicat, quòd tales causæ ventilentur

Universidad de Deusto
Biblioteca

coram tali iudice potestatis qui residet penes tale bãchũ, et aliæ coram alio. & vnus nõ impediat se de iurisditione alterius: vtrũ partes de communi cõsensu possint in causa quæ venit tractan da coram vno litigare coram alio prorogando iurisditionem. & facit ista l.in arg.q; non.concordat l.consulta diualia j. de testa.fa
2 cit l.in agris limitatis.ff.de acqui.re.do.sic de causa ciuili non po terit prorogari iurisditio in iudicem maleficiorũ, qui positus est ad maleficia, & prohibetur se nõ impedire de ciuili. & istum ca sum vidi de facto. †Item Guli.de cug. in officijs quæ non conti nent iurisditionem sed nudum ministeriũ, vt in notarijs, si vnus est positus ad scribendum in tali bancho, alius in alio, nõ debet alter istorum etiam de consensu partium scribere in causis non pertinẽtibus ad officium eius. facit l.in fraudem.§.quoties.ff. de iure fisc.in ver.manu commentarien. & l.j.j.de spor.

2 ☞ De relictis uniuersaliter ad piam causam, an detrahenda sit trebellianica?
3 Quando pauperes instituuntur hæredes, uidetur institutus ipse Episcopus, qui est pa ter pauperum, & executor legitimus.
4 Quid si testator instituto filio pupillo dicat quòd quandocunque decesserit sine liberis bona sua distribuantur inter pauperes, & non dixit per quem, & qualiter mater succedet, & quid poterit detrahere si filius decedat in pupil.ætate?

LEX XXXVII.

1 SI quis ad declinandam. †Valet institutio facta de captiuis vel pauperibus in genere: nec vitiatur ꝓpter incertitudinem: & in primo casu Eps capit hæreditatẽ & distribuit: in secũdo verò casu si in loco sit aliquod hospitale pauperũ, pertinet ad illud: & si sint plura, pertinet ad pauperes: si verò nullũ idẽ qd' in primo casu. vt Episcopus capiat tanquã hæres, & distribuit alienando mobilia, & immobilia reseruãdo. & si nominata esset certa persona, vel locus, ad illũ pertinet: nec Eps aliqd agere debet: nec debet aliquã vtilitatẽ sibi appropriare de talibus relictis. h.d. ista l. hodie. ꝓ auc. de eccle. ti. in §. si quis aũt ꝓ redẽptiõe. põt Eps capere & distribuere inter illos paupe res q sibi videbant, nõ obstante q in loco sit aliquod hospitale, & põt vẽdere immobilia secũdũ Bar. per id quod no. Ioã. in c. si pater. de testa. li. vj. in gl. q̃ incipit licet certa. sed ad quid fuit ne cessaria ista l. cũ etiam ante istã esset statutũ per l. id quod paupe ribus. s. eo? Respõ. illa loquitur in legatis & relictis particularibus, sed in restõne directa maior videbatur dubitatio: cum in ea maior requiratur certitudo: vt j. de test. l. iubemus. tñ Imperator vult idẽ esse. & de hoc an incertitudo vitiet vide Bar. in l. quidã relegatus. de re. du. Itẽ nonne poterant testatores aliũ modũ te nere magis clarũ. s. instituere aliquẽ eorum amicũ, & ipsum gra uare de distribuẽdo inter pauperes? Respõ. propter hoc emanauit ista l. quia tũc ille institutus posset retinere quartã trebelliani cã tanquã directus hæres, & pauperes habentur loco fideicommissarij vniuersalis: nec poterant testatores hoc iure prohibere detractionẽ fal. vel treb. Sed hoc fuit introductũ per auc. sed cũ testator. j. ad l. fal. ipsi aũt volebant totã hæreditatẽ distribui sine diminutione quacũq;, ideo erat dubitatio an possent instituere pauperes in genere: quia de institutione directa vel etiã subsitutione nulla venit detrahẽda treb. vel fal. & ꝓpter hoc datur eis
2 licentia. per hanc l. hoc faciendi. †Et videtur sic casus de q. quã disputauit Ia. de bel. qua quæritur an de relictis vniuersaliter ad piam causam detrahẽda sit trebellianica. Nam de singularibus relictis cõstat q non detrahit fal. per auc. similiter. j. ad l. fal. & vi detur hic casus q bene detrahat trebel. Nam etiã per istã l. ante fi. videbatur introductũ q de singularibus relictis non detraha tur fal. & tamen in prin. l. innuitur q si testator institueret, & ro garet ipsum de restituendo totam hæreditatem inter pauperes, ille potuisset detrahere trebellianicã. licet enim istud vocabulũ comprehendat etiam trebel. vt colligitur hic in prin. attamẽ pro priè loquendo non comprehendit nisi illam quæ detrahitur de singularibus relictis. vnde cũ tex in illa auc. similiter. dicat de re lictis ad piam causam non detrahi fal. quæ detrahitur de singu laribus relictis. & ita tenent Canonistæ. vt not. Io. And. in d.c. si pater. in glo. Sed posteà in nouella videtur sentire contrarium.
3 Et etiam Bar. ita determinat in l. Marcellus. ff. ad trebel. †Item nota in §. [licentia.] q̃ quando pauperes instituuntur hæredes, videtur institutus ipse Eps, qui est pater pauperum: & executor legitimus. Sed cõtra q nõ sit hæres, sed tãtũ nudus executor vt s.e.l.nulli. Sol. ibi qñ pauperibus relinquitur nõ directò, sed per modũ legati vel fideicõmissi, hic qñ directo, nam talis habet eps in illis bonis, quales sunt ipsi pauperes, iuxta talis hæres habeor, qualis est is per quem hæres efficior. ff. de acquiren. hær. l. qui in
4 aliena. §. interdum. †per hoc determinat Bar. no. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. in iij. q. principali q si testator instituto filio pupillo dicat q quandocũq; decesserit sine liberis bona sua distribuantur inter pauperes, & non dixit per quem, & sic debet fieri distributio per epm, q cum illud verbũ, distribuãtur, sit verbum obliquũ, quia habent recipere pauperes per manũ distribuentis: iuxta no. in l. inter oẽs. ff. qui satisd. cog. & l. fundi Trebatiani. de vsufr. leg. q si filius decedat in pupillari ætate, ista substitutio nõ erit directa pupillaris, sed fideicõmissaria: & ideo mater pupilli succedat sibi ab intestato directò, & poterit detrahere legitimã filij: licet nõ treb. qa eps nõ põt videri directò istitutus: postquã nec pauperes fuerũt directò instituti, vel substituti: sed per obli quum. Non sic si dixisset per quẽ deberet fieri distributio, puta per suos executores, quia tũc subintelligeretur vnũ verbũ direc tum. s. qd̃ executores caperent per prius: & postea distribuerẽt, vt not. in l. alio. ff. de ali. leg. in glo. & illud verbũ, capiãt, est direc tum: quia à seipsis capere põt: & nõ habẽt petere de manu alte rius. Sed in eo qui est datus executor à lege subintelligit illud verbũ ex mẽte testatoris: cum ille nõ sit executor datus à testato re: sed à lege. lex aũt nõ subintelligit, nisi tale verbũ quale ꝓ latũ est erga pauperes. s. directũ si directò sunt instituti: vt hic & obli quum si per indirectũ: vt in l. nulli. s. eo. quæ consideratio est pul chra & subtilis valde, & vtilis. Bald. aũt hic infideliter recitando Bar. istud reprehendit, & malè: quia Bar. nõ dicit illud qd̃ Bald. dicit imò cõcordant: & ipse Bal. nõ debuit videre lect. Bar. quã do hic scripsit confidens de sua memoria: & malè fecit: cætera vide hic per Bal. qui multa loquitur: & adde vnum qd̃ ponit Io. An. in addi. Spe. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. in fi. & in vlti. q. Si de consuetudine sit aliquis locus: puta hospitale sancti Hie ronymi, quod capiat omnia relicta ad piam causam sine specifi catione personarum, vtrum communitas possit statuere contra rium, quod soluantur alteri hospitali.

2 ☞ Delictum illius qui tenet primum gradum, quod non debeat sequentibus in gradu esse lucrosum.
3 Si pater redimat filium an illud quod expendit pro redemptione, debeat filio computa ri in legitimam.
Si pater assignauit filio suo legitimam in eius uita: & ille eam consumpsit, si postea ca ptiuetur, quod teneatur eum redimere, & alere, ac alia opera pietatis erga eum exercere.
4 Si aliquis est in carceribus, & negligitur ab omnibus redimi, & periculum sit q, ibi mo riatur: potest aliquis amicus suus uendere bona illius: uel pignorare si non habet à se pecuniam. & tenetur ille ratam habere uenditionem: etiam si talis positus in car ceribus contradicat: uolens potius ibi stare.
5 Fideiussor constrictus ad soluendum, si non habet unde soluat, potest alienare bona prin cipalis debitoris: ne ponatur in carceribus.
Qui emit à non domino qui uendidit iure creditoris, & habuit potestatem uendendi, potest ad maiorem cautelam implorare iudicis officium, ut dominus ratificet uendi tionem per publicum instrumentum.
6 Bona subiecta restitutioni possunt uendi pro redimendo grauatum à carceribus, etiam si erant peruentura ad ecclesiam: & ex quibus alijs causis posit fideicommissum diminui?

AVTHENTICA.

1 SI captiui. †Sperãs hæreditatẽ alicuius ex testa mẽto, vel ab intestato, si nõ redimat il lum de carceribus cũ põt, & ille ibi moriat, priuat eius successione: & deuoluit ad ecclesiã distribuẽda in re demptionẽ captiuorũ. h.d. notabiliter & intelligo de carceribus hostiũ vel latrunculorũ, vel de carceribus publicis, in qbus esset detrusus pro debito publico, vel priuato. secus si pro alia causa, qui non posset redimi per pecuniam: vt pro inuestigatione alicu ius delicti, vel in pœnam: quia multoties cõdẽnatur quis ad car ceres perpetuos, vel ad tempus: & non est locus redemptioni: ita intelligo quod dixi quando ibi moritur: aliàs secus. sicut in ma tre quæ negligat petere tutorem filio intra annum. Nam ibi de mum priuatur eius successione si moriatur infra pupillarẽ ætatẽ non post: vt j. ad Tertul. l. matres. In text. ibi: [ted etiam.] l.j. per sentẽtiam istius l. & sic ipso iure sunt priuati: nec requiritur sententia iudicis: licet Bald. dicat contra. qui non ponderauit istum text. & fundat se in ratione quia si priuaretur ipso iure, talis

talis hæreditas deuolueretur ad sequẽtem in gradu: nõ ad eccle siam. quæ ratio nihil valet: quia hoc esset verum si contrariũ ex
2 pressè non statueretur in lege. Nam ista l. aufert existenti in pri mo gradu ad quem hæreditas pertinet, & defert eã in ecclesiã. sicut in simili in l.j.j. de secun. nup. nec possunt conqueri existẽ tes in remotiori gradu: quia †delictum illius qui tenet primum gradum non debet eis esse lucrosum, si lex non vult: quia pote rat lex illum non priuare, & ad sequentem in gradu non perue nisset hæreditas. ergo & si priuat, potest in quem vult conferre. facit quod plenè no. in l.j.§. si plures. ff. si quis ali. te. prohi. & per Bar. in l. fi. eo. ti. Fateor tamen q antequam sibi auferantur bona tenetur respondere creditoribus hæreditarijs. nã sufficit q sit in
3 possessione tanquam hæres, vt ab illis possit conueniri. vt in l. fi. j. de peti. hæredi. & ff. de transac. l. controuersia. †Sed quærit hic Bal. si pater redimat filium, an illud quod expẽdit pro redẽ ptione debeat filio computari in legitimã & hoc dic vt no. Bar. in l. stichus. ff. de pec. leg. Itẽ querit quid si pater assignauit fi lio suo legitimam in eius vita, & ille eam consumpsit, an si post ea captiuetur teneatur eum redimere? videtur q nõ. per ea que habentur in l. si cum dotem. §. j. sol. matri. cõtrarium determinat ipse. nam fateor q iterum non tenetur sibi cõsignare legitimam, sed alere, & alia opera pietatis erga eum exercere bene tenetur. quia ista necessitas durat quouscq; durat paternitas ar. ff. de ope. liber. l. libertus qui operarum. In tex. ibi. [in alijs capitulis] tã tum valeat testamentum pondera hoc verbum. per quod patet esse verum quod s. dixi. q anníhilatur institutio ipso iure, & in
4 alijs capitulis tantum remanet testamentum validum. simile in authen. ex causa. de libe. prẽte. & in l. fi. ff. de hæredi. instit. †In tex. ibi. [qui redimere.] Nota istũ versi. quia est notabilis. q si ali quis est in carceribus, & negligitur ab omnibus redimi, & peri culũ sit q ibi moriat, põt aliquis amicus suus vẽdere bona illius, vel pignorare, si nõ habet à se pecuniã, & tenetur ille ratã habe re vẽditionẽ. Sed qd si in carceribus positus cõtradixit volẽs po tius stare ibi ad periculũ mortis quàm q vendat. Barto. in simili cõsuluit q nõ stetur eius cõtradictioni per l. si fratres. §. Idem re spõdet. ff. pro socio. in illo qui erat cõdẽnatus ad amputa. manus nisi solueret centũ infra decẽ dies, & ille nolebat soluere. facit l.
5 non tantũ. ff. de app. †Item dicunt doct. per istum tex. q fideius sor constrictus ad soluendũ, si nõ habet vnde soluat, põt aliena re bona principalis debitoris: ne ponatur in carceribus. ad quod ff. man. l. si procuratorẽ. §. si ignorantes. Item dicit Bal. per istum text. q si venduntur mihi bona per nõ dñm, & sic casus in quo ego sum tutus aduersus dominum, puta si ille vendidit iure cre ditoris, & habuit potestatẽ vendendi, qd̃ ego possum ad maiorẽ cautelã implorare iudicis offi. vt dñs ratificet vẽditionẽ ꝑ publi cum instrumentũ: quia fortè nõ semper poterit probari q ille ha buerit potestatẽ vendendi: & sic expedit emptori habere expres sam ratihab. quod tene menti: quia est pulchrũ dictũ: & hoc per
6 istũ tex. dum dicit. Et capti si reuersi fuerint &c. †In fi. text. ibi, [eadem pœna.] per istum tex. dico & puto verisimũ: q si pater instituat filium, & si decesserit sine liberis vult bona in pauperes vel ad ecclesiam vel quẽcunq; alium venire, & cõtingat ipsum filium capi, vel incarcerari pro aliquo debito publico vel priua to, & non põt inde exire nisi vendat bona subiecta restitutioni: quod poterit vẽdere, & diminuere fideicõmissum; vel fortè etiã in totum tollere, si aliud fieri non potest: sicut potest diminui in causam don. propter nuptias vt in auc. res quæ. j. commu. de leg. Sicut etiam posset in causam alimentorũ si deueniret ad tale sta tutum, maximè sine culpa: quia non est verisimile quod pater si talem causam cogitasset, voluisset filium mori in carceribus, vt bona peruenirẽt ad illos. nam sicut si ipse viueret teneret ipsum redimere, ita & bona eius transeunt cũ hoc onere. arg. in l. si quis à liberis. §. Item relictum. ff. de libe. agno. & quod not. Cy. in l. alimenta. in fi. j. de neg. gest.

2 ☞ Clericalis ordo non liberat à patria potestate.
3 Tria priuilegia quæ habent clerici in bonis per eos acquisitis.
4 Testamenta clericorum licet non expugnentur per querelam, si tamen deficit alia solen nitas, possunt dici nulla.
5 Statutum si dicat q, testamenta insinuata, uel redacta in memorialibus communis non possunt expugnari, an debeat intelligi de expugnatione quæ fieret contra testamen ta de se ualida.
6 Statutum an possit tollere legitimam filiorum.

LEX XXXVIII. a

1 VM lege. †Testamẽta cle ricorũ facta sem per quasi caltrẽsi peculio nõ sub iacẽt querelæ. h.d. & sic loquitur de clericis existentibus in patria ptãte. nam si essent sui iuris, nõ dicerẽtur habere pecu
2 liũ. vt l. fi. j. de inof. test. †Ex quo patet q ordo clericalis etiã si sit laicer, nõ liberat à pa
a tria ptãte, nisi sit ordo vel dignitas epalis: b vt in auc. sed epalis. s. eo. & no. in c. indeco
3 rum. de æta. & qua. †Et sic no. tria priuilegia quę habẽt clerici, s. quod habẽt quasi ea strẽse peculiũ tam de acqsitis ex beneficijs eorũ, quã de laboribus suis. item qd̃ de ipso põt testari: sed hoc hodie restringitur ad ea quæ acquirũt ex eorũ laboribus, vel aliũde: nõ ex beneficijs vel cõtẽplationibus eccle siarũ. in illis emi testari nõ põt. xij. q. iij. c. j. & per totũ. de quo tamẽ in c. prælenti. de offi. ordin. lib. vj. Tertiò q eorũ testamenta non subiacẽt querelæ inofficiosi testamẽti. Sed hoc videtur regulare etiã in nõ clericis testãtibus de peculio castrẽsi vel quasi, vt d.l. fi. Et intellige qñ exhæredãt filios indebitè, nam si debitè, nõ es set dubiũ: ideo dico si prætereant eorũ filios: quia præteritio habẽt pro exhæredatione: tum quia sunt in eorũ ptãte ex quo ipsi patres sunt: tũ qa clerici dicũtur milites cœlestis militiæ, & præ teritio militis habetur ꝓ exhæredatione: vt in l. sicut certi. j. de te sta. milij. Bene aũt subiacent dicta testamẽta cõditioni ex authẽt. presbyteri. s. eo. in fi. quidã habẽt hic per quã possunt filij petere legitimã, & sic patet q qui petit legitimã, nõ dicit expugnare te
4 stamentũ secundũ Bal. †Item no. quod licet talia testamenta nõ expugnent per querelã, si tamẽ deficit talis solẽnitas, possunt
5 dici nulla: vt colligitur circa fi. ibi. [secundũ leges.] †ꝓpter qd̃ dicit Bal. li. statutũ diceret q testamenta insinuata vel redacta in memorialibus cõis, nõ põt expugnari, debet intelligi de expu gnatione quæ fieret cõtra testamẽta de se valida, mero iure. Sed si esset nulla, nõ tolleretur ꝑ hoc ius, dicẽdi nullũ: qa nõ est ꝓpriè expugnatio: sed petitur declarari nullũ. Super hoc tamẽ dubito nec fateor simpliciter verè dictũ suũ. nam ista l. seipsam restrin git ad expugnationẽ quæ fieret per querelã: sed illud statutũ ge
6 neraliter loquitur. †Quærit etiã Bal. hic: an statutũ possit tollere
b legitimã[b] filiorũ: ista est quæstio antiqua de qua per Dy. in c. de reg. iur. indultũ. li. vj. qui dicit q põt minui, nõ tolli: & per Cy. in l. sancimus. j. de nup. Bal. dicit q ex iusta cã põt tollere: vt cũ di cit q existẽte masculo filia fœmina nõ succedat. nã tũc nõ debet filiæ legitima: & eius præteritio nõ redderet testũ nullũ: vt ple nè no. Bar. in l. Titio cẽtũ. §. Titio genero. ff. de cõdi. & demõ. nã tale statutũ est rõnabile: vt bona remaneãt in agnatiõe masculo rum. Secus si nõ esset rõnabile, vt si diceret q solus primogeni tus succedat alijs exclusis. nam hoc est cõtra rationẽ, cum inter filios debeat esse æqualitas: vt l. fi. j. cõmmu. vtriusq; iudi.

2 ☞ Confessio quando habeat uim pacti, & quando uim renunciationis?
3 Renunciatio fori quòd debeat fieri specialiter, nec sufficit generaliter renunciatio ex ceptionum.

LEX XXXIX.

1 SI quis in conscribendo. †clerici põt renunciare priuilegio fori. h.d. De hoc dic plenè: vt in l. si qs in cõ scribẽdo. j. de pac. In tex. ibi [in cõscribẽdo &c.] dic & sic tempore quo contrahunt. Sed quid si post cõtractum ex in
2 teruallo hoc faciunt? dic idem: cum sit eadem ratio. †In text. ibi: [confessus fuerit.] no. tex. iuncto eo quod infra subijcitur. [ad uersus sua pacta &c.] q confessio habet vim pacti, quod est ve rum quando fit parte præsenti, vt in l. tale pactum. in princ. ff. de pac. & habet vim renunciationis, quando cõfertur in futurum. nam paria sunt dicere renuncio priuilegio fori: & dicere confi teor me non vsurum priuilegio fori. In textu ibi, [propter sacerdotij prærogatiuam.] supple vel alium ordinem cle ricalem. Sed quod priuilegium habebant clerici tempo re huius legis cum possent conueniri coram iudice seculari?

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Iudicis secularis. non possent. Adde q hoc priuilegium fori habuerunt clerici à Deo & non à papa. vt est gl.in c. si imperator.xcvj.dis.glo.in c.quanquã. de censi. lib.vj.Inn.& ab.in c. ñ.de maio.& obed.

b ¶ Cũ hodie sit ordo facer. Adde c.à subdiacono.xciij. dist.c. illud. lxxvij.dist.c.j. de cle.coniu. & glos. in verbo,psalmista. & ibi.Car. Ale. in c. cleros.xxj.dist.

c ¶ Monachus consistit. Adde tex.in c.cũ ad monasterium. de sta.monach.

vt ſ.eo.l.cũ clericis & l.oẽs. Rñdeť. q fortè aliqui habebant priuilegia specialia,non in cluſa in corpore iuris,q nõ possent cõueniri niſi corã episcopo, & illi poterãt renunciare.hodie verò ſi vellẽt ſe ſubijcere iuriſditioni iudicis secularis,nõ possent. ' etiam de conſenſu epi.vt in c.ſi diligenti. de foro compe.Sed ſi iuriſditioni alterius epi, poſſent.cũ licẽtia tñ episcopi.vt in c. ſignificaſti.e.ti.ſed ſi habẽt priuilegium exẽptionis à pprio epo,an ei possent renũciare ſine licentia papæ cui ſubſunt immediatè vel alterius cui per priuilegiũ fuerunt suppoſiti. Dic quod ga redeunt ad ppriũ iudicẽ: ga facilius ſit.vt in l. ſi vnus. §. qd' & in ſpecie dotis.ff.de pac.Quod dic p Io.an. in merc. in regula sciẽti.de re.iu.li.vj. In tex.ibi[omnes licẽtiam habere.] dic ſuper iſta regula multæ cadũt dubitationes.de quibus in Spe.de renũ.& concluſione.vbi pſequiť multos caſus diuerſos & etiã Cy. aliqua tangit hic.An poſſint renunciare exce.macedoniani, vel velleiani? & Alb.plenius.licet inordinatè:ſed tu recurre ad nota. per Bar. j.de pac.l.ſi quis in cõſcribẽdo.in magna diſtinctione quã facit: qua retenta poteris rñdere ad ſingulos caſus: ſed proſequendo, vt facit Albe.nõ capies perfectam doctrinã. † Debes autẽ ſcire q renuntiatio fori debet fieri ſpecialiter.nec ſufficeret generaliter renuntiatio exceptionum.vt l.j.in ſi.ff.ſi quis in ius voc.non ie.& l.ſi fideiuſſor.qui ſatiſda.cogan.

2 ☞ Clerici non possunt inuiti compelli ad subeundum tutelam uel curam,& an uolentes admittantur?
3 Potest quis esse monachus,absque eo quod habeat aliquem ordinem clericalem.
4 Citatus si non est de iurisdictione citantis,an teneatur comparere ad hoc allegãdum? & si non comparet,an possit mulctari?
5 An cessante causa cesset effectus remissiue. Causa an præsumatur finalis,uel impulsiua?

LEX XL.

1 GEneraliter. †Clerici in ſacris ordinibus cõſtituti & etiã monachi licet nõ ſint clerici,ſunt immunes ab onere tutelæ vel curæ,vt in uiti nõ coganť ſuſcipere,dũmodo clericaliterviuãt,et eccleſiæ deſeruiãt;ppter qd' dať eis hoc priuilegiũ:ideo ceſſante cã ceſſat effectus.& ad hoc ſemper allegať iſta l. In tex. ibi [diaconos.] Idẽ in ſubdiaconis:cũ hodie ſit ordo ſacer.[b] Sed contra: quia primò idẽ in qbuslibet clericis etiã nõ cõſtitutis in ſacris, vt ſ.eo.ti.l.pſbyteros.in prima charta ti.ſo. põt dici q illa nõ log tur de onere tutelæ:ſed de aliꝭ oneribus publicis. Aliꝭ dicũt iſtã ſuppleri p illã. Aliꝭ q illa corrigiť p iſtã.tene pcedentẽ,tanquam
2 gis æquã†& diſtingue. Aut quæriť an clerici poſsint inuiti cõpelli ad ſubeũdũ tutelã vel curã, & diſtinctè dic q nõ, ſiue ſint cõſtituti in ſacris,vt hic,ſiue nõ.vt ibi. Aut quæriť an volentes admittanť:& tũc diſtingue vt in auť.pſbyteros q̃ hic ſequiť.Nã aut ſunt epi vel monachi.& indiſtinctè nõ admittunť etiã volẽtes.vt in fi.d.auť. Aut ſunt inferiores ab epo,& non monachi:& tũc aut nõ ſunt in ſacris:& tũc ad legitimã tutelã vel curã admittunť volẽtes fauore ſanguinis vel cõſanguinitatis. vt in prin.d. auť.ſed ad datiuã tutelã vel curã extraneorũ nõ admittuntur vt
3 ibi colligiť à cõtrario ſenſu. † In tex.ibi[licet nõ ſint clerici.] No. q põt qs eſſe monachus abſq eo q habeat aliquẽ ordinẽ clerica
c lẽ.nã monachus cõſiſtit ' in pfeſsione paupertatis,caſtitatis, & obedientiæ, quã põt facere etiã non habens ordinẽ clericalem. Sed clericatus conſiſtit in collatione characteris quã facit Epus:
4 nõ autẽ ipſe clericus. † In tex.ibi,[ipſo iure.] Iſtũ text.valde not. Pe.& Cy.qui dicũt per hoc limitari & declarari id quod no,per gl.in l.ij.ſi quis in ius voc.nõ ie.cũ ſimi. dũ diſtinguit qñ citatus non erat de iuriſditione citantis,an teneať comparere ad hoc allegandũ,& ſi non comparet,an poſsit mulctari.Nam glo.ibi diſtinguit.aut erat certũ vel notoriũ ipſum non eſſe de territorio iuriſditionis iudicantis,& nõ tenetur cõparere. Aut erat dubiũ. & tũc ſecus.l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi. Nam iſta diſtinctio fallit eo caſu quo citatus ipſo iure nõ erat de iuriſditione ſua:vt ga erat forẽſis,vel ſi erat ciuis,erat exemptus per l.ſcriptam vel ſtatutum. Si autem non ipſo iure: ſed ita demũ ſi volebat vti.pone exemplum in ſcholari qui ſubeſt ipſo iure iuriſd. Poteſtatis:ſed ſi vult poteſt eam declinare,& petere ſe remitti ad rectorem vt in auť.habita.j.ne filius pro patre. Item pone exemplum in legato reperto Romæ, vel in curia Romana quæ eſt cõis patria: & in qua quilibet poteſt conueniri:tamen ſi erat ibi legatus, habet priuilegiũ reuocandi domũ ſi vult:vt l.ij.§.legatis.ff.de iudi. iſto caſu tenetur ſemper cõparere etiã ſi erat certũ q erat ſcholaris vel legatus:quia nõ erat certũ an vellet vti tali priuilegio niſi ipſum allegaret:vnde tunc tenetur ſemper comparere & allegare:aliàs poteſt procedi contra eum tanquam ſi nõ haberet priui legiũ:ita vult Pet.hic,licet Bal. aliter ipſum recitet:& non bene: patet etiam q ſi procedatur contra illum qui ipſo iure nõ ſubeſt iuriſditioni citãtis,& ipſe non comparet,proceſſus factus cõtra eum eſt ipſo iure nullus:& de nullitate põt allegari quãdocunq; tanquã factus à non cõpetenti iudice. Nam non cõparendo nõ videtur iuriſdi.prorogare:vt l.ſi quis ex conſenſu.j.tit.j.vt ſi erat clericus. Sed quantũ ad mulctam imponẽdã eo caſu quod erat dubium,& tenebať cõparere,poſſet imponi:niſi qñ erat clericus quod dic vt no.ſubtiliter & plenè in c.ſcienti.de regu.iur.lib.vj. in mercu.in q.quã fecit ibi Io. And.de dictis Egidij Bononiẽſis
5 docto. † Vltimò de iſto brocardo. An ceſſante cauſa ceſſet effectus. Bal. Poſt Pe.qui hic diſtinguit ſi finita verba,dicit.dic vt hic per eum: quia potius eſt laborioſum quàm vtile recitare verba ſua:& adde quod no.in l.ij.§.fin.ff.de dona. An cauſa præſumatur finalis,vel impulſiua. Item an ea quę dicuntur procedant de iure canonico. vide lxxxvj. diſtinct.c.fina. & xxj.quæſtio.iij.c. Cyprianus.

2 ☞ Testis qui non cogitur inuitus testificari,si testificatur, quod debeat scribi in actis quod sponte testificatur: & q. idem in proxenetis: qui nõ admittitur nisi uolentibus partibus,q. debeat de eorum uolũtate apparere.

AVTHENTICA.

1 REſbyteros. †No.hic qd' illi q nõ coguntť ſuſcipere tutelã:ſi volũt ſpõte ſuſcipere,admittunť,& debẽt declarare volũtatẽ eorum infra quatuor mẽſes:aliàs nõ admittunť poſtea. Iſtud inducebat Bar.ad matrẽ & auiã quæ nõ cõpelliť:& põt accipere ſi vult:vt in auť.matri & auiæ.qñ mu.of.tu.ſun.põt q debeat declarare volũtatẽ ſuã infra quatuor mẽſes,q ſi nõ faciat:excluſtur à tutela:& vltra hoc priuať ſucceſsione filij moriẽtis in pupillari ætate:& ita dicit eſſe intelligendũ.l.ij.§.cõfeſtim.ff.ad tertul. Sed vtrunq; dictũ reprehẽdit per Bal.qa mater habet annũ ad ſuſcipiẽdũ tutelã,vel faciẽdũ aliũ tutorẽ dari,vt inſti.ad Tertul.§.fi.& licet malè faciat,ſi prius habet facultatẽ hoc faciẽdi & nõ facit qa debet facere quãprimũ põt vt in d.§.confeſtim.attamen nõ priuať ſucceſsiõe filij:niſi negligat per annũ:aliàs ad qd dareť annus ſi nõ ,pdeſſet:quinimò licet negligẽdo per annũ priueť ſucceſsione,ſi filius moriať in pupillari ætate,nõ tñ excludi tur à tutela ſi poſt annum vult ipſam accipere,vt no.in l.iij.ff.de legit.tut. & adde quod not.Bald.in l.precibus.j.de impu.& alii. ſubſti.Nec ob.iſte tex.quia illa ratio eſt in clericis,vt de ieruſant
2 eccleſiæ:quod poſt quatuor mẽſes etiã volẽtes nõ audiãtur. † Itẽ inducit in arg.ſecundũ Cy.quod qñ eſt aliquis teſtis qui nõ cogitur inuitus teſtificari.de quo in l.lege Iul.& l.inuiti.ff.de teſti. qñ teſtificať:debeat ſcribi in actis quod ſponte teſtificatur: aliàs præſumereť inuitus,& nõ valeret ſecũdũ Bart.de capua,& Cy. & Bar.dicit ita de facto ſeruaſſe in ciuitate Piſarũ:& Richar.dicit ſe habuiſſe de facto in quodã proxeneta,qui nõ auditur niſi volẽtibus partibus:vt in c.j.cũ ibi no.de teſti.lib.vj. Certè nõ loquimur qñ ipſe teſtis inuitus nõ cõpellitur. Vltimò ,p eo quod hic dicitur in fi.vide lxxxvj.diſt.c.peruenit.in tex.& glo.

2 ☞ Rapiẽs meretricẽ quæ est nupta,debet puniri pœna huius l.& in ea cõmittitur adulterium sicut in honesta:& quid si non erat nupta?
Rapiens uxorem suam fortè de domo patris,non punitur pœna huius legis.
3 Quid in sponsa per uerba de futuro? quod sit idem,si consensit,& quid si non consensit?
4 Si quis stuprauit honestam mulierem per uim,non tamen traxit eam de loco ad locum, qua pœna punietur?
5 Raptor si uult accipere raptam in uxorem,an euitet pœnam.
Qualiter possit dici quem præstare opem post maleficium commissum?
6 Valet statutum permittens cuilibet priuato,interficiendi bannitum: & si permittat offendi:includitur etiam quod possit interfecere.
Si permittitur certis personis,puta consanguineis,quod possint interfecere raptorem

rem uirginis repertum in flagranti crimine,an possit consanguineus ducere secum extraneum: & facere per illum interfici.
7 Casus in quo malefactor per quẽcunque iudicem capiatur etiam,qui non sit iudex suus, nec in suo territorio derelinquerit poteſt ipſum punire ſine fori præſcriptione.
8 Ille qui dicitur malefactor si fuerit comprehensus,nõ poteſt condemnari uel puniri niſi legitimè conuincatur.
Fuga an probet maleficium?
9 Casus in quo possessio ipſo iure acquiritur ecclesiæ sine apprehensione: & regulariter secus.
Habens solam proprietatem: quod dicatur habere plenum dominium, & qualiter ista uerba pleno iure intelligantur?

LEX XLI.

1 RAptores. †Pœnæ huius l.locum habent etiam pro ſolo raptu ſine ſtupro. Item ha-
2 bet locum in mulieribus honeſtis. † Quæro,vtrum iſta lex habeat locũ in eo quiſ rapuit meretricem. Glof. inſti.de publ.iudi.§. Item lex Iulia.dicit quod nõ. Tu diſtingue. Aut erat nupta,& locũ habet in ea. Nam in ea cõmittiť adulterũ ſicut in honeſta muliere.vt l.ſi vxor.in princi.ff.de adul. ergo & raptus. Aut non erat nupta:& tũc aut cõſenſit:& nõ habet locũ, propter vtilitatem vitæ.vt j.de adulte.l.ſi ea quæ.per hoc differt ab honeſta muliere. in qua locum habet etiam ſi conſenſit: vt in fine huius ſ. aut non conſenſit:& tunc ¦aut habuit iuſtam cauſam ¦contradicendi: quia fortè ¦volebat redire ad honeſtã vitã:vel quia rapiens erat eius attinẽs. Et locũ habet iſta l. aut nõ habebat iuſtã cauſam,& tunc ſecus.arg.d.l.ſi ea quę.ſecũ dum Guli.de Cu.& Bal.¦ Item quæro an habeat locũ in rapiẽte vxorẽ ſuã fortè de domo patris? & dic q nõ ſecũdũ doc.qa maritus habet manuũ iniectionẽ in vxorẽ.arg.l.ſicut.ff.de oper.lib.
3 † Item quæro,an habeat locũ in ſpõſa ſua per verba de futuro dic q ſi cõſenſit,nõ habet locũ;ppter præcedẽtẽ tractatũ de matrimonio:quia ſi ſequať copula carnalis,trãſit in matrimoniũ de præſenti.vt in c.pe.de rapto. Si verò nõ cõſenſit,quia fortè volebat ingredi monaſteriũ:dic vt habetur in q.diſputata:quã ponit Io.And.in regula quæ cõtra ius de reg.iur.in mercuria.libro vj.
4 † Item quero,quid ſi aliquis ſtuprauit honeſtam mulierem per ven.nõ tamẽ traxit eam de loco ad locũ? dic nõ habere locũ pœnam huius l.ſed pœnam l. Iuliæ.de vi.quæ eſt minor.vt inſtit.de pub.iud.§.Item eadẽ.l.& ita refert Gandinus in opere ſuo male ficiorũ terminatũ fuiſſe Bononiæ ſub rubri.de multis quæſtionibus incidẽtibus in cauſis criminalibus.ad quod vide bonum tex.qualiter dicatur rapi in l.ſed eximẽdi.ff.ne quis eum qui in
5 ius voc. † Item quæro,ſi raptor vult accipere raptã in vxorem? dic quod de iure ciuili nõ euitat pœnã huius l.quia prohibetur matrimoniũ inter eos,de iure verò canonico nõ permittiť: vt in c.fi.de rapt.Sed an hoc euitet pœnã legalẽ? eſt dubiũ: propter ea quæ habẽtur in c.j.& ij.de adul.quæ videnť ,pbare q ſic:ſed gl, & doct.intelligũt ibi in foro eccleſiaſtico,vel in terris in quibus
a eccleſia habet tẽporalitatẽ. Ego autẽ aliàs cõſului q euitet:ga ius canonicũ potuit in hoc mitigare pœnã legalẽ,ſicut ĩ multis aliꝭ corrigit ius ciuile:hoc tñ verũ ſit rapta & parẽtes ei conſentiunt aliàs ſecus.& per illud cõſiliũ ille euaſit mortẽ in ciuitate ¦Mantuæ:ſcias q hæc l.habet locũ in eo qui rapuit: licet nõ ſtupraverit:deinde no.ex prin.huius l.iuncto fi. q præſtãs opẽ maleficio cõmittendo,in ipſo actu maleficij plus puniť quã ſi poſt:de hoc dico vt plenè no.per Bar.in l.is qui opẽ.ff.de fur. Item q ita põt dici quẽ præſtare opẽ poſt maleficiũ cõmiſſum ſicut in ipſo maleficio cõmiſſo,vel ante,puta receptãdo. Adde quod dicit Inn.
b q ille ſtat armatus[b] iuxta occidẽtẽ vel vulnerãtẽ,licet nihil faciat
6 niſi quia aſsiſtat,dicetur occidẽs vel vulnerãs. † Item not.dũ dat licentiã cõſanguineis interficiẽdi repertũ in flagrãti crimine.ſar. q valet ſtatutũ permittẽs cuilibet priuato interficiẽdi bannitũ. nã ſicut lex iuris cõis põt permittere priuato quod occidat genera liter ex iuſta cauſa: vt hic & j.vt li.ſe ſine iu.vin.& finaliter ita terminatũ:vt not.in addi.Spec.in tit.de cõſti. ſuper rubri.vbi refert diſpu. lac.de Are.& ſi permittit offendi, includitur etiam q poſsit interfecere:quia dicit offenſio. De his etiã not.pro Gandi. in prædicto opere rubri.xxiij.quæ incip.de bannitis pro maleficio:& etiam in vlti.rubri.illius operis,& Bar.conſuluit in conſi. quod incip.ſtatuto caſtri plebij.& tangitur in l.iij.§.pe.de alimẽ. lega. Sed quid ſi permittit certis perſonis tantũ vt hic:puta conſanguineis. An poſsit cõſanguineus ducere ſecum extraneum, & facere per illum interfici:adeo q ille non puniatur: videtur q non:quia ſtandum eſt verbis. In contrarium videtur per l. iij.§. eum qui.ff.de vi & vi ar.& no.eo.tit.l.cum a fundũ.in gl.ſuper ver.poſtea.& hoc eſt vti le. Nam ſtatutum Florẽtiæ permittit ei qui percuſſus vel vulneratus fuit ab alio:q poſ ſit ſe vindicare propria authoritate,redden do ſimilem percuſsionem. An ergo poterit b ducere ſecum ſocium & facere per illũ red di ſimile:ſolent allegari iura prædicta: & fa cit l.Gracchus.j.de adul.nam patri permittitur occidere repertum in adulterio cũ filia,& ibi dicitur q ſi facit interfici per filium,q ille non puniťur
7 & tamen permiſsio non fit filio,ſed patri. †Item not.caſum in quo malefactor per quẽcunq; iudicem capiatur, etiam qui non ſit iudex ſuus,nec in ſuo territorio deliquit: ſed alibi põt ipſum punire ſine fori præſcriptione:vt patet ibi:nec non aliꝭ cuiuſlibet ordinis:nec remittitur ad locum delicti commiſsi:regulariter ſecus,vt l.j.j.vbi de cri.agi.opor.& in authẽ.vt nulli iudi.§. ſi quis
8 verò comprehẽſorũ. †No.etiam ſecundũ doct.q ille qui dicitur malefactor ſi fuerit cõprehenſus:nõ poteſt condẽnari vel puniri,niſi legitimè conuincatur.& ſic fuga non probat maleficium, de hoc dic:vt l.lege Cor.ad ſil.Et per hoc dicimus q de iure cõmuni bannitus pro maleficio:quia non comparuit,non habetur pro confeſſo:& ſi capiatur,debet inquiri & poni ad torturã:non autem eo ipſo condemnari, vel puniri: niſi ſtatutum dicat contrarium:vt in terris Tuſciæ.Sed in partibus iſtis ponitur in banno ad inquirendum:& ſic ſe cõformat cum iure cõmuni,& hoc patet in text.ibi. [poſt legitimas & iuri cognitas &c.] & poſt cõfeſsionem maleficij datur ſibi terminus ad faciẽdã ſuã defenſionem. Sed ſi dixerit ſe nullã habere ſtatim cõdẽnabitur.glo.eſt ſing.quæ allegatur ad hoc in l.j.ff.de fu.balne.¦Vltimò not.tex. ante ti.dum dicit [omnem proprietatem & plenã poſſeſsionẽ.]
9 †nam hic eſt caſus in quo poſſeſsio ipſo iure acquiritur eccleſiæ ſine apprehenſione:regulariter ſecus:vt no.in l.fi.ſ.tit.j. Item patet per iſtũ tex.q ille qui habet ſolã proprietatẽ.dicit habere plenum dominiũ:& ſic nõ eſt ineptus libellus in quo petat hoc declarari.Nam dicitur habere quis dominium pleno iure,quando habet directum:licet alius habeat vtile:vt no.l.Pompo.ſcribit.in vlti.ff.de reí ven.Aliquando verò iſta verba pleno iure intelliguntur reſpectu proprietatis,& poſſeſsionis.de quo vide per Bal. in l.ſi mater.ad Tertul.

a ¶ Ego aũt, Adde qđ eſt in cõſ.ccvj.incip. cõſiliũ viſo dicto ſtatuto. & de hoc aliqd per Alex. de Imo.in cõſil.j.in ij.volumi. Cur.

b ¶ Qui ſtat armatus. Adde Pe. de Anc.in in repe.regulæ acceſſorium.in vij.op.de re.iur.lib.vj.

2 ☞ Matrimonio contracto per uerba de præsenti:si secuta sit copula carnalis, non potest alter ex coniugibus inuito altero religionem ingredi:& quid si alter consentiat?
Quid si matrimonium non esset consummatum per copulam carnalem?
3 Quid si ante matrimonium contractum interuenerit copula? sed postea non? & an Papa possit dissoluere.
4 Illud quod impedit religionis ingressum metu pœnæ:est contra Dei timorem: & sic reprobatur à iure.
Si mulieri aliquid relinquatur sub conditione si nupserit: & ipsa non nubat: sed ingrediatur monasterium quod conseruatur relictum ac si nupsisset.
5 Si pater relinquat filiæ mille si nupserit: & si ingrediatur monasterium relinquat ccc. si ingreditur monasterium,an consequetur mille ac si nupsisset.
6 Datio arrharum,an probetur per confessionem recipientis?
7 Pactum uel statutum de dote lucranda, an habeat locum ,si mulier quæ dotem dedit uel promisit,moriatur antequam ad domum mariti traducatur: uel ante copulam carnalem?

LEX XLII.

1 DEo nobis. †Poteſt alter ex ſponſis altero inuito,religionem ingredi,& ſoluuntur ſponſalia:nec per hoc aliquem pœnam arrharum patitur:quia non videntur diſſoluta eius culpa:ſed ex iuſta & legitima cauſa. Similiter alter ex coniugibus,poteſt altero inuito religionem ingredi,& diſſoluitur matrimonium. nec ,per hoc aliquam pœnam patitur circa dotem vel donationem propter nuptias,quaſi eius culpa matrimonium ſit ſolutum, habebitur tamẽ ingrediens pro mortuo vel mortua:& ſic vendicat ſibi locum pactum vel ſtatutum de certa parte dotis lucrãda in cauſa mortis.h.d.vſq; ad §.hoc etiam cognitum. ††Et aduerte:quia
2 de ſponſis per verba de futuro remanet hodie de iure canonico incorrecta;imò confirmata eſt:vt patet xxvij.q.ij.per totum:ſed ſecunda pars de coniugibus qui contraxerunt per verba de præſenti,ſiue ſecuta erat copula carnalis, ſiue non,corrigitur de iure canonico eo caſu quo matrimonium erat conſummatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Per ingressum religionis. Adde c.ex publico. & ibi doct. de conuer.coniug.

b ¶Ex quo etiam. De hoc vide per.d. Ant. & Abb. in c. in præsentia. de probat. & Bal.in aut. nisi. C. ad trebel. Ludo. Roma. in l.stipulatio hoc modo concepta. ff. de ÿ. ob. adde eundē Paul. de Cast. in l.quoties. sub conditione. ff. de condi. & demon. & in dicta aut. nisi rogasti. Matheſi. in suo notabili cccc.xxj. & nouissimē per Fel. in d.c.in præsentia. col. xv. circa fin. & hanc questionem declara. vt ibi per eum. Cur.

c ¶Pater non potest filium exhæredare. In quibus casib⁹ pater pōt exhęredare filiū vide per gl.in c.quin tauallis. de iureiurā.

d ¶Per ingressum religionis. Adde gl. in l. si ex causa. in §.pe. ff. de mino. gl. j. in c.in decorum. de æta. & a quali. Spec. ti. de sta. mona. ver. xij.

per copulā carnalē: quia nō potest dissolui per ingressum religiōis, quo ad hoc vt alter qui remanet in seculo posit contrahere cū altero vel altera. Nec posset papa super hoc dispensare. Sed nec altero inuito potest ingredi. & si cōtrafaceret, posset vendicari & extrahi de monasterio: sed consentiēte altero & continentiā promittēte: si nō sit suspicio de incōtinētia, bene potest ingredi. nec tunc separatur matrimoniū, sed thorus: vt hæc habentur in c. Agatosa. ea causa. et q. Sed si nō esset cōsummatū pcopulā carnalē: tūc p ingressum alterius, etiā altero inuito matrimoniū dissolueret etiā quo ad fœdus matrimonij, vt posit cū altero vel altera cōtrahere. vt etiā de his habeat plenè in c. ex publico. de cōuer. cōiu. & quæ sit diuersitatis ratio dic vt ibi no. & sic bñ posset Papa dissoluere matrimoniū cōtractū per verba de præsenti: si postea nō est secuta copula carnis. †Sed quid si ante matrimoniū contractū interueniat copula, postea non. Adhuc quærit an Papa posit dissoluere. Bal. mouet hanc q. in l. Paulus. ff. de sta. ho. dicēs q copula præcedēs cū nō fuerit matrimonialis, nō impedit separationē matrimonij, per ingressum religionis. vel dispēsationē Papæ. Tene menti: quia ista fuit quotidiana.

3

a

4 †In tex. ibi, [cōtra Dei timorē.] No. secundum Bal. quod illud qđ impedit religionis ingressum metu pœnæ est cōtra Dei timorē. & sic reprobat à iure. & in hoc videtur cōsentire ratio. §. sed & hoc p̄senti. in auc. de san. epis. vbi habet q si mulieri aliqd relinquit sub cōditione si nupserit; & ipsa nō nubat: sed ingrediat monasteriū, cōsequit relictū ac si nupsisset: quia illa cōditio reiicit in ea q̄ vult monasteriū ingredi, tanquā cōtraria voto religionis. Similiter si aliquis fuit rogatus restituere sub conditione si decesserit sine liberis, & ingrediatur monasterium: & sic liberos habere non potuit. q non videtur extare conditio fideicommissi. nec veniunt bona restituenda: sed est perinde ac si decessisset cum liberis: quia illa conditio similiter videtur reprobari, tanquam contraria voto religionis. ita dixit Ricar. Mal. in q. disputata hic per eum. in qua concluſit q etiā si constabat de intentione testatoris in cōtrarium, ſ. in primo casu q sentit de matrimonio carnali non de spirituali. & in secundo q sensit de liberis veris. & ex suo corpore descēdentibus nihilominus habent locum ea quæ dixi. †Ex quo etiam b terminauit

5

b q. quotidianā. si pater relinquat mille filiæ si nupserit, et si ingrediatur monasterium relinquit. cccc. dun taxat & ipsa ingrediat, q ipsa consequetur mille ac si nupsisset in seculo. & ita disputando tenuit do. Thomas de Formaglinis de Bononia, vt refert Io. And. in titu. de sta. mo. in addi. Spec. sed lac. de Bel. & Bald. tenent contrarium, & ego etiam secutus alias cōsului quod dictę conditiones non reiciantur, tanquam cōtrariæ voto religionis: sed ex præsumpta mente defuncti, qui de ingressu religionis nō cogitauit. nam lex præsumit q si cogitasset, tales conditiones nō apposuisset. vbicunq; ergo apparet quod cogitauit & contrariū voluit q si ingrediatur religionē non habeat, vel q restituat: tūc seruanda est intentio testatoris. & ita communiter seruatur. & h. d. Bald. satis probari in ver. [et nihil amplius.] vbi tex. vult q pater necessitetur relinquere filio suam legitimam si ingrediatur religionem. nec vltra: si non vult. sicut ergo nō cogit vltra relinquere si non vult, ergo & si relinquit possunt episcopi substituere in eo quod vltra relinquit si ingrediatur monasteriū, & sic sibi auferre. & vide Barto. in l. prima ff. de his quæ pœ. no. †Item

6

not. ibi [nisi quod probata fuerit accepisse] secundum Baldum quòd datio arrharum non probatur per confessionem recipientis, vel per instrumentum quod non continet nisi confessionem sed debet probari vel per testes, vel per instrumentum, in quo notarius attestetur de numeratione facta ipso præsente. & ratio est: quia præsumitur facta confessio in fraudem l. dicentis q in matrimonijs non potest peti pœna: licet possit dari arrha. vt in l. Titia. de ver. obliga. iuncta l. j. j. de spon. & dicit Bal. quod Barto. hic tenet, ipse tamen determinat contrarium, & dicit seruari. Sed salua reuerentia Bartol. non tenet hoc: imò tenet illud idem quòd ipse tenet in dicta l. Titia. eo casu quo alter tantum fuit confessus recepisse ab altero: sed si ambo confitentur, puta sponsus quòd recepit. c. à sponsa. & econuerso: tunc tales confessiones bene præsumuntur factæ in fraudem. l. quod dic vt ibi per eum. & etiam per Bald. infra quam lic. ab empti. di. l. ij. vbi omnino vide. †Vltimò determinat Bald. per istum ver. [nam & maritis] dum dicit habere locum pactum de dote lucranda per ingressum religionis, q tale pactum vel statutum: etiam si mulier quæ dotem dedit vel promisit moriatur antequam ad domum mariti traducatur, vel ante copulam carnalem, quia iste ver. hodie restringitur ad dictum casum, & quia verum est dicere q vxor prædeceſsit in matrimonio: cum illud fuit cōtractum per sola verba de præsenti. vt in l. nuptias. de regulis iur. Tamen iste tex. parum facit, cum loquatur etiā quando erat consumma tū per copulā carnalē, licet hodie hoc corrigat: & ad illū casum posset referri quod hic dicit de lucro dotis secundùm do. Raph. qui bene dicit in hoc. Adde quod dicit Bald. no. in l. non sine. C. de bon. quæ libe. si statutum diceret q si mulier in matrimonio copulata præcedat, vir lucretur dotem, q illud verbum copulata importat q sit consummatum per copulam carnalem. aliàs nō lucrabitur. Quid autem in sponso? Dic vt ibi per Cyn. & adde quod Bal. no. in l. nihil. rer. amo.

2 ☞Statutum si dicat q. mulier ingrediens monasterium, non succedat] cum masculo: an tale statutum ualeat?

3 Filius licet per ingressum religionis exeat patriam potestatem, nihilominus patre mortuo defertur sibi hæreditas iure suitatis, & quid in religione mendicantium.

1 §. Hoc etiam. †Not. q ius religionis potentius est quàm patria potestas: quia pater nō potest abstrahere filium à monasterio: & sic non habet interdictum

c de liber. exhib. Item quod pater non potest filium exhæredare c propter hanc solam causam, q contra vel præter voluntatem suam ingressus sit monasterium. Sed quid si fuerat alia causa. Guliel. de Cu. dicit q si illa causa concernebat iniuriam patris: vt quia violentas manus in ipsum iniecerat, illa causa non tollitur per ingressum religionis: sed potest ipsum exhæredare. Sed si non concernebat iniuriam patris: sed vtilitatem suam: quia dū fuit in seculo inhoneste vixit, & fuit arenarius, quæ est iusta causa exhæredandi, vel fortè contraxit matrimonium cum vili persona sine voluntate patris, istæ causæ abolentur per ingressum

2 religionis, & ita intelligatur glo. quæ est hic. † & iste §. inducitur ad quæstionem. Si statutum dicat q mulier ingressa monasterium vel ingrediens nō succedat cum masculo: an tale statutum valeat? & est ar. hic q non: quia sicut pater non potest eam exhęredare per ingressum, ita nec patria per statutum: sed istud argumentum non est bonum: quia plus potest patria quàm pater priuatus. iuxta no. in l. impossibile. ff. de pactis. vnde Docto. distinguunt, aut loquitur per verbum de præterito: puta ingressa monasterium non succedat: & tunc nō valet: quia statuit in illa quæ sibi non est subiecta post ingressum. Aut loquitur per verbū de præsenti: puta q ingrediens &c. & tunc secus: quia statuit in sibi subiectam: cum enim incipit ingredi, adhuc ingressu non facto est sibi subdita: & sic potest eam ligare. arg. in l. qui duos. de manumiſ. test. dum dicit q viuens qs moritur: & pro ista distinctione facit optimè text. in l. stichus seruus meus. de manu. testa. & hoc tangit Bartol. in l. fina. j. de pact. Mihi videtur quod ista distinctio posset procedere, si statutum diceret quod ingrediens vel ingressa efficiatur inhabilis ad succedendum: quia ista inhabilitas confertur cum incipit ingredi, vel est ingressa. Sed si dicat ingrediens vel ingressa non succedat: tunc indistinctè non valet: quia succedere vel non succedere pendent de futuro, cum defertur hæreditas: ante enim non dicitur quis succedere: sed cū debetur hæreditas: & venit tempus succedendi: tunc reperitur religiosa: & non potest inhabilitari à statuto, etiam si loquatur per verba de præsenti. Tene menti: quia hoc est subtile &

3 & verum. †Vltimò Doct. dicunt quòd filius licet per ingres-

d sum religionis d exeat patriam potestatē, nihilominus patre mortuo defertur sibi hæreditas iure suitatis: quia iste tex. vult q succedat perinde acsi non fuisset religionem ingressus. & sic si decedat antequam se immisceat, transmittit ad monasterium iure suitatis,

suitatis, sicut transmitteret ad suos hæredes & extraneos, & habet locum in religione quæ habet in communi: sed in religione mendicantium dic vt dixi. §. in authen. ingressi.

De episcopali audientia. *Rubrica.*

1 Præmitte hic, † q Episcopi tempore harum legum, non habebant iurisdictionem contentiosam etiam inter clericos nisi de voluntate partium. vt j. eo. l. si qui ex consensu. suberāt enim clerici iudicibus secularibus. vt. §. tit. j. l. omnes clerici. tamen ciuitati constantinopolitanæ suberant etiam Patriarchæ. vt in l. cùm clericis. Sed in quibusdam concernentibus pietatem recurrebatur etiam ad eos. & de hoc tractat iste tit.

2 ☞Ad curam episcoporum pertinet ut tempore caristiæ victualia uendātur pro iusto foro: ne pauperes fame pereant.
Redimens aliquem de captiuitate pro parua quantitate, non ei potest magnam tagliam imponere.

3 An quis cogatur uendere res suas, & an pro certo pretio?

4 Alimentorum appellatione cum contineantur uestes, & etiam habitatio, quod possit imponi certa taxa in pensionibus domorum, & in uenditionibus pannorum.

LEX. I.

1 Negotiatores. †Ad curam episcoporum pertinet ne redimētes captiuos ab hostibus plus ab eis exigant, quā pro eis soluerint. h. d. secundū vnā lect. quæ declaratur. in l. fi. j. de capti. q vel rehabeant quod

2 soluerunt ad operas quinquennales. † secundùm aliam lecturam dicit quod ad curam episcoporum pertinet vt tempore caristiæ victualia vēdantur pro iusto foro, ne pauperes fame pereant. sic no. ex prima lec. contra illos qui faciunt mercātiam de hominibus, redimendo ipsos de captiuitate pro parua quantitate. & postea imponunt eis magnam tagliam. & si habe-

3 rens ipsos in domo non possent ab eis aliquid exigere: quia idē iuris est de parte quo ad partem, quod est de toto quo ad totū. † Circa secundam lect. vide quod no. in l. inuitum. de contrahē. emp. an quis cogatur vendere res suas: et an pro certo pretio. de quo etiam tangit hic Cy. nam victualia si habet quis extra suā indigentiam tempore caristiæ, tenetur vendere: & etiam pro iusto pretio taxando. vt hic & in l. j. §. cura carnis. ff. de offici. præ-

4 fec. vrb. † Et dicit hic Pet. quod cum appellatione alimētorum a contineantur vestes & etiam habitatio: potest imponi certa taxa in pensionibus domorū: & etiam in venditionibus pannorū.

a ¶Appellatiōe alimētorum. Adde gl. in c. Episcopus. x. q. ij.

b ¶Quia extrahūtur. Adde Bart. in l. Lucius. in fi. ff. ad turpi.

2 ☞Quando liceat appellare ab interlocutoria, uel ab alio grauamine?

3 Pœnæ quæ imponuntur clericis propter eorum delicta per curiam episcopalē, an debeant erogari pauperibus, uel applicari curiæ episcopali: & quid in male ablatis.

4 Pœna an committatur ex actu nullo?

LEX. II.

1 Si clericus. † Clericus appellans frustratoriè ab interlocutoria punitur pœna pecuniaria de qua hîc. quæ nō applicatur fisco: sed pauperibus erogatur per epm. h. d. Et propter hoc vltimū posita est ista. l. hoc ti. Nam etiam laicus appellans frustratoriè ab interlocutoria punitur eadem pœna. vt. j. quorū app. non rec. l. ab executione. in fi. tamē tunc pœna applicatur fisco. & hoc de iure ciuili. Ce iure verò canonico nō reperitur q tali pœna puniatur. glo. est ordi. quā tene menti. in l. j. §. fi. ff. á qui. app. non li. Ideo in terris ecclesiæ quo ad temporalē iurisdictionem nō seruaretur ista. l. quò ad hanc pœnam. nec etiam in curia ecclesiastica, in qua seruantur canones. vt in c. quòd clericis. de fo. cōp. Et tamen appellatio frustratoria ita reprobatur de iure canonico, si

2 cut de iure ciuili ab interlocutoria. vt in c. pastoralis. de appel. & eo. ti. c. cū appellationibus. li. vj. † Sed quando nō est frustratoria: quia ex causa iusti grauaminis: tunc differt ius ciuile à canonico: quia cū de iure ciuili instantia duret triennio, ne contigat eam protelari, inhibetur talis appellatio ab interlocutoria. et si sit cā iusti grauaminis. si tamen est talis q potest reparari p appellationem interpositā à diffinitiua. vt in l. ante sentētiæ tempus. j. quo. app. non re. sed si non posset reparari, tūc permittitur. vt in l. si quis prouocatione. j. de app. & tunc durante cā appellationis videtur q non currat tempus instantiæ. per l. intra vtile. ff. de mino. & per l. contra maiores. j. de inoffi. test. & l. si cū ipse. ff. de exc. tut. De iure verò canonico secundum quod instantia durat per petuò: qa cessat ratio supradicta, potest appellari à quolibet gra-

uamine, & à qualiber interlocutoria, dum- a modo appelletur in scriptis: & inseranť causæ grauaminis. vt in cle. j. de app. & in c. ap- b pellāti. eo. ti. Cætera vide per Bar. in d. l. aī sentētię ipſs. & in l. eius qui. de appe. reci. & Bal. hîc aliqua tangit ad declarationē & limitationem eorū quæ ibi notantur. † Quæritur hîc quid de aliis pœnis quæ imponūtur clericis propter eorum delicta per curiā epālē, an debeant erogari pauperibus, vel applicari curiæ epāli, Bal. tenet hāc vltima partē, dicēs q reputatur esse de reditibus curiæ: & sic Epīs salua cōscientia de illis pœnis pōt facere quid vult sicut de reditibus sigilli. Nō ob. ista. l. qa hîc vltra. l. procedit mādando q distribuať inter pauperes, si hoc nō faceret, esset idem q supra dixi. tene mēti. Incerta tū & malè ablata nō debet Episcopus sibi appropriare: sed inter pauperes distribuere. vt in

4 c. cū sit. de iudi. & ibi not. † In gl. j. in fi. ibi. [si quis ex clericis] ad cōtrariū respondet. q loquitur in pœna conuentionali, quæ nō cōmittitur ex actu nullo, seu de facto celebrato & non de iure. l. continuus. §. cum quis. ff. de verbo. oblig. nos loquimur in pœna legali, quæ cōmittitur ex actu nullo contra prohibitionē. l. atten tato. Et de isto artī. an sufficiat de facto fieri vt pœna cōmittať. vide plenè per Bar. j. de transac. l. vbi pactum. in fine.

2 ☞Imperator in locis in quibus se reperiebat tempore paschali, qualiter faciebat captiuos relaxari?

3 Tenens equum in pascuis, requisitus ab aliquo ut illum sibi cōmodaret, si dixit sibi quod iret ad pascua, & ipsum reciperet & ita fecit: & postea expleto usu, reposuit in eisdem pascuis, & inde fuit subtractus, uel lupus comedit, an commodatarius teneatur?

4 Criminosi dimittuntur impuniti: turbantur gaudia & lętitiæ hominum.

5 Homicida quod fecit expectet.
Qui occidit occidatur sine redemptione, & quid si non dolo occidit?

6 Crimen læsę maiestatis non solum committitur aduersus Principem uel Papam: sed etiā aduersus inferiores dominos terrarum, per eorum subditos: & quando seu, qualiter committatur?

7 Quod duabus uicibus inducatur consuetudo.
Qui in eodem genere delicti pluries consueuit delinquere, grauius punitur: & si semel de primo delicto gratiam consecutus est, amplius sibi non parcitur.

8 Ad hoc ut dicatur aliquid consuetum quid requiratur?
Verbum solitum uerificatur in una uice.

9 Non ualet rescriptum super remissione pœnæ, si impetrans illud delictum aliàs commisit, & in impetratione non fecit de hoc mentionem.
Si aliquis semel fuit extractus de carceribus diebus paschalibus, & postea iteratò carceratur propter idem crimen iteratò commissum, non est iterum excarcerandus.

LEX. III.

1 Nemo. † Tempore paschali debent carcerati de carceribus extrahi: nisi sint carcerati pro grauibus crimi-

2 nibus. de quibus hîc vel nisi cōsueuerint pluries deliquisse in eodem genere delicti. h. d. tota. l. † Et dicit Cyn. secundū Pet. q licet extrahantur de carceribus: nō tamen relaxantur ex toto: sed retinētur sub fida custodia, & transactis diebus paschalibus reponuntur in carceribus: quia illa nō est abolitio criminis vel pœnæ: sed relaxatio ad tempus à miseria carcerum, propter reuerentiam dierum paschalium; sed de

b consuetudine aliter seruatur. quia extrahuntur b vsq; ad certum tempus. & ex toto relaxātur si ibi sunt pro leuibus causis: & nō resultat præiudicium nisi fisco. & hoc solet fieri in festo natiuitatis, & in pascha resurrectionis. & ita seruatur Florentiæ & Bononiæ. & no. hîc quæ sint grauia crimina. de quo etiam vide plenè per Bar. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iuiu. & illa cura q extrahantur de carceribus pertinet ad episcopū loci. si laici vel officiales eorum essent in hoc negligētes: quia tenet hîc ad opus pietatis. ideo fuit posita hæc. l. in isto tit. Et not. q Imperator in locis in quibus se reperiebat tempore paschali faciebat captiuos relaxari: sed eo se absentāte nō audebant iudices & officiales publici hoc facere sine literis, & sine speciali commissione imperatoris. q remouet Impator per hāc. l. mādās eis q nō expectēt tales literas quę tardè solēt mitti: sed faciāt id q impator facere cō

3 sueuit. † & facit iste tex. ad q. no. in l. si negotia. ff. neg. gest. de illo q tenebat equum in pascuis. & cū requireret à quodā q ipse sibi cōmodaret: dixit sibi q iret ad pascua, & reciperet ipm: ille ita fecit. & postea expleto vsu reposuit in eisdē pascuis. et ide fuit subtracť, vel lupᵍ ipm comedit, cōqueriť dns q illū ibi dimisit, nec reduxit ad domū suam, ille se excusat q fecit illud q dns facere cōsueuit. et sic vī de volūtate sua feciſſe. ar. hîc. de hoc tāgit Cy.

d

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Crimen lesæ maiestatis. Adde Barb. consi.lxx.incipē.vbi xps.in fi.xij. colū. in iij. vol. & tu vide p Ang.are.in trac.maiesti. in verbo,che hai tradito.& p do.Maria.sozi. in suo consi. xxij.& per do.Batt. eius filiū in consi.cclxxv.et ibi an potuerit cōmitti contra ciuitatē lucanā.et ad de an cōtra cardinalē vel platū romanę ecc.committitur tale crimen.vide per Pet. de anc.cōsi.xxiiij.duplicato i cōsi.cccci.S.

b ¶Et iudęi Adde tex. in c. in nonnullis. de iudæis.

c ¶Reuelaret confessionē.Adde Doct. in c.ois vtriusq; sexus. de pœniten. et remiſ.

d ¶Priuatus. Adde Bar.in d.l.in laqueū. & in l.iij.§.trāſuga. ff.ad l.cor. de ſica. & latiſsimè p do. Nel. de ſancto ge. in trac. bannito.ij.parte ſecū di tēporis.q. xxviij. Franc.cur.

& tenet ‘contrariū. Dic vt hic per eū in d.l. 4
ſi negotia.per alios.†In text.ibi,[gaudia letitiamq; communē.]No. q ſi criminoſi dimittunt impuniti,turbant gaudia et lętitię hominū.ideo ſanctiſsimū eſt iuſtitiā facere de criminoſis:nec poteſt pinguior victima mactari Deo quàm homo iniquus. vt dicit Seneca in tragediis.†Itē no.ibi,[homicida quod fecit ſemper expectet.] qa ſemper allegat q occidit occidat ſine redemptione ſecūdū Bal.ſed hoc eſt verū ſi dolo:nō ſic, ſi culpa.vt l.Iulia.& ibi no.ff.ad l.corne. de ſica.Et dicit Bal.ſingulariter in l. data opera.j.qui accu.nō poſ.q illud eſt verū, etiam ſi ſtatutū dicat q debet reſtringi & intelligi ſecundū ius cōe. & de hoc vidi pluries dubitari.nam Iudices imperiti volūt ſtare verbis ſtatuti ſimpliciter prout iacēt. ſed ſi hoc eſſet, ſequereť maximū abſurdū q ex homicidio caſuali quod contingit ſine aliqua culpa,deberet quis decapitari,quod eſſet valde iniquū.Ideo tene mēti ad cōfusionē imperatorū. & ſcio q ego aliquos euaſi à periculo mortis per dictū illud. quia qñ iudices habēt authoritatē cælebris doctoris,cauēt magis.& nō reperi adhuc aliquē aliū dicentē.Gand. in opere ſuo tractat de hoc.tñ ipſe loquit ſecundùm ius cōe. tene 6
menti dictū Bal.†Itē not.tex.ibi, [reus etiā maieſtatis de dño &c.]qui eſt melior tex.quā ſit in iure q crimē
a lęsæ maieſtatis* non ſolū cōmittit aduerſus principē,vel papā: ſed etiā aduerſus inferiores dominos terrarū per eorū ſubditos. et ſimiliter vide q cōmittat quādo per ſubditum ſit contra ſtatū & regimē ciuitatis.quæ per ſeipſam ſe regit,& nō regit per aliū. vt eſt ciuitas Venetiarū:ſicut quādo per aliū regitur.vt ſunt terræ illis ſubditæ:quia illæ non dicuntur habere ſtatum : pœna tñ de qua loquit l.quiſquis.j.ad l.iul.maie. nō imponit nili illi qui attentauit cōtra perſonā imperatoris.lex aūt iul.maieſt.continet plura capitula.ita quod pōt quis incidere in l.iul.maie. licet non attentet cōtra perſonā principis.de hoc tangit per Pau.de liaza. in cle.paſtoralis.de re iudi.& per Io.and.in nouella.in c.ſtatutū. de reſcri.lib.vj.& vidi conſilia cōtraria:ſcilicet Bal.& Ang. fratris eius de quodā q attētauerat contra ſtatum ciuitatis Peruſij, quæ ſubeſt eccleſiæ Romanæ ex donationibus imperatorū. nā Bal.dicebat ipſum nō incidiſſe in crimē læſæ maie.quia nō dicebatur illa ciuitas habere ſtatum poſtquā alteri ſuberat, & regebatur per eū Ang.dicebat cōtrariū:quia tunc ſciente & patiente ſuo pōtifice populus peruſinus ſe regebat per ſeipſum. vide qđ no.Bar.in extraua.Feder.ſuper ver. rebellādo. Quicquid ſit de iure de facto ita ſeruaē videri meo q attentationes cōtra ſtatū ciuitatis ſuæ ſiue recognoſcat ſuperiorē ſiue nō,vt eſt ciuitas Bononiæ q̄ recognoſcit eccleſiā,li per ſeipſam regeret. vt hodie fa-
7 ciūt,puniūtur crimine læſæ maie.† Vltimò no.in fi.tex.qui ſem per allegaē quod ex duabus vicibus inducię cōſuetudo.et q frequenter dicit factū quod bis factū fuerit intellige ſecuto ſpatio tēporis longo.quod requiritur ad inducēdū cōſuetudinē. vnde nō ſufficeret fuiſſe iudicatū ſemel in x.ann.ſed ſi bis fuit iudicatū,& à tēpore primæ ſentētiæ tranſiuit longū tēpus,dicit induēta cōſuetudo.Not.etiā quod qui in eodē genere delicti pluries conſueuit delinquere,grauius puniť : & ſi ſemel de primo delicto gr̄am cōſequutus eſt,amplius ſibi nō parcit,facit ff.de re mi lit.l.iij.§.ſi plures.& bonus tex.eſt in l.capitaliū.§.ſolēt.ff.de pœnis.& vide tex.cū gl.in c.monaſteria.de vi.& ho. cle. Sic ecōtra qui tex.bene ſe habuit pręſumitur bonus.vt j.de athletis.l.j.li.xj.
8 †Adde quod licet illud verbū cōſuetū requirat ſaltē duas vices verbū tñ ſolitū verificatur.in vna vice.vt in l.Mela §.j.et ibi no. per Bart.ff.de ali.& cib.leg.& etiā per eundem in l.j.j.qūo & qñ iud. Item non dicitur conſuetum,niſi lapſo tēpore quo præſcribitur conſuetudo.vt in c.ſi de beneficio.de præben.lib.vj. quod
9 non requiritur in verbo ſolitum.vt in dictis locis not. † Item eſt arg.iſte tex.ſecūdum Gul.de cu.quod non valet reſcriptum ſuper remiſsione pœnæ ſi impetrans illud delictum aliud commiſit,et in impetratione nō fecit de hoc mentionē:quia non eſt veriſimile quod ſuperior cōceſsiſſet ſi hoc expreſsiſſet. Item quod ſi aliquis ſemel fuit extractus de carcere diebus paſchalibus, & poſtea iteratò carceratur propter idem crimen iteratò commiſſum,non ſit iterum excarcerandus ſecundùm Bar.& Bald.

LEX V.

1 Imæ. †Per hāc legem patet quod meretrices & iu-
b dæi,b poſſunt cogi ad portādum habitum diſtinctum ab aliis mulieribus, vel chriſtianis ſecūdum Doctō.vt cognoſcantur.

2 ☞ *Epiſcopus debet eſſe ſolicitus de animabus ſubditorum.ne pereāt:& pōt prohibere ſub pœna excōmunicationis qđ aliquis non ducatur ad mortē:niſi prius confiteatur.*

LEX VI.

1 Archigerontes. †Ad condēnatos ad mortē debet mitti p̄sbyter, vt audiat cōfeſsionem eorū.h.d.& dicit Bal.quod poſtea il
c le p̄sbyter reueleret confeſsionē ‘in iudicio.quod nullam fidē faceret:nec etiā iudicium:quia ille nō fuit confeſſus vt homini,ſed vt Deo,& allegat c.ſi ſacerdos.de offic.ordi.†Not. quod epiſcopus debet eſſe ſolicitus de animabus ſubditorum, ne pereant:& non debet pati,ſed poteſt prohibere ſub pœna excommunicationis quod aliquis nō ducatur ad mortē niſi prius confiteatur.

2 ☞ *Familia poteſtatis dubitās ne ille qđ ducunt ad iuſtitiam auferatur eis de manibus ſi interficiat eum antequam ducat ipſum ad locum,quod debeat punyri?*

3 *Qua pœna puniantur eximentes aliquem de manibus familiæ remiſſiuè.*

4 *Statutum ſi permittat occidere bannitum,& aliquis bannitus & captus ducatur per familiam ad iuſtitiam,non licet tunc priuato ipſum interficere,& q interficit, debet puniri.*

5 *Caſus in quibus de iure communi permittitur,imo mandatur inquiſitio fieri : & quem puniri ſine accuſatore.*

6 *Caſus in quo iudex ſecularis poteſt de crimine punire clericos,quando impediunt iuriſdictionem eius.*

7 *Laicus poſtquā fuit præuentus à iudice ſeculari ſuper crimine,faciens ſe clericum,an eſt fugiat iuriſdictionem illius?*

8 *Bellum non debet ſine principis authoritate moueri, uel eius qui locum principis tenet & imputandum eſt ſuperiori cum ſubditi delinquunt,& eos non punit.*

9 *Condēnatus ad mortē,an poſſit duci ad iuſtitiā,etiā infra tēpus quo poterat appellare?*

10 *Criminoſus quando ducitur ad iuſtitiam,ſi obuiat alicui cardinali,an ille cardinalis poſſit illum liberare?*

LEX VII.

1 Addictos. †Damnatos ad mortē nemo poteſt eximere de manibus familiæ : alias punitur.etiam ſi ſint clerici qui hoc faciant nō ſolum per iudicem cuius iuriſdictio eſt offenſa : ſed etiam per epiſcopū eorū.pōt tñ quilibet appellare p talibus: & hoc modo impedire executionē fieri.h.d. Et primò prohibet vſq; ibi:[ſed ſciat.]ſecundò punit & puniri mādat ſub pœna priò per iudicē cuius executio fuit impedita,ſecūdò p eūm ſi eius clerici hoc ſecerūt,vſq; ibi,[quibus.]tertiò permittit appl'ari pro tali:et ſic impedire executionē per actū iuridicū.nā poſt appellationē interpoſitā ſi iudex vellet executionē facere,quilibet poſſet ſibi reſiſtere de facto.vt no.Inn.inc.ſi qñ.de off.dele. & etiā ppria familia iudicis poſſet ſibi reſiſtere,& deberet,vt in l.qm̄ iudices.j.de ap.
2 †Circa primā partē q̄riť quid ſi familia ptātis dubitans ne ille quē ducūt ad iuſtitiā auferat eis de manibus,interficiūt eū añq; ipm ducāt ad locū.dicit hic Bal.q dñt puniri : niſi hoc fecerint de cōmiſsione iudicis vel ptātis:qa nō debent egredi cōmiſsionē eis factā l.diligēter.ff.mā.† Item q̄riť,qua pœna puniant exi
3 mentes aliquē de manibus familiæ.dic vt no.Bar.in l.iij.ff.ad l. iu.ma.in fi.& qđ no.i l.iij.j.de exac.trib.p Andreā de barulo. Itē queriť. quid vult dicere lra [ad locū pœnę ſub pſecutore &c.] gl.dicit qa licitū eſt cuilibet priuato talē ſic ductū verberare. la de are.dicit cōtrariū.& iſtū tex.exponit ſub pſecu.i.ſub fida cu-
4 ſtodia.i.cū familia.vt l.ſolēt.ff.de cuſto.reo.† Et hoc facit ad q.ſi ſtatutū permittit occidere bānitū,et aliqs bannitus et captus du
d cebatur per familiā ad iuſtitiā,& aliquis priuatus[a] in itinere ipſum interficit,an debeat puniri? Et certè ſic : quia poſtquā erat in manibus familię:& ſic reſpub.poterat de eo ſumere iuſtitiam nō expediebat in hoc vti auxilio priuatorū quo non vtiť niſi in ſubſidiū.& ideo ceſſat prouiſio ſtatuti.de hoc habeť in l.laqueū. 5
ff.de acqui.re.do.facit l.j.§.j.vel ij.ff.de ſer.fu.† Ex ſecūda parte no.caſum in quo de iure cōi permittiť.imò mandatur inquiſitio fieri,et quē puniri ſine accuſatore.regulariter ſecus.niſi in certis caſibus

caſibus.vt plenè not.in l.ij.ff.ad l.iu.de adul. Inter quos eſt iſte, qñ offendit iuriſdi.iudicis:qa eius executio impeditur, vt hic : vel qñ in præſentia iudicis delictū cōmitteret. vel in eius perſonā.
6 vt hic.in l.nullū.j.de adul.† Itē no. caſum in quo iudex ſecularis pōt de crimine punire clericos qñ impediūt iuriſdictionē eius. dicit tñ hic Gul.notabiliter q nō pōt punire perſonaliter,ſed in bonis:qa perſonæ clericorū totaliter ſunt exēptæ, propter cara-
7 cterē ordinis,à iuriſdictione ſeculari.nō ſic in bonis eorū.† Et illud facit ad illā quæſtionē qua quæriť ſi aliqs laicus poſtq̄ fuit p̄uctus à iudice ſeculari ſuper crimine,faciēs ſe clericū, an effugiet iuriſditionē illius nā doc.dicūt q nō p l.ſi qs poſteaq̄.ff. de iudi.ſed hoc eſt verū quātū ad hoc vt iudex ſecularis nō impediat, p̄cedere cōtra eū:ſed quātū ad cōdēnationē ſi cōcernat perſonā clerici,nō poterit eā facere,nec ipm capere:nec retinere.ſec⁹ ſi ſit cōdēnatio pecuniaria:qa poterit eā facere.et i bōis primonialib⁹ clerici et eā mittere executiōi.de hoc plenè p bar.i l.j.ff.ā
8 pœnis et p Io.an.i nouel.i c.j.ā ob.ad ra.† Itē no.dū dicit[vt bel-
a lū poti⁹ &c.]q bellū nō debet ſine pricipis authoritate* moueri, vel ei⁹ q locū pricipis tenet facit.xxij.q.iij.c.j.& ij.et i Spe.de of. dele.§.ſequiť videre.ver.ſed nūqd pōt.Itē no.i ver.[ad epiſcopo rū.]q imputādū eſt ſupiori,cū ſubditi delinquūt. & eos nō punit:ſed dicit Bal.hoc limitādū dupliciter p iſtū tex.primò qñ delicti puenit in notitiā eius.vt hic.in verbo[cognouerint.]Sed ò q ſit cōmiſſum in ſuo territorio,vt colligiť ibi.dū dicit [in ea p
te regionis &c.] p delicto aūt cōmiſſo p ſubditū in alieno territorio,cū eius reſpublica in hoc nō ſit offenſa,dicūt qdā q iudex nō pōt p illo p̄cedere p modū inqſitiōis licet bñ poſſet p modū accuſatiōis.vt j.vbi de cri.agi op.l.j.Cy.diſputādo tenuit q etiā p viā inqſitiōis poſſet p̄cedere.ſi tñ nō vult nō puniat.ar. huius tex.de iſta.q.vid p Bar.& Bal.in l.cūctos pp̄os,circa fi.de ſum.
9 tri.†Ex vltima pte huius.l.no.q vī hic caſus q cōdemnatus ad mortē poſit duci ad iuſtitiā etiā.j.tp̄s quo poterat appellare. vt patet ex prin.l.iūcto fi.& ad hoc iſte tex.allegat:qa dicit q tūc licet per priuatū nō poſſit eximi de manibus familiæ pōt tñ qlibet priuatus p eo appellare,& executionē impedire,ſi tempora ſuffragāt.Nec ob.l.j.cū ibi no.nil noua.ap.interpo. quia loquit in cauſis ciuilibus,vel criminalibus pecuniarijs.ſecus in perſonalibus.propter immunitatē criminis.qđ etiā videť ſentire Bar. in l.nō tm̄.ff.de app.in fi.Sed in l.qui vltimo. ff.de pœnis tenet cōtrariū.& rndet ad hunc tex.q iudex hic malè faciebat,vel qđ iſte renunciauerat appe.vel defenſioni.qđ facere poterat vt no. in l.j.ſeu.ij.ff.de fur.balnea.& iudices malefactorū cōſueuerunt hoc facere,qñ faciunt criminoſos refirmare cōfeſsionē eorū ad banchum quia faciūt eos confiteri quod nullā habent defenſionē,& q renuntiāt omni termino:per ſtatuta tñ terrarū ſolet diſponi q in criminibus non appelleť.& quaſi in omnibus locis vi
10 di talia ſtatuta.† Vltimò dicit hic Albe.ſe audiuiſſe in romana curia:licet hoc iure nō reperiat cautū:ſed vbiq; audiui diuulgatū:q qñ criminoſus ducitur ad iuſtitiam,& obuiat alicui cardi-
b nali⁹ q ille talem criminoſum pōt auferre de manibus familiæ & familia non debet ſibi reſiſtentiā facere ſed ob reuerentiam dignitatis ſibi tradere;& tēpore quo curia Florētiæ, ſicut hodie cauebant rectores & cadinales ire per loca per quæ criminoſi ducebantur.

2 ☞ *Prorogatio iuriſdictionis de perſona in perſonam,non habet locum in iudice delegato:ſed in ordinario tantum.*
Prorogatio iuriſditionis de re ad rem,habet locum in iudice delegato.
Item de tempore ad tempus.& an etiam de loco ad locum?

3 *In epiſcopum quando poſſit compromitti?*

LEX. VIII.

1 Si qui ex. Lex iſta ſecundùm intellectum gloſſ. hic.& in l.ſeq.h.d.†.quod in epiſcopū pñt non ſubditi compromittere, tanquam in arbitrū. & eius ſententia ſi lata eſt partibus pręſentibus,debet ſeruari.ſecus ſi lata parte abſente etiam citata.h.d.Et primò per mittit ēt alteram poſſe compromitti in epiſcopum.vſq; ibi: [ſed experientur]poſtea mandat ſeruari eius ſententiā,ſi lata eſt partibus pręſentibus.vſq; ibi,[quod is]& videtur ſpeciale in epiſco po cognoſcēte vt arbiter.q eius ſentētia mittat executioni. non ſic in aliis arbitris.niſi fuerit emologata expreſsè vel tacitè.vt in l.cū antea.j.de arbi.vel niſi olim eſſent aſſumpti cū iuramēto. vt in.l.ne in arbitris.eo.tit.& ſic videtur q ex ſententia epiſcopi co

a ¶Sine pricipis authoritate. Adde glo. & Doc.in l.j.ff.de acq. poſ.gl.i c.qđ culpaē. xxiij.q.j.& Bar.i l. hoſtes.ff.de cap.

b ¶Et obuiat alicui cardinali. Adde bar. cepolā cautela.ij. & Mar.de lāde in trac. de cardinalibus. q. xlviij.& Salice.hic. Barba.in tra.de preſtā.cardina.col. cxij. ver. Accedit nūc nota.& Corſe.in ſuis notabilibus in verbo Card.Cur.

c ¶Nō poſſent prorogare. An prorogatio habeat locū i ſpiritualibus. vide per Ang.in l.nō qđc.C. de iur.om.iudi. & p Inn.in c.de cauſis. & offici.dele.

d ¶De tēpe ad tp̄s. Ad de Fel.in c.p.& g.in vlti col.de offi. dele.

e ¶De loco ad locū.ad de doc.in c. ſtatutū. de reſcri.li.vj. Abb. i c.cū olim el.j in ij. col.de offi.delega.

c poſſent ‘progare’ ſine licētia ſui epiſcopi.vt in c.ſignificaſti.de fo.cōpe. laici bene poſ-
e ſent ſine licētia ſui iudicis. niſi tractaretur de præiudicio illius iudicis propter ſportulas.de quo vide no.per Barto.i.l.j.§.& poſt
2 operis.de no.ope.nū.†Et hinc ſumpta occaſione Cy.tractat hīc materiā de prorogatione iuriſditiōis.quę eſt pulchra & lata & Spe.circa eā plures format quæſtiones in tit.de cōpe.iudi.adi.§.j.Eſt enim quadruplex de perſona ad perſonā & iſta non habet locum in iudice delegato.vt in c.pe.de of fic. delega.ſed in ordinario tantū.vt habetur in l.j.ff.de iudi.& j. pe iur.om.iudi.l.j.Itē de re ad rē.& iſta locū habet in iudice delegato.vt in c.de cauſis.de offi.deleg.& in l.de qua re.ff.de iud.Itē
d de tēpore ad tēpus.dvt in d.c.de cauſis. & in l.j.§. ſi iudex. ff. de
e iudi.Item de loco ad locū.e& de iſta fit dubitatio inter doc. Pet. tamen tenuit quod poſſet fieri tā in delegatum quā in ordinariū per.l.quęro.ff.de ſol.videtur tñ eſſe neceſſarius expreſſus conſenſus partium.vt in c.ſtatutum.§.illo.de reſcripti.li.vj.licet in aliis prorogationibus videatur ſufficere tacitus cōſenſus.Cætera dic
tur habere voluntatẽ principis: sed per importunitatem obtenta: cum intentio principis sit q̃ leges seruentur. Item ab ista regula ponit duas exceptiones. prima est. quãdo nulli nocerẽt, & pro desserent petenti. ex qua exceptione appareret q̃ regula intelligitur quando sunt alteri nociua. sup. non parum. sed multum. vt §. eo. l. quoties. & hoc in gl. ij. & ad hoc j. de præposi. sac. cubi. l. finlib. xij. Alia exceptio est. quando contineret indulgentiam delicti. subaudi iam cõmissi. nam super committendo nõ potest cõcedi rescriptum. & si concederetur, non valeret: quia præberet materiam delinquendi: sicut nec valeret pactum: vt in l. cõuenire. de pac. dota. †Item intellige quando per rescriptum remittitur pœna ex qua fiscus non augetur. vt pœna corporalis: vel infamiæ: vt gl. fi. Si verò pecuniaria: ex qua fiscus augetur: vel confiscatione bonorũ: tunc videtur quod nõ valeat: quia esset dãnosum rei publicæ: vt §. eo. l. nec dãnosa. vel dic secundũ Bal. ibidẽ quod si pœna nondũ est exacta, nõ reputatur rescriptum dãnosum propter odium pœnæ: secus si esset exacta. vt j. de peti. bonsubla. l. j. Et est canonizata ista l. xxv. q. ij. c. rescripta. & fuit Theodosij & valentiniani. & ibi vide bonã glo. quæ exemplificat istã regulã multis modis inter alios per l. causas vel lites. j. de trãsact. & l. peremptorias. j. sen rescin. nõ pos. & §. eo. l. quoties. ver. quid autem. procedit autẽ ista: nisi in rescripto cõtineatur clausula nõ obstante quacunq̃ l. contrarium disponente. vel nisi in eo diceretur quod princeps cõcesisit motu proprio. nã ista verba habent vim clausulæ prædictæ, vt in d. l. j. de pe. bo. subla. vel nisi diceretur quod ex certa scientia princeps concesisit. vt in l. idem Vlpianus. ff. de excu. tut. iuncta glo. quæ est in cle. & si principalis. de rescrip. †Intelligo tamẽ omnia ista in his quæ princeps potest facere seu tollere: vt sunt ista quæ consistunt in iure ciuili, secus in his quæ non potest: vt in his quæ cõsistunt in iuregen. vel naturali secundùm not. per gl. in l. quoties. §. eo. & per Cyn. hic. & per Bart. in l. fi. j. si contra ius vel vti. publi. Item intelligo in his quæ quis acquisiuisset ex suo facto vel industria, quæ difficilius possunt sibi auferri: iuxta ea quæ not. in l. id quod. ff. de lega. j. sed in his quæ ipse princeps cõcesit, licet ius esset alteri acquisitum. si tamen ille esset subditus, sicut princeps cõcesit. ita & auferre potest. vt patet in priuilegijs ex quibus acquiritur ius ei cui cõcessa sunt. & tamẽ cõcedens potest auferre, si cõcesit vt princeps, & per modum priuilegij. secus si vt priuatus. & perviam cõtractus ad quod vide qd̃ ponit Bal. post Nico. de ma. in l. qui se patris. j. vnde libe. Item si per modũ priuilegij cõcesisset ei qui nõ esset sibi subditus: vt Papa alicui laico: vel Imperator alicui ecclesiæ: nam nõ posset sibi auferre: vt sentit Inn. in c. nouit. de iudi. super ver. Theodosius. De prima autẽ exceptione pone hic exemplũ per l. si quando. j. de inoffi. test. si cõcederet alicui q̃ posset testari sine solennitate iuris: sed quid si concedit pupillo quod testari possit? Bal. sentit non valere, nisi rescriptum cõtineat clausulam vel aliud de supradictis tribus, quia tendit in præiudiciũ venientium ab intestato. cõtrarium puto. quia illi nullum ius habẽt viuente pupillo. vnde nõ possunt cõquæri, quia viderẽtur solliciti de hæreditate viuẽtis. valet ergo rescriptũ q̃n alteri non nocet, licet sit cõtra ius: etiã si nõ cõtineat aliquod de dictis tribus. & idẽ q̃n cõtinet indulgentiam criminis. aliàs nõ esset differentia inter 4 regulã: & exceptiones. † In gl. j. ibi [non autem potest intelligi.] dic s. illud quod hic dicitur in ver. [nisi.] q̃ q̃n rescriptũ contra ius nocet: & prodest petẽti, valet: quod ego intellexi etiã si contineat clausulã derogatoriã, vel motũ propriũ, vel certã scientiam. nã illud nõ põt intelligi eo casu quo per l. expresè prohiberetur impetratio: quia tũc etiam si neminẽ lederet, nõ valeret: subaudi nisi cõtineret clausulã derogatoriã, vel motũ propriũ: aut certã scientiã: vt in l. j. j. si nup. ex rescri. pete. & l. ij. §. de ium. trin. quinimò. Iac. ra. dicit requiri etiam secundã iussionẽ. Pet. cõtra. quod est verius: vt dixi §. eo. l. nec dãnosa. aut ergo rescriptũ est secundùm ius, & valet: etiã si alteri noceat: aut est cõtra ius. & tũc aut prohibetur expresè impetratio; & non valet: etiã si nulli noceat: aut nõ prohibetur expresè impetratio. & tũc aut alteri multum nocet, & nõ valet: vt in regula huius l. nisi cõtineat alterũ de illis tribus. aut nulli nocet, vel parũ: & tunc valet etiam si nullum de prędictis cõtineat. Vltimò opp. cõtra vltimã excep. de l. venia. j. de in ius voc. Sol. ibi. pœna veniebat applicãda parti. vnde princeps per suũ rescriptum sibi nõ aufert, nec valeret rescriptũ non continens clausulam derogatoriã, secus quãdo venit applicãda fisco. & ita intelligitur hic. sed cõtra de l. mãcipia. j. de ser. fugi. in fi. Sol. speciale est ibi in officialibus publici q̃n de linquũt in officio negligẽdo, vel malè faciendo: vt nõ valeat rescriptũ cõtinẽs remissionẽ pœnæ: subaudi si nõ cõtinet clausulam derogatoriã.

2 ☞ *Actor in suo libello quando facit mentionem de aliquo instrumento, sufficit quod dicat substantiam, & referat se ad instrumentum. & idem in appellante, qui habet necesse in appellatione facere mentionem de sententia lata contra se.*

3 *Quando pars petit sibi fieri copiam instrumenti à parte quod continet diuersa capitula, non debet fieri nisi de eo quod pertinet ad petentem. & idem si peteret à notario. Iudici debet totum instrumentum exhiberi.*

LEX VIII.

1 INstrumentorum. †Quãdo in supplicatiõe principi porrigẽda necesse est facere mentionẽ de aliquo instrumẽto, nõ debet, nec est necesse ponere totum tenorẽ de verbo ad verbũ: sed sufficit & debet fieri mẽtio de substãtia in brevibus verbis si tamẽ in aliquibus verbis instrumenti oriret̃ quæstio, debent illa sola inferri: & non alia. h. d. †No. ergo q̃ actor in suo libello q̃n facit mentionẽ de aliquo instrumẽto, debet seruare formã huius l. quia nõ debet esse verbosus. sed sufficit q̃ dicat substãtiã, & remittat se ad instrumentũ: puta vt cõtinet̃ in instrumento publico manu talis notarij. & eodẽ modo appellans: qui habet necesse in appellatione facere mentionẽ de sententia lata cõtra se, vt nõ habet necesse ponere totum tenorẽ sententiæ de verbo ad verbũ: sed sufficit q̃ exprimat substantiã eius quod est 3 contra se: facit l. fi. §. in his. j. de temp. app. †Item Cy. inducit istũ tex. in sol. & c. quando pars petit sibi fieri copiam instrumenti à parte quod continet diuersa capitula, non est fienda: nisi de eo quod pertinet ad petentem. vnde si legatarius petat, debet sibi fieri copia de particula sui legati: & etiam institutionis, à qua legatum dependet: non de alijs legatis vel particulis: & idem si peteret à notario qui qui rogatus: quia notarius non debet sibi publicare nisi particulam ad ipsum pertinentem. Decretalis autem contingit. de fide instru. declarat q̃ iudici debet totum instrumẽtum exhiberi: sed ipse debet mandare vt tradatur parti petẽti solùm particula quæ pertinet ad eum.

Quando libellus principi datur lit. contest. faciat. Rubr.

1 ☞ *Rescriptum non trahitur retro ad tempus datæ supplicationis. sed in eo ponitur tẽpus signatæ supplicationis.*

3 *Rescriptum delegationis impetratum contra Titium, etiam si uirtute ipsius Titius nunquam fuit in ius uocatus, & mortuus sit, extenditur cõtra hæredes eius: licet in rescripto de hærede nulla sit facta mentio.*

4 *Quid si rescriptum non faceret actionem transitoriam ad hæredem?*

LEX I.

1 DVbium. †Supplicatio porrecta principi super obtinendo iudice delegato in actione prætoria & temporali, si rescriptũ & delegatio fuerint subsecuta, habet vim lit. cõtest. quãtum ad duos effectus. s. vt faciat illam actionem transitoriam ad hæredẽ, licet de sui natura nõ esset: & sic perpetuat actionẽ quó ad transmissionẽ. Item quó ad faciendũ ipsam perpetuã respectu tẽporis: quia si erat annalis, vel minoris tẽporis, perpetuat̃ vsq̃ ad quatuor annos: sicut per verã contestationem. h. d. ista l. cũ seq. & sunt notabiles. Præmitte q̃ actiones prętoriæ & pœnales regulariter sunt annales, vel minoris tẽporis, & nõ trãseũt cõtra hæredẽ ante lit. cõtest. vt insti. de perpe. & tẽpo. act. & idẽ si sint rei persecutoriæ. tamen datur cõtra dispositionẽ iuris ciuilis. vt est vtilis actio rescissoria personalis vel realis, quę datur concessa restitutione: vt in l. fin. j. quib. ex cau. ma. & in l. in honorarijs. §. sed cum rescissa. ff. de actio. & obli. dicitur etiam in istis ll. quod si super eis porrigatur supplicatio principi. vt det iudicem delegatũ, & sequatur datio, perinde est ac si lis foret contestata, sicut per veram contestationem perpetuarẽtur respectu transmissionis ad hæredem, & respectu temporis, vt in l. fin. j. de anna. excep. ita etiam per talem libellum supplicatorium secuto respectu in alijs autem actionibus ciuilibus de sui natura perpetuis qualiter interrũpatur pręscriptio, & perpetuet̃ actio. dic vt in l. fi. in prin. ff. de eo per quem fac. erit. & ibi vide Bar. nam in illis non habent locum iste ll. †Venio ad casum or. ccc. & nota 2 quod l. j. supplet primam. quia prima videretur requirere solum oblationem precum. sed l. ij. supplet quod requiritur etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Vt lite pendente. Adde quando dicat lis pendere & dic vt per glo.in c.ij. extra. eo.tit.& per Alexan. de imo.in l.cū notissimi C.de præscriptio. xxx.anno.practi.Papien. in forma libelli in rei vendi.in ver. exceptiõe.pen.& Card. late in clem.j.extra eo. tit. Fran.cur.

b ¶ Tempus præsentationis. Adde. c. eam te.& c. cõstitutus. de rescrip.c.fi eo tẽpore. eo.tit.libr.vj. Anton. de but. in c. dilectus. el ij. de præben. Arch.in c.ſi ſoli.de concef.præben.lib.vj.

rescriptio & concessio:nisi enim delegaretur iudex vt petitum est: non fieret perpetuatio per solam porrectionem precū, sed pone quod tempore porrectę supplicationis tempus actionis nõdum erat elapsum: sed tẽpore quo supplicatio erat signata & delegatio fuit concessa: iam erat elapsum tempus,& sic act.erat extincta, an resuscitabatur? dic quod non: quia debet inspici tempus rescripti,& tempus supplicationis porrectæ.casus est.j.tit.prox.l.j. sicut enim post lapsum tempus & actionem extinctã non admitteretur supplicatio super eo resuscitando per l.causas vel lites.j. de trãsac. & per.l.quoties.ſ.tit.j. licet ante ipsam extinctam bene admittatur ad eã perpetuandam,quia facilius conseruatur in esse quã quod resuscitetur extincta.vt no.in simi.in l.ſi testamẽtum.ff.de testa.& ita si porrecta fuit supplicatio,tempore quo adhuc non erat extincta, non debet admitti rescriptũ emanans postquam extincta est:quia non trahitur retro ad tempus datæ supplicationis.nam in rescripto ponitur tempus signa-
3 tæ supplicationis,non porrectæ.& illud est tempus datæ. † Et no.in hac l.j.secundũ Docto.q rescriptum delegationis impetratum contra Titium,etiam si virtute ipsius Titius nunquam fuit in ius vocatus,& mortuus sit,extenditur contra hæredes eius:licet in rescripto de hærede nulla sit facta mentio:& potest hæres virtute ipsius citari,sed illud est verum in casu huius legis. qñ rescriptum habet vim lit.conte.vt faciat actionem transitoriã contra hæredem.nam nisi hæres posset conueniri virtute illius, videretur fruſtratorium:vel posito quod non esset quod posset cõueniri coram alio iudice.attamẽ sicut illud rescriptũ facit actionem trãsitoriam,ita etiam durat:vt virtute ipsius posit actio in
4 iudicium deduci coram illo delegato,† sed quando rescriptũ nõ operaretur illum effectum,quod faceret actionem transitoriam ad hæredem,quia esset de sui natura transitoria, & tunc an virtute rescripti impetrati contra certam personam si contra illam non erat lis inchoata,vel facta citatio,an virtute ipsius posit in iudicium trahi hæres eius.dic vt plenè not. per Canonistas in c. significauit.de rescri.& de iud.c.quia.& de fo.compe. c. dilecti. Decrarat etiam lex secunda legem primam,& restringit eam ad actiones prætorias annales.Bald.intelligit esse idem etiam cum durant minori tempore,vt redhibitoria,vel quanto minoris. qñ durant.vj.mensibus.

a Vt lite pendente uel post prouocationem aut diffinitiuã sententiã nulli liceat supplicare imperatori. Rubri.

1 †No.quoniã habemus duos tit.ſ.istũ in quo tractatur. An pendente lite super aliqua causa vel actione sit licitum alicui supplicare principi,vt aliquid concedat super illa lite,vel mandet fieri de quo etiam loquitur ti.in authentica.in me.lit.non fieri sacras formas vel iussiones. Item habemus alium titu. j. de litigio. in quo tractatur quod lite pendente non sit licitum parti vel reo aliquid innouare,puta actionem alteri cedere,vel rem de qua litigium est alienare,quia sunt effectæ litigiosæ,& Canonistæ habent titulum vt lite pendente,in quo tractatur de omnibus prædictis tam in decretalibus quam in vj.& cle.

2 ☞ *Rescriptum non trahitur retro ad tempus supplicationis:sed habet uim ex tempore signaturæ supplicationis,& hoc in gratiosis,& quid in contentiosis?*

3 *Iudex delegatus in quibus casibus posit à principe impetrari?*

4 *Procurator meus si me inscio impetrauit mihi iudicem delegatum in casu in quo licitũ est impetrare:& ego ignorans contestatus sum litem coram ordinario: non potero postea ordinarium declinare uisa impetratione.*

5 *Sententia lata post signaturam supplicationis,& ante præsentationem rescripti, uidelicet non potest irritari uirtute rescripti postea præsentati:sed lata post præsentationẽ rescripti non uidet.& nu.1.*

6 *Sententia diffinitiua quòd etiam appelletur decretũ: sed strictè loquendo decretum sumitur pro alia interlocutoria,uel pro interpositione authoritatis.*

LEX I.

1 Licet postquam. †Lex ista loquitur quando supplicatio fuit porrecta lite pendente:sed scriptũ fuit subsecutũ lite finita. Lex autẽ secunda loquitur qñ supplicatio sit porrecta lite pendẽte.Et etiam rescriptũ subsecutũ lite nondũ finita.Lex autẽ ſi.loquitur qñ post litẽ finitã fuit porrecta supplicatio,& rescriptũ concessum.& ista l.j.h.d.Snia nõ retractat virtute rescripti postea subsecuti:licet supplicatio fuisset prius porrecta. h. d.
2 notabiliter. †Et sic rescriptũ nõ trahit retro ad tps supplicationis: sed habet vim ex tpe supplicationis:licet dudum post litẽ expediatur.hoc tñ in gratiosis,vt in beneficialibus.vt in c.tibi qui.de rescrip.lib.vj.Sed in contentiosis videtur attẽdi tempus præsen-
b tationis.[b] qm antequã literæ præsentẽtur iudex habet iustam causam ignorandi. & videtur delinquere si aliquid faciat quod sit contra tenorem rescripti per ea quæ not.in c. ex conquæstione. de rest.spo.per Inno.Et pone hic exemplum,per ea quæ dixi in præcedenti tit.vel pone q inchoauit lit.conte.corã iudice ordinario,lite pendẽte supplicasti principi quod causam ad se adduceret,& auferret de manibus ordinarij: qa fortè habebas ipsum suspectum:vel quod delegaretur cuidã alteri:antequã princeps supplicationẽ signaret iudex ordinarius tulit sententiã cõtra te, tu autẽ præsentas rescriptũ post sententiã cõcessũm & expeditum.& dicis virtute illius sententiã tunc nullã ex defectu iurisditiõis,quia princeps ad se causam aduocauit,vel alteri legauit, & sic abstulit iurisditionem iudici ordinario: vt in c. significasti. de offi.or.ego replico virtute rescripti post sententiã impetrati non posse sententiã retractari:vt j.sen.rescin.non pos.l.j.tu replicas quod licet rescriptũ fuit concessum post supplicationẽ,tamẽ data fuit dudum ante.& hoc probas,certè non sufficit tibi, quia
3 non inspicitur tempus supplicationis datæ.h.d.l ista.l. nota.† In glo.j.ibi.[nam etiam ante nõ est adeundus princeps.] subaudi vt det iudicẽ delegatũ in causa omisso ordinario. Itẽ intellige q nõ est adeũdus nec per actorẽ nec per reũ,nisi in casu qui sequitẽ qñ ordinarius requisitus negligeret iustitiã facere, & hoc respicit psonã actoris, vel nisi pars impetrãs delegatũ fui aduersarij potẽtiã phorresceret:vt j.qñ imper.inter pup.& vidu.l. vnica. & hoc respicit tam actorẽ quã reũ.olim verò secus:qa etiã reus trahebat actorẽ ad extraordinariũ iudicẽ:vt in l.criminali.j.de iurisd. om.iud.& no. p Bart. in auẽ.qua in quincia.j.vbi de cri.agi.opo. vbi etiã dicit quod qñ esset impetratus iudex delegatus eo casu quo põt impetrari,quod erat olim.regulariter hodie non: nisi in p̃dictis casibus, q locus est preuẽtioi inter ordinariũ & delegatũ:qa si ordinarius pueniret faciẽdo partẽ citari, delegatus non posit postea in cã,pcedere:& si corã eo altera pars traherel, poset opponere exceptionẽ litis pẽdentiæ corã ordinario. vt in l. si
4 qs postea.& l.vbi cœptũ.ff.de iudi.quod intelligo nisi princeps ipsi ordinario iurisditionẽ abstulisset,rescribẽdo q impetrãs nõ posset corã eo cõueniri,vel iurisditionẽ ad se reuocando.ar.in c. quia cũctis.de conces.prebẽ.lib.vj.& prædicta de iure ciuili: sed de iure canonico omisso ordinario impetrat delegatus in cã etiã extra p̃dictos casus:dũ modo nõ trahat aduersarius vltra vnam dietã à loco originis, vel cõtractus.iuxta ea quæ plenè habẽt.in
4 c.statutũ.de rescrip.lib.vj.† Sed pone. ,procurator meus me inscio impetrauit mihi iudicẽ delegatũ in casu quo licitũ est impetrare,ego aũt ignorans fui contestatus litẽ coram ordinario,an possim postea ordinarium declinare visa impetratiõe tenet hic Cy. q nõ.argu.huius legis.& ff.man.l.ſi fideiussor.§. pœnã.& quod no.in c.vt debitus.de appel.Item quæritur.ista.l. loquitur quãdo post latã sententiã fuit lignata supplicatio quæ prius erat porrecta:quid si ante latã sententiã? gl.super ver.tuggeris. tenet idem quod hic.Tu dic q illud est verũ,si etiam literæ non erãt expeditæ ante latã sententiã.vel si erãt,nõ erãt præsentatæ iudici. nã propter ignorantiã iudex corã quo cã vertebat censebat adhuc habere iurisditionẽ,licet per rescriptũ fuisset sibi ablata per l. si
5 fortè.ff.de offi.præsi.& per c.si duobus.de app.† Ideo sententia lata post signaturã:& ante præsentationẽ rescripti valet. & tenet: nec potest irritari virtute rescripti postea præsentati,ad quod bene facit.c.audita.de rest.spolia.sed li post præsentationem rescripti iudex ferat sententiam,non valeret: quia sciret sibi iurisditionem ablatam,ad quod vide quod not.in c. ex conquæstione. de resti.spo. Item adde quod no.per Ioan.and.super data.vj.libri.quòd inspicitur tempus dati rescripti,quod est tẽpus signaturæ: non tempus supplicationis porrectæ vt in hac.l. Vltimò
6 no.in vltima glo.iuncto tex.† quòd sententia diffinitiua appellatur decretũ:sed strictè loquendo decretũ sumitur pro alia interlocutoria, vel pro interpositione authoritatis: vt in titu. ff. de

rebus eorum sine decreto non alienandis.

2 ☞ *Sententia dicitur esse de actis.*

Actorum appellatione,continentur etiam interlocutoriæ & decreta quæ interponuntur:& quæ alia contineantur? & nu.4.

3 *Actorum copia semper est fienda,& etiam sententiæ cum die & consule, secus in aliis instrumentis priuatis.*

4 *Si quis producat aliquam scripturam uetitam produci sub certa pœna, quod eoipso post sit condemnari ad pœnam sine alio processu.*

LEX II.

1 Supplicare. †Lite pendente coram vno iudice,non licet principi supplicare vt causa cõmittatur alteri iudici, sed bene licet supplicare vt mandetur iudici causæ q faciat copiã actionis, vel pronũtiationis,quæ prius fuerat denegata. Item post latã sententiã quæ transiuit in rẽ iudicatã,nõ licet supplicare vt causa finita retractetur,& iterũ cognoscat. & cõtrariũ facies punitur.h. d.licet ergo ante causam cœptã corã ordinario posit supplicari vt alteri causa delegel in duobus casibus:vt dixi ſ.l.proxi. postquã verò est inchoata corã ordinario, nõ licet etiã in illis impetrare:vt causa de manibus illius aduocetur, & alteri cõmittatur: sed bene licet impetrare mãdatũ illi iudici:vt in causa procedat, si fortè erat negligẽs,vel vt alter iudex sibi adiungat, si fortè ille erat suspectus.& h.d.glos.quæ incipit. [scilicet interlocutoriæ.] quæ ad tex.addit etiã duos casus,in quibus lite pẽdẽte licet supplicare.& hoc videl procedere etiã de iure canonico:vt in c. fin. extrà eo.& per Inn.in c.causæ.lo ij de testi.licet secus sit qñ causa nõ erat adhuc inchoata.& tũc dic vt dixi in l.præcedẽti. Item post causam inchoatã & ante latã sententiã quæ trãsiuit in rẽ iudicatã.& tũc dic vt in secundo casu huius legis. & in l.ſi. In gl.j. in ſi.ibi: [ſi autẽ aliud priuilegiũ peteret,qñcunq peti potest.] Intellige hãc gl.ſi petatur aliud priuilegiũ:non in illa causa quæ pẽdebat.nã ſi in illa, nõ valeret.vt in auth. in medio litis nõ fieri sacras formas. Itẽ intellige quod dicitur hic in prin. qñ in rescripto impetrato nõ fieret mẽtio de litis pendẽtia corã alio iudice. nã ex hoc redderel rescriptũ surreptitium:quia si hoc fuisset expressum principi verisimile est q causam de manibus illius non auferret,nec alteri cõmitteret.ad hoc faciũt ea quæ habẽtur in c. vt debitus.de appel.secus si fieret mentio de pendentia litis:quia princeps põt à quolibet inferiori iuridi.aduocare.& causam per seipsum cognoscere vel alteri delegare:vt in l.iudiciũ soluitur.ff.
2 de iudi.† Deinde Doc.inducũt istũ tex.dũ dicit [nisi vel actorũ cõmunium, vel pronũtiationis.] q sentẽtia non dicatur esse de
a actis[a],cũ alternatiua ponatur inter ea tanquã inter diuersa. sicut & copula solet poni inter diuersa.vt in l.ſi qui ducẽta.ff. de reb. dub.ad quod facit ff.de re iud.l.acta.& j.de re iud.l.vl.& de sen. quæ sine cer.quãti.l.vlti.& de app.l.à procõsulibus. Cõtrarium determinãt Doc.per l.actorũ.ff.de re iud.& no.in l. in fraudẽ.§. neq; instrumẽta.ff.de iur.fis.& hoc ibi tenet Bar.& Io. an. in addi.Spec.tit.de sen.§.j.nec obst.iste tex.quia hic alternatiua ponit inter genus & speciẽ:sicut in tit. de serui.& aqua.nã etiã & serui tus aquæ seruitus est.& in Euãgelio. dicite discipulis eius & Petro.Sed quid de sententia ab obseruatione iudicij? dicit Inno. q nõ est de actis.de offi.deleg.c cõsuluit.cõtrariũ puto.per ea quæ idẽ not.in c.j.de prob.vbi appellatione actorũ cõtinẽtur etiã in-
3 terlocutorię,& decreta quæ interponũtur.† Item no.ex isto tex.
b secundũ Bal.q semper est fiẽda copia actorũ[b].& etiã sententię, supple etiã cũ die & consule.& ita intelligitur iste tex.& l.ij.j.de eden.licet secus in alijs instrumẽtis priuatis:vt in l.j.§. editiones. ff.de eden.Item Bal.not.istũ tex.circa fi.dũ dicit [protinus condemnetur.] q si quis producat aliquã scripturã vetitã produci sub certa pœna, q ex eoipso poteſt condẽnari ad pœnã sine alio
4 processu.† Not.etiã gl.super verbo [actorũ.] quæ sint illa quæ
c cõprehenduntur appellatione actorũ.ſ.illa quæ aguntur in iudicio:subaudi:cõtentioso. de quibus gl. ponit exemplũ.Idem si in iudicio voluntario:vt sunt emãcipationes, vel dationes tutelæ per ea quæ no.Inn.in d.c.j.de proba.qui dicit q omniũ prædictorũ fienda est editio cũ die & cõsule:quia fuerit coram iudice vel magistratu:nõ sic in illis quæ nõ coram iudice:sed corã notario:licet nõ sit publica persona:nisi notarius hoc faciat ex priuilegio notariatus.in quo cõtinetur q sit iudex ordinarius. nã posset ex hoc interponere authoritatem in emancipationibus: sed an datio libelli sit de actis.vide Bar.j.de in ius vo.super rub.Itẽ vide hic ea quæ not.per Gul.de cu.j. de iu. a
om.iud.l.nomen.

2 ☞ *Qui post sententiam latam contra se à qua non appellauerunt, uadunt puta Venetias ad dominationem, & supplicant quòd causa iterum reuideatur, & recognoscatur,quòd nõ debeant audiri,nisi ex iustissima causa.*

3 *Supplicare est tunc licitum ei qui non potest appellare: quando sibi denegaretur appellatio ex priuilegio iudicis iudicantis.secus si propter factum suum uel negligẽtiam,uel propter ius commune, quia bis appellauit & succubuit.*

4 *Qui supplicat ut retractetur sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, incurrit infamiam: & efficitur inhabilis ad testificandum, & quam aliam pœnam patiatur?*

LEX III.

1 Vi licitam. †Qui renuntiauit appellationi expresse vel tacitè, nõ potest aduersus sententiã supplicare.h.d.† No.cõtra illos qui post sententiam
2 latã cõtra se à qua nõ appellauerũt,vadunt Venetias ad dnationẽ, & supplicãt q causa iterũ reuideatur,& recognoscatur,vt nõ debeant audiri: nisi ex iustissima causa. vt si allegarẽt se fuisse impeditos in appellatione interponẽda. Itẽ per hanc legẽ declarat. l.ſi quis aduersus.cũ aut.ibi posita.ſ. titu.ij.

3 † q tunc sit licitũ supplicare ei qui non põt d appellare. qñ sibi denegaretur appellatio ex priuilegio iudicis iudicãtis.secus si propter factum suũ,vel negligentiã:vt hic. vel propter ius commune:quia bis appellauit, & succubuit:vt j.ne.lice.ter.prouo.& hic in
4 glos. † Not.mirabile in fin.q incurrit infamiam qui supplicat vt retractetur sententia,quæ transiuit in rem iudicatã. & sic si produceretur in testem:posset sibi obijci q non esset habilis.Patitur etiam aliam pœnam,de qua in l.præcedenti.in fi. sed illud nunquam vidi practicari, tamen tene menti: quia posset tibi facere honorem,si casus occurreret.cum pauci sint qui aduertãt,& scirent de hoc excipere.sufficit.

Si contra ius uel utilitatem publicam,uel per mendacium fuerit aliquid postulatum uel impetratum. Rubri.

2 ☞ *Surreptitio reddit rescriptum gratiosum ipso iure nullum,sed ad lites ope exceptionis,& quid si in rescripto continetur clausula motu proprio, uel ex certa scientia?*

Quòd plus operetur motus proprius principis in rescripto quàm clausula non obstante.

1 Quæro †,ad quid fuit necessarius iste tit.cũ istud fuit expeditũ in l.nec damnosa.& l.rescripta.ſ.de preci.imper.offer. in quibus dicitur quòd rescripta impetrata contra ius vel vtilitatem publicam nõ valent? Rũde q illæ loquuntur quando rescriptum non erat surreptitium: quia impetrans non expressit aliquid falsum, nec omisit aliquod verum.& tunc talia rescripta non vitiantur, nisi quia non videntur habere mẽtem principis. nisi apponatur clausula non obstante.vel fuit cõcessa motu proprio,vel ex certa scientia hoc expresso in rescripto.hic verò ti.loquitur quando fuerunt impetrata per mendacium expressum in supplicatione, vel per taciturnitatem eius: quod si fuisset expressum, princeps non concessisset,quo casu etiam si rescriptum contineret clausulam non obstante,nõ valeret.vel ipso iure vel in effectu.ipso iure si erat rescriptum gratiosum: vt j.eo.l.& si legibus.in effectu. id est,ope exceptionis si erat rescriptum ad litem.vt delegatio iudicis.vt not.j.eo.l.ij.& in c.cæterum.extra de rescrip.per Innoc.
2 & eo.titu.c.ad audientiam. † In quibus not.quòd subreptio red-
d dit[d] rescriptum gratiosum ipso iure nullum. sed ad lites ope exceptionis: sed si in rescripto contineretur quòd motu proprio, vel ex certa scientia:tunc subreptio cessaret: vt in c.ſi motu proprio.de præbẽ.lib.vj.& sic plus operatur motus proprius quàm clausula non obstante. de quo etiam habetur hic. in l.j.j. de petibo.sublatis.lib.x.

¶ De actis. Adde Bart.in l.actionũ. ff. de re iudic. Doc.in c. cũ æterni.de re iudic. lib.vj.

¶ Copia actorũ. Adde Barto.in l.ſi.ff. de bo.autho.iud.pos.& quid de copia articulorũ vel capituli vide Bal.in c. per tuas. in ij.col.de test.

¶ Appellatiõe actorum. Adde de hoc & dic vt per Alex. in l. acta. & in l. actorũ. ff.de re iudi. & ibi q venit sententia glo.& ibi Bar. in l. ſi fraudẽ. §. neq; instrumẽta.ff. de iur.fis. Cano.in c. qm cõtra fallam. de proba.in c. in præsentia. de renunt. & in c. prudentiã.in prin. de offi.dele. Et adde qđ omnis scriptura quæ fit corã iudice dicit de actis.l.illud.& ibi gl. in verbo. actorũ. & Bal.ã.de sacrosan. eccle. adde Bal in l. interrogatã.j.de libe. cau. vbi q venit ea quæ fiunt corã iudice etiam non in figura iudicij. Cur.

¶ Subreptio reddit. Adde c. ad audientiã. el ij.de rescrip.Inn.in c.olim.de re iudic.& in c. cũ olim. de cau. pos.& proprie.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 ☞ *Si alicui mandata est cognitio alicuius causæ, uidetur etiam ei mandata diffinitio. Ille cui mandata est executio super negotio nondum discusso, an etiã possit cognoscere*

LEX I.

1 NOn idcirco. †Licet non omnia quæ in supplicatione narrata, non propterea rescriptum redditur subreptitiũ. h. d. quod intellige qñ sunt talia: quæ etiam si fuissent expressa, impetrans nihilominus rescriptum obtinuisset. aliàs secus. vt in c. super literis. extra de rescript. Pone exemplũ, feci tibi debitori meo pactũ de non petendo, tu postea feci sti mihi pactum de petẽdo. impetro. contra te iudicem delegatum tanquã contra debitorem meum ex tali contractu, non facta mẽtione de dictis pactis, hoc nõ nocet. nam si fecisset eodẽ modo obtinuisset: vel si à sententia appellauit, & impetrauit iudicẽ delegatũ in causa, nõ habeo necesse in impetratione facere mẽtionẽ de omnibus actis in prima causa.

2 & ita ponit casum glo. † In text. ibi. [cognitio delata est.] not. ex hoc text. iuncto tex. seq. [iudicare &c.] ❡ illi cui mãdata est cognitio alicuius causę, videtur etiam mandata diffinitio, & sic potest causam terminare: sicut econtra illi cui mãdata est executio super negotio nondũ discusso: censetur mandata etiã cognitio, vt j. eod. l. & si non cognitio. de hoc tamen an sit verũ vide Bart. in l. à diuo pio. in prin. ff. de re iudi. & est glo. in l. qui procuratorem dat. ff. de procu. in romana curia semper exprimitur in supplicationibus non solũ cognitio, sed determinatio: vt committat causa cognoscenda, & sine debito terminanda: & nisi hoc vltimũ apponeretur: non posset terminare: sed deberet referre postquam omnes termini fuissent seruati: vt j. de iudi. aud. ad hæc & l. solent. in prin. ff. de offi. proconsul. nam commissarius remitteret causam ad cãcellariã vt alteri cõmitteret diffinitionẽ sufficit.

2 ☞ *Impetrans dolosè rescriptum, si expreßit mendatium, uel tacuit ueritatẽ, an rescriptum sit ipso iure nullum? & quid si non per dolum, & an tribuat iurisditionem? & nu. 3. 4. 5. & 6.*

3 *Qualiter intelligatur distinctio, an sint talia, quæ si non fuissent expressa uel tacita, impetrans rescriptum obtinuisset uel non?*

4 *In rescriptis de gratia mendax precator penitus caret impetratis.*

5 *In omni rescripto, etiam de iustitia, subintelligitur clausula si preces ueritate nitantur, & an ista conditio referatur ad collationem iurisditionis?*

6 *Decretum decisiuum negotij, interpositum ex falsa causa: est nullum ipso iure.*

7 *Si narro principi me fuisse institutum in testamento condito à pupillo, & quòd iure cauetur tale testamentum esse nullum, cum contrarium sit, & petij iudicem delegatum super executione talis testamenti, & princeps dedit, talis delegatio non est nulla, potest tamen probari quòd princeps errauit in iure.*

8 *Princeps non præsumitur habere notitiam de consuetudine specialium locorum, sicut nec de statu, & in dubio non uidetur uelle eis derogari, nisi de ipsis facta sit mentio expressa.*
Licet iura scripta non sint producenda, nec probanda, quia sunt notoria. consuetudo tamen est probanda, & super ea potest fieri articulus.

9 *Statuta alterius loci sunt producenda & probanda in termino dato ad producendum iura: non sic de statutis eiusdem loci clausis in uoluimine statutorum.*

10 *Per consuetudinem uel statuta locorum potest tempus decem dierum datum ad appellandum prorogari, & etiã abbreuiari, licet non posset tolli appellatio ad superiorem.*
Appellatio iuris scripti ita concludit ius consuetudinarium, sicut ius commune scriptũ.

11 *Si fiat compromissum in arbitros & arbitratores, ut in procedendo posßint procedere de iure & de facto, sed pronuntiare de iure tantum, & reperiatur contrariet as inter ius commune scriptum & consuetudinem uel statutum, secundum quod ius debebunt pronuntiare?*

12 *Si narrauj principi quod teneb as librum meum ex causa depositi & nolebas restituere, & obtinui iudicem delegatum, postea uidens quòd non fuit depositum sed commodatum, formo libellum super actione commodati, poterit delegatus procedere secũdum rei ueritatem?*

13 *Si narrauj principi quod eras debitor meus, cum non esses, & impetrauj iudicem delegatum, & postea effectus es debitor. an posßim agere coram illo delegato?*
Quid econtrà si tempore impetrati rescripti eras debitor, postea liberauj te per pactũ, uel alio modo, & tu petis coram illo delegato te absolui diffinitiue?

14 *Si dicitur rescriptum esse falsum, quia nunquam emanauit à principe, uel de eius cancellaria, an delegatus in eo expressius posßit super hoc cognoscere?*

15 *Si princeps scribat iudici ordinario in aliqua causa ut iustitiam faciat, & talis ordinarius procedat in ea causa ut delegatus, quòd ualebit sententia.*

LEX II.

1 PRæscriptione. †Lex ista legit duobus modis in glo. licet glo. quæ incipit [quatuor.] videatur ponere quinque lec. sed reuera reducuntur ad duas. vna fuit lect. Pla. altera fuit lect. Io. & Azo. quę sunt de directo contrariæ. nam ista l. hoc dicit quòd si rescriptum impetrationis iudicis delegati est subreptitium propter aliquam falsitatem expressam, vel propter aliquam tacitam. ex tali rescripto nulla tribuitur iurisditio delegato. ideo de causa debet cognosci per iudicem competentem, qui debet sequi veritatem. h. d. sed secũdùm Ioan. & Azo. dic quòd imò ex tali rescripto tribuitur iurisditio delegato: tñ ipse debebit procedere in causa, non secũdùm narrata vel tacita, seu expressa, sed secundũ q̃ est rei veritas. pro qualibet harum lect. facit iura & rationes. Pro lect. enim Pla. facit tex. imò videtur ibi casus. & ex illa l. fuit motus in l. & si legibus. j. eod. q̃ mendax Imperatori carere debet penitus impetratis: sed non careret penitus, si per tale rescriptũ tribueretur iurisditio delegato. nam saltẽ obtineret iudicem sibi propitium. Pro lec. Azo. facit. l. precedẽs. nam illa lex æquiparat surreptionẽ quæ fit in tacendo, ei quæ fit in exprimendo falsum. & tamen in primo taciturnitas non reddit legationem nullam: ergo nec secunda. multæ etiã rationes & iura introducuntur pro vtraq; parte. propter quas dissentiones tollendas emanauit. c. super literis. extra de rescri. † in quo distinguitur. aut impetrans dolosè expressit mendaciũ, vel tacuit veritatem: & tunc rescriptum sit ipso iure nullũ, & non tribuet ex eo iurisditio. & illo casu locũ habet opi. Pla. aut non per dolum: & tunc aut fuit expressum vel tacitũ, tale quid, quod si non fuisset expressum vel tacitũ, impetrans rescriptum nihilominus obtinuisset, & tunc rescriptum valet: & tribuetur ex eo iurisditio cũ effectu: quia iudex delegatus poterit procedere in causa: secundũ tñ veritatẽ, & non secundũ expressa vel tacita. & ita locũ habeat opi. Io. & Azo. quæ videt de mente huius. l. nolendo tex. cauillare, dum dicit [datũ iudicẽ:] vt intelligat de illo iudice qui fuit datus per illud rescriptũ. nam tenẽdo lectu. Pla. oportet tex. impropriare, quod intelligat de alio iudice: puta ordinario. & dum dicit [datum.] intelligatur. s. à lege. vel si intelligat de illo eodẽ iudice delegato. debet intelligi quod etiã ipse erat ordinarius: & quod non cognoscet vt delegatus, sed vt ordinarius, & illa est magna impropriatio. si verò fuit expressum tale mendacium: vel tacita talis veritas, quòd vel quæ si non fuisset expressa vel tacita, rescriptum non obtinuisset: tũc seruatur media via: quia rescriptum mero iure valet, & in hoc applaudet lec. Azo. non tñ in effectu: quia poterit elidi ope exceptionis, & in hoc applaudet lec. Pla. & si non obiceretur exceptio, posset iudex cum effectu procedere. ita intelligitur illud. c. licet hoc non bene exprimat ibi, sed no. eo. tit. c. cæterũ. Pe. autem dicit primũ membrum illius. c. esse cõtra istum tex. expresè, q̃ hic loquitur qñ impetrans fuit in dolo. dum dicit [in tacendi fraude.] & tamen tenendo in hoc. c. lec. Io. & Azo. quæ est de mente literę. rescriptum nõ est nullũ ipso iure: nec in effectu, imò valet, & sine obiectu exceptionis potest iudex procedere secundũ veritatẽ. Bar. tñ sustinet, dicens illã. l. procedere qñ cõmittitur causæ cognitio, & diffinitio: sed si cognitio inciperet ab executione: quia mandaret princeps quod rem quã tenes, quã ego expresi esse meam. restituas mihi, quo casu videt cõmisisse etiam cognitionem, vt est in l. & si non cognitio. tunc habet locum q̃ in illo capitulo in primo mẽbro, quæ verba Bar. traxit de capite suo non quòd text. ibi hoc probet, vel velit. vnde puto quòd Pet. verius

3 dixit, † Qualiter autem intelligatur alia distinctio, an sint talia, quæ si non fuissent expressa vel tacita, impetrãs rescriptum obtinuisset, vel non. hoc non declaratur ibi in text. sed Docto. nostri videntur dicere, & de illa est veritas, quòd aut sunt talia quę respiciunt negotium principale, non autem iurisditionem: vt si narrauj quòd possidebas rem meam, cum reuera non esset mea: vel quòd eras debitor, cũ nõ esses. tunc habeat locum opi. Azo. qui saltẽ erat dubium, & princeps non fuit motus ad dandum iudicem, propter hoc quòd asseruj rem meã, sed vt litem & dubium decideres: sed si sit tale quid quòd non concernat negotiũ principale: sed iurisditionem: vt quia non narrauj quòd super illa causa lis penderet corã alio iudice, quod si narrasset, princeps alteri non commisisset: vt ſ. tit. proxi. l. ij. vel narrauj me appellasse, cum esset falsum: & sit idem. vt ſ. titu. proxi. l. fina. tunc habet locum tertium membrum illius distinctionis: quia rescriptũ valet mero iure: sed potest elidi per exceptionem: quæ debet opponi ante lit. contesta. & tunc iudex delegatus pronuntiabit se non esse iudicem: sed si opponeretur post, non deberet admitti: quia est exceptio dilatoria. & idem si essent exceptiones litis finitæ per transactiones, vel iusiurandum. illæ enim possunt apponi non

ni non solum in vim peremptoriæ: & tũc respicerẽt negotũ principale, & nõ haberent vitiare rescriptum: sed etiã possunt obijci in vim dilatoriæ cõtra rescriptum & iurisdictionẽ: quia si princeps sciuisset causam finitam, per rescriptum eam noluisset resuscitari per l. causas. j. de transac. & ita no. in c. j. de lit. conte. lib. vj. in gl. Et est notãdũ q̃ in casibus in quibus procedit lec. Azo. vt quia mendacium seu expresio falsitatis, vel taciturnitas veritatis cõcernunt negotium: seu expresio falsitatis vel subreptionis nõ possunt opponi contra rescriptum: quia non intrat delegationem, nec impedit iurisdictionem cõferri: non enim principem creditur fuisse motum ad dãdum iudicem delegatum propter ea quæ narrauj impetrãs, sed quia super eis erat lis inter partes. vnde voluit quod decideretur. & sic delegatio dicitur esse pura. sed debet opponi. in vim peremptoriæ, post lit. contest. vnde si narrauj q̃ occupas rem meam, vel q̃ me expoliasti possessione eius. q̃ eras debitor meus. & petij dari iudicem delegatum vt cognoscat de prædictis, & te cõdemnet. & tu opponis de rescripto. quod est subreptitium. & offers te paratum probare rem nõ esse meam. & q̃ me nõ expoliasti quo probato petis pronuntiari rescriptum esse subreptitium. & illũ nõ esse iudicem cõpetentem, & te absolui ab obseruatione iudicij: quæ absolutio non est interlocutoria. & me cõdemnari in expẽsis. ego autem dico iudicẽ debere procedere in negotio principali. & facere te respõdere libello meo, & litem contestari. & si probabo quæ narrauj, dabit sententiam diffinitiuam pro me. & si nõ probabo, vel tu probabis me dixisse falsum, dabit sententiam diffinitiuã pro te. tu verò opponis q̃ primò & ante omnia oportet cõstare de iurisditione iudicis: vt j. de excep. l. fi. quæ ergo erũt partes iudicis: certè nõ admittet exceptiones tuas cõtra rescriptum & cõtra iurisdictionẽ: quia posito q̃ essent vera nõ reddunt rescriptum nullum: nã eodem modo princeps cõcessisset, propter dubium litis. quod erat inter te & me super prædictis, secundũ q̃ ego peto, quare faciat te respõdere libello meo, & litẽ contestari: nõ autem feret sententiam secundũ narrata per me: nisi probẽ illa esse vera, sed sequetur veritatẽ. & si apparebit q̃ ego nõ dixi verum, dabit sententiã

4 pro te diffinitiuã. † Hæc est lec. Azo. quæ est vera in istis terminis. cui lec. ob. l. & si legibus. j. eo. vbi dicitur q̃ mendax precator penitus caret impetratis: sed nunc non carebo penitus, quia saltem habebo iudicem delegatum ad voluntatem meam, nõ plures dantur solutiones. sed ista cõmuniter tenetur, q̃ illa loquitur in rescriptis de gratia, quæ propter surreptionẽ redduntur ipso iure nulla etiã quó ad cõferendũ iurisdictionẽ executori super hoc delegato. vt in c. ad audientiam. el ij. & ibi glos. mag. circa fi. extra de rescrip. nos loquimur de rescripto de iustitia. quæ propriè rescripta dicuntur. nulla enim gratia vel priuilegium cõceditur, sed solus iudex delegatus ad obseruãtiam iuris cõmunis, vt faciat iustitiam inter partes, quæ nõ redduntur ipso iure nulę propter surreptionẽ: nec etiam in effectu si surreptio non con-

5 cernit delegationẽ: sed negotium principale. † Item ob. huic lec. quia in omni rescripto etiam de iustitia apponitur vel subintelligatur clausula si preces veritate nitantur[a]. vt j. titu. j. l. fin. & illa

a conditio videtur concernere omnia in rescripto contenta tã delegationem vel commissionẽ iurisdictionis: quam etiã diffinitionem causæ. vnde si reperiatur falsa quæ narrata sunt, videtur omnis concesio reddi nulla: quia conditio de præsenti falsa non suspendit actum, sed statim reddit ipsum nullum: vt l. cùm ad præsens. ff. si cer. pet. Dicunt Doc. q̃ imò illa cõditio nõ refertur ad delegationẽ: seu collationẽ iurisditionis. sed solum ad diffinitionẽ causę, q̃ diffiniatur secundũ quod petitur, si vera sunt quę in precibus narrãtur: & nõ aliter: ipsa verò delegatio censetur facta purè, nõ sub aliqua cõditio. Bald. subtiliter & melius dicit. q̃ dicta conditio etiam diffinitionẽ non reddit cõditionalem: quia si redderet: sequeretur q̃ si iudex pronũtiaret pro me impetrãte: cũ tamen narrata pro me fuerint reperta falsa, nõ valeret pronũtiatio: quia nõ est seruata forma rescripti. vt in c. cũ dilecta. de rescri. cuius tamẽ cõtrarium est veritas. nã Inn. in c. super literis. dicit q̃ si Papa mãdet iudici q̃ cõdemnet te mihi: si probabo te debitorem meũ, & iudex hoc nõ probato condẽnet: q̃ valet condemnatio. & est ratio: quia illa cõditio inest à iure, etiã si nõ exprimatur. ideò nõ reddit actũ cõditionalẽ. vt l. conditiones quæ extrinsecus. de cõdi. & demõ. sed potius facit admonitionẽ quã

7 conditionẽ. vt est tex. notab. in simili in l. muto. ſ. sub cõditione.

a ❡ Nitãtur. Adde Bal. in l. fi. C. de diuer. rescri. Doc. in c. ex parte. de rescrip. Spec. in tit. de rescr. præsenta. in ſ. viij. Io. and. in c. j. de lit. contesta. lib. vj. in nouella.

ff. de tute. valebit ergo sententia lata pro impetrante. etiã si preces veritate nõ nitãtur, § illa cõcernebant negotium principale. & inerãt etiã si nõ fuissent expressa. & sic non

6 obst. dicta oppositio. † Tertiò & vltimò obstat huic lect. l. cùm verò. ſ. subuentũ. ff. de fideicõ. lib. & l. j. ſ. hæc verba. ne vis fiat ei. cum simil. in quibus habetur q̃ decretum interpositum ex falsa causa est nullum ipso iure. ergo & delegatio: sed dic q̃ contrariũ loquit in decreto decisiuo negotijs, quod fundatur in causa. vnde si illa reperit falsa ruit: sicut & rescripti gratiosum. vt in l. & si legibus. j. eo. nos loquimur in rescripto nõ decisino: sed tẽdente ad decisionẽ dubij, quod erat inter partes: vnde nõ fundat in expresione narratorũ, sed in dubio litis, quæ erat inter partes. & ista causa nõ erat falsa, imò vera. Cõcluditur ergo q̃ tales exceptiones nõ sunt admittendæ cõtra rescriptum. & ita determinat expresè Io. and. in regula exceptionẽ obiciẽs. de reg. iu. li. vj. in mercur. in quæstione ibi disputata. si narrauj te me spoliasse, & impetrauj iudicẽ vt te cõpellat ad restituendũ, & tu opponis q̃ rescriptũ est surreptitiũ, & protestaris q̃ nõ vis litẽ cõtestari. sed cognoscatur de illa surreptione, & pronũtietur super rescripto, & q̃ ille nõ sit iudex cõpetẽs, q̃ ista exceptio non debet admitti: sed debet te cõpellere ad rñdendũ libello meo, & ad procedẽdũ super principali negotio: & feret sententia pro eo qui probabit. & secundũ veritatẽ, nõ secundũ assertionẽ meã. tenendo autẽ opi. Pla. in casibus in quibus est vera: quia narrata cõcernũt delegationẽ, quã princeps nõ fecisset si sciuisset narrata nõ esse vera: tũc procedũt ea quæ ſ. dixi in cõtrariũ. quia talis exceptio opponetur cõtra rescriptũ, & non cõpelletur obiciens procedere in negotio principali: nisi prius discusso & pronũtiato super exceptionibus. & si apparebit eas obstare, pronũtiabit rescriptũ esse subreptitiũ, & se nõ esse iudicẽ competentẽ: & absoluet ipsum obijcientẽ ab obseruatione iudicij. & condemnabit impetrantem ad expensas. Huic lec. obst. iste tex. in fi. dum dicit q̃ talis iudex feret sententiam. & sic innuit q̃ possit cognoscere de negotio principali, & sententiam diffinitiuã ferre. Plac. dicit q̃ nõ loquitur de diffinitiua: sed de interlocutoria super rescripto. & super incõpetentia iurisditionis: vel si vis intelligere q̃ loquatur de diffinitiua: & q̃ possit cognoscere de negotio principali: tunc dic q̃ non cognoscet vt delegatus, sed vt ordinarius, si erat alius ordinarius inter partes & si dicas hoc est cõtra tex. qui loquitur de ipso delegato, dum dicit [datum iudicẽ.] Rñdet ipse [datum.] ſ. à l. & est sensus q̃ alius ordinarius à l. datus cognoscet: vel si vis intelligere de eodẽ delegato. dic q̃ cognoscet de cõsensu partium, non aliter: certè si sua opi. est vera, q̃ rescriptũ reddatur ipso iure nullum, & nulla cõferatur iurisdictio, tunc etiam de consensu partium nõ posset procedere. vt d. l. priuatorum. j. de iur. om. iud. sed in hoc sua opin. non est vera, q̃ rescriptũ reddatur ipso iure nullum, & nulla cõferatur iurisdictio: tunc etiam de cõsensu partiũ nõ posset procedere. vt d. l. priuatorũ. sed in hoc sua opi. non est vera imò valet mero iure, licet possit elidi per exceptionẽ eo casu quo fuerunt talia narrata, quæ si nõ fuissent, princeps nõ concessisset. & tenent omnes Doct. maximè Cano. ideo potest procedere q̃ idem iudex poterit cognoscere de negotio principali. ponit autẽ glos. exemplum circa istam lect. quam vt plurimũm videtur sequi in iudice delegato. in causa appellationis, & exemplificat glos. tribus modis id quod hic dicitur, quod fuit mendacium in narratione iuris. Tu potes breuiter exemplificare secundum. Bal. quia dixit se legitimè appellasse: cũ tamen appellauit, & non legitimè infra decem dies in narratione facti: quia dixit se appellasse, & non appellauit in taciturnitate veri: quia dixit se appellasse, & erat verum: tamen tacuit quod erat casus in quo nõ poterat appellari. potest etiam poni exemplum in iudice delegato in causa principa. non expresso in supplicatione quod lis pendebat super illo negotio coram alio iudice. vt ſ. titu. j. l. ij. vel quod ordinarius interpellatus negligebat reddere ius. & tamen hoc nõ erat verũ: vt no. in l. j. eo. ti. in omnibus enim istis casibus si illa nõ fuissent narrata principi: vel si sciuisset ea non esse vera, rescriptum delegationis non concessisset: quia non est verisimile & lites sopitas velit per suũ rescriptũ resuscitare. ideo in omnibus illis procedit opi. Pla. † Vltimò ex prima expositione glos. magn. no. & collige quòd si narro principi me fuisse institutũ in

Universidad de Deusto
Biblioteca

testamento condito à pupillo, & quod iure cauetur tale testm esse validũ:cum contrariũ sit, & petij iudicem delegatũ super executione talis testamẽti: & princeps dedit:quod talis delegatio non est nulla propter hoc mendacium:quia princeps in hoc non decipitur:cũ habeat omnia iura in scrinio pectoris:vt l.omniũ.j.de testa. tunc ergo est rescriptũ surreptitiũ qñ narrantur ila quæ princeps verisimiliter ignorat: non qñ princeps verisimiliter scit, sed licet tale præsumatur,potest tñ probari contrarium quod princeps errauit in iure. tex. est xxv. dist.c.præterea.† Ex secunda expositione glo.not.plura. Primò quod princeps non præsumitur habere notitiam de consuetudine specialiũ locorũ,sicut nec de statu : vt in c.j.de cõsti.lib.vj.ideo nõ videtur in dubio velle ei derogare, nisi de ipsis sit facta expressa mentio. Item q̃ licet iura scripta non sint producenda nec probãda:qa sunt notoria,consuetudo tñ bene est probanda: & super ea põt fieri articulus secũdũ Bart. & no.in l.ij.§.q̃ obseruari j.de iura cal.† & idem de statutis alterius loci,vt sint producenda in termino dato ad producendum iura,& etiam probanda:non sic de statutis eiusdem loci clausis in volumine statutorũ:quia ista etiam sunt notoria: nõ sic in reformationibus nõ clausis in volumine statutorum.nam in eis idẽ est quod de statutis alterius loci.iuxta not. per Bar.in l.cũ prælatis.ff.de re iudi.Sed tertiò principaliter no. in glo.secundũ Bald.& dicit q̃ alibi vix reperies,quia ista gloss. sentit.†q̃ per consuetudinem vel statuta locorũ potest tempus decem dierũ datum ad appellandũ prorogari,& etiã abbreuiari: licet non posset tolli appellatio ad superiorẽ:vt in c.venientes.de iureiu.Et ego addo quartũ notabile quod colligitur ex glo.iuncto tex.dum dicit gloss.[dic ergo iuris. ſ.consuetudinarij,] quia appellatio iuris scripti facta ita concludit ius cõsuetudinarium, sicut ius commune scriptum.nam tex.dicit in iuris narratiõe, & glo.intelligit.ſ.consuetudinarij.†& per hoc videtur determinari quæstio.si facimus compromissum in arbitros & arbitratores vt in procedendo possit procedere de iure & de facto.i.seruato ordine iudiciario,vel non seruato: sed debeant pronuntiare de iure tantum:vt quotidie fit;& reperiatur contrarietas inter ius cõmune scriptum quod dicit vnum , & consuetudinem vel statutum quod dicit contrarium,& in illo loco corrigit ius commune:quia secundũ ius habebunt arbitri pronuntiare.constat enim quod partes potuerunt à statuto & consuetudine recedere, & velle stare iuri communi.Doct.alibi videntur sentire q̃ debeãt pronuntiare secundũ ius commune:quia quando fit mẽtio de iure simpliciter. intelligitur in potiori significato de iure Romanorum scripto:vt l.penul.ff.de iusti.& iur.& instit.de iure naturali gen.& ciui.§.sed quoties.tanquam de excellẽtiori.& ita sentit Io.and.in addi.Spe.tit.de arbi.§.exigere,dicens q̃ ille qui habet ius secundũ consuetudinẽ vel statuta,& non de iure cõmuni,periculosum facit cõpromissum tali modo:quia videt à consuetudine vel statuto recessisse.Idẽ videtur sentire Bart.in l.quicunque.j.de ser.fugi.sed in contrariũ facit ista gl.quia illud verbum ius,põt cõprehendere ius consuetudinariũ. & ad hoc facit quod no.Inn.in c.significauit.de rescrip.vbi dicit q̃ petẽs quartã quæ sibi debeẽ de iure,videt intelligere de illa quę sibi debeẽ de cõsuetudine.& ista videt tutior pars.quia nõ est credendum q̃ compromittẽs velit renũtiare iuri suo in dubio, qñ verba possunt aliter intelligi.& sic dicẽdo q̃ pronũtiãs de iure, videt sensisse qd̃ pronũtiet illo iure quod prędualet ius cõsuetudinariũ, & statutariũ iure cõi.ergo &c.& no.q̃ illa l.& oẽs sequẽtes istius ti. & etiã sequẽtis.& ti.precedentiũ sunt canonizatę in decre.xxv. q.ij.per totũ.& ibi vide glos.in summa.& fuit illa.l. Diocletiani maximiani.vt ibi habeẽ.†Quęro circa lectu. Azo.pone qd̃ narrauí principi q̃ tenebas librũ meũ ex causa depositi, & nolebas restituere,& obtinui iudicẽ delegatũ:postea vidẽs q̃ nõ fuit depositũ sed cõmodatũ formo libellũ super actione cõmodati. Tu opponis q̃ super illo nõ potes ꝓcedere:& qd̃ ego expresi men datum:vnde petis pronũtiari rescriptũ subreptitiũ.ego tñ opponq̃ non põt opponi illa exceptio ad rescriptũ , cũ istud tangat negotiũ principale:vnde dico q̃ procedaẽ secundũ rei veritatẽ. vt hic secundũ lec. Azo.quęrit quid iuris? Rñdeo nõ poterit ꝓcedere quia sup illa actiõe nõ est delegatus.quod hic dicit secũdum naturã actionis.ꝓcedit qñ cã vel forma secundũ quã volo procedere,põt claudi in rescripto.al's secus secundũ Cy. & Bal. sed si exprimit vna cã,non includit alia diuersa, sicut in libello cõuentionali:quia si peterẽ ex cã depositi,& postea probarẽ de cõmodato,nõ possum obtinere sententiã.vt no.Inn.in c.j. de lit: cõtest.eodẽ mõ si impetrarẽ iudicẽ sup proprietate.& postea videns me nõ posse probare dñiũ quod narrauí principi,volo agere possessorio restituẽdæ.nõ poterit iudex cognoscere,quia non claudit in rescripto,cũ diuersa sit cã possessionis & ꝓprietatis. l. naturaliter.§.nihil commune.ff de acqui.pos.de hoc tñ dic.j. si à nõ cõpe.iudi.l.si de proprietate.& in c.j.de sequest.pos. An delegatus super proprietate possit cognoscere de possessione.† Itẽ quæro narrauí principi quod eras debitor meus,impetrauí iudicem delegatũ:tempore impetrationis postea effectus es debitor meus,an possim agere corã illo delegato? dicit Bald. indistinctè q̃ non per c.fi.de rescri.vbi rescriptũ ad lites nõ extẽditur ad lites futuras,quę tempore impetratiõis nõ erãt.Cyn.distinguit,& melius,aut efficitur debitor ex cã præcedẽte rescriptũ,& poterit cognoscere,aut ex cã subsequente.& tunc secus:sicut in libello conuentionali.vt in l.si rem.§.fi.ff.de pig.acti. iuncta l.non põt videri.ff.de iudi.Sed pone ecõuerso tempore impetrati rescripti eras debitor,postea liberaui te per pactũ,vel alio modo,tu petis coram illo delegato re absolui diffinitiuè.ego dico quod delegatus à modo nõ habet iurisdictionẽ: quia liberando te videor renuntiasse rescripto.quid iuris.Bald.tenet hanc partem.ego dico contrariũ:quia licet ego renuntiauerim,tu tñ cũ quo rescriptum illud erat effectũ cõe,si fuerit iudici pręsentatũ.vt no. Inno.in c. ex cõquæstione.de restit.spo.non renuntiasti: nec mea renũtiatio sibi nocet,quominus possis petere te absolui diffinitiuè : vt est glo.in l.vlti.ff.de rei ven.in vers.quid si actor.& per Inno. in dicto c.ex conquæstione, sicut renuntiatio appellationis facta per appellantem nõ nocet appellato:qui poterat eam prosequi. l.ampliorem.& ibi not.j.de appel.per Doct. & l. omnem honorem.qñ prouo.non est necel.j.per Cy.in fi.& sicut actor nõ põt renũtiare instantiæ inuito reo.vt in auf.qui semel.j.quomodo & quando iu.† Item quæro,quid si dicitur rescriptum esse falsum, quia nunquã emanauit à principe,vel eius cancellaria: an delegatus in eo expressus possit super hoc cognoscere,' & pronũtiare se esse iudicẽ competentem? Inno. multum dubitat de hoc in c.super literis.de rescript. quia si verum est quod sit falsum, etiã de voluntate partium non potest vti iurisditione:vt in l.priuatorum.j.de iurisd.om.iud.sed hoc est verum super negotio principali: sed super hoc articulo an sua sit iurisditio est dubium. nam in iudice ordinario clarum est,quia cum ipse iurisditionem habeat inter suos subditos, potes cognoscere & pronuntiare an sua sit iurisditio etiam quo ad illum qui non est sibi subditus : & pronuntiatio facit ius,si ab ea non appellatur.& facit eum iudicem,licet non esset.vt l.si quis ex aliena.ff.de iudi.sed in delegato qui non habet iurisditionem nisi virtute rescripti , si rescriptũ daretur subreptitium:tum quia non est nullum ipso iure , posito quòd subreptitium esset. & sic iurisditionem habet, licet posset elidi,adhuc idem,vt possit pronuntiare se,esse competentem iudicem,& pronuntiatio facit ius,& si dicitur esse falsum,tunc est magis dubium: quia si poterit pronuntiare , in potestate cuiuscunque erit acquirere sibi iudicem delegatum propitium,faciẽdo fabricari falsum rescriptum.& postea per eum pronũtiari rescriptum esse validum & verum,& se habere iurisditionem,non immeritò Innocent.dubitat Bartol. hic dicit q̃ si falsitas est notoria ex forma rescripti,non poterit ex ea cognoscere; sed si non est notoria,sed dubia.tunc per tale rescriptum licet falsum constituitur in quasi possessione iurisditionis : ratione cuius poterit cognoscere,& iudicare,& iste est casus in quo ratione dubitationis põt quis habere iurisditionẽ,quã aliàs nõ habet:vt in glo. mag.ff.super verbo [sententiã.] circa prin.& quod no.in l.si putas.j.de pet.hæredi.potissimè hoc procederet si talis commissarius haberet aliàs iurisditionem:vt in casu quem habui de facto: †quia dominatio Venetorum scripsit potestati pergami , quod in quadam

a ¶Notitiã. Adde Bal. in rub.de consue. recti feu.& in l.ij. C. q̃ sit longa consue, & Abb in c.j. de re iud.

b ¶De iure. Nunquid appellatiõe iuris simpliciter veniat ius municipale,vide per Abb.in proœ. clem. Abb.in c.j. vt lit. pen den. Abb.in c.cumana.in pe.col.de elect. Lu.ro.cõsi.cclxj. incip. clarissimè videt & de hoc adde tu & vide vt per d.meum. d.Bar.soz.in suo cons. fil.cclxxj.col.ij.vers. quinto confirmatur. & per do.Maria.eius genitorẽ in suo consi. ix.colum.vj.ver.non obst.secundũ Stra.

c ¶Cognoscere. Adde doct.in c. si eo tẽpore. de rescri. libr. vj. Cal.in tit.de rescrip. consil.ij.

in quadam causa quæ vertebatur inter pergamẽses procederet, & iustitiã faceret.ipse pronũciauit se esse iudicẽ delegatum in illa causa virtute dictarũ literarũ:& tanquam delegatus processit, & tulit sententiã.opponabaẽ quod sententia erat nulla:quia illæ literæ nõ **faciebant** illum delegatũ , cum nihil adderẽt ad formam procedẽdi vltra formã statutorũ , & emanauerãt inter subditos: vnde videbatur potius excitata iurisditio ordinaria.vt in c. licet. de offi.ordi.& pronũciatio illa quod erat delegatus, nõ valebat: quia facta virtute literarum quæ sibi nullam iurisdictionem dabant:ego dixi cõtrarium:quia saltem habebat iurisdictionem ordinariam,in qua poterat fundari illa pronuntiatio. & sic faciebat ipsum iudicem delegatũ.postquã non fuerat appellatum:& per cõsequens processus & sententia in,causa principali factus & lata tanquã à delegato valebãt per not.per Inno. in d.c. super literis.& per Bart.in l.ex quacunq̃.ff.si quis in ius voc.non ierit. & etiam hic per istam glo.& id quod not.in d.l.si putas.

2 ☞ *Si contra rescriptum opponitur exceptio subreptionis, an excipiens debeat hoc probare? an verò impetrans habeat necesse probare ueritatẽ narratorũ & expressorũ?*

3 *An semper stetur narratis in literis principis, seu narratis in literis impetrantis rescripti?*

LEX III.

1 PVniri iubemus. †Opp. contra hanc legem de l.ij.§.de legi.in fi.vbi puniũtur iudices admittẽtes exceptiones cõtra rescriptũ principis.& hic puniuntur si nõ admittũt.dicit ibi Alber. quod illa loquitur quãdo opponeretur cõtra potestatẽ principis,q̃ illud nõ potuerit cõcedere.hic verò contra voluntatem: quia dicitur q̃ à principe nunquã emanauit , vel si emanauerit, nõ secundùm suam intẽtionem : quia sibi fuerit narratũ falsum. & sic opponebatur exceptio falsitatis, vel surreptionis : ibi verò exceptio impotentiæ : vel dic q̃ etiam si exceptio surreptionis:si erat talis surreptio quæ nõ habeat vitiare:quia eodem modo rescriptum obtinuisset,si surreptio nõ fuisset. & sic erit temeraria exceptio.& sic adhuc locum habet l. contra. hic nõ erat temeraria,sed cõcludens:vel dic q̃ ibi loquitur etiam quãdo erat cõclu-
2 dens:tamen apparebat manifestè falsa exceptio. hic non. †Item adhuc opponitur : quia ille text. innuit q̃ ille qui opponit exceptionem surreptionis,habeat necesse surreptionẽ probare. cõtra imò impetrãs habet necesse probare veritatẽ narratorum & expressorũ in rescripto:vt in l.ij.j.de his qui ve.æta.impe. Iste articulus est dubius,cui incumbat onus probãdi, an impetrãti, q̃ narrata per eum sint veraꝛan excipienti,q̃ sint falsa.quæ tangit Cy. super l.proxi.in vlti.vel antepe.q.& obscurè loquitur Io.and.in addi.Spec.de clande.despõ. super rubri. vbi allegat hanc legẽ, dicens q̃ quãdo princeps aliquid concedit per seipsum ad supplicationem alterius,& alius opponit q̃ cõcessio nõ valet : quia narrata per illum sunt falsa , ipse habet necesse probare falsitatẽ: quia præsumatur pro impetrante & pro rescripto : quia illa sint vera:nisi probetur cõtrarium , si rescriptũ habet debitã formam. & ita intelligit hanc legẽ:sed si mãdat **alteri** quod faciat, vt quotidie videmus fieri per summos pontifices , qui cõmittunt alijs, tanquam ipsi nõ sint plenè informati de veritate , q̃ si vera sunt quæ narratur,faciãt id quod à petente postulatur, & tunc impetrans habet necesse probare veritatem narratorum , & ita loquit l.ij.de his qui ve.ætat.impe.nam illa probatio de qua ibi fit corã iudice corã quo insinuatur rescriptum veniæ, ad quem pertinet ipsum executioni mãdare : vt l.ea quæ.de tempo. in integr. Sed idẽ Io.and.plenius resumens hunc articulum.in c.j.de lit.cõtest. lib.vj.narrat diuersas opi.& finaliter videtur tenere q̃ veritatem 2
expressorũ necesse habeat probare impetrãs. & nisi ꝓbet succũbat:etiam si princeps per seipsum cõcedit:sed veritatẽ suppressorum necesse habeat probare oppositiones, qui dicit impetrãtem aliqua tacuisse,quæ sunt in facto quæ si fuissent expressa,rescriptum nõ obtinuisset. hanc opi. videtur tenere Inn.q̃ impetrans habeat necesse probare veritatẽ narratorum indistinctè:cum super eis fundetur intentio principis,sicut in libello conuentionali,in quo fundatur sua intẽtio,habet necesse illud probare.l.ij. ff.de proba.ita tenet ipse in c.ex parte abbatissę.de priui.& Spe. in tit.de excep.§.nunc videndũ.ver.licet autẽ. Breuiter in rescripto ad lites tenenda est distinctio Cy. in l.præcedenti. q̃ autem 3
sunt talia quæ cõcernunt negotium principale. & ille habet necesse probare,cui de natura negotij incumbit onus probãdi, vel actor vel reus:sed si cõcernunt rescriptum & intentionem principis cõcedentis,multum placet mihi distinctio prima quàm facit Io.and.in ti.de clande.despõ.in addi.Spec.& Bar.in l.præcedenti videtur sentire q̃ incumbat opponẽti probare falsitatem, sicut in aliis exceptiõibus.vt in l.exceptionibus.ff.de prob.quia excipiendo quis efficitur actor. †Vltimò cõtra prædicta opponitur : quia videtur q̃ semper stetur narratis in literis imperatoris,vel papæ : vt in cle.j.de appel.Sol.quæ dicta sunt suprà locũ habent in his quæ primò fuerunt narrata per supplicationem & princeps postea ea referret,tãquã narrata. per partẽ. vt videmus in literis papalibus. cum autẽ tua petitio:postea subiũgebat &c. & si nõ fuit facta per partem:sed per ipsum principalem,tũc distinguitur.aut narrabat aliquid q̃ consistebat in facto suo:puta cõtulit alicui beneficium spectãs ad collationẽ Episcopi , quod beneficiũ Episcopus cõtulerat alteri.& narrat Papa se illud beneficium reseruasse ad suam collationẽ, q̃ si est Episcopus, non poterit cõferre,certè statur tali narrationi:nec potest Episcopus vel ille cui cõtulit contrarium probare : aut non cõsistebat in facto papæ.sed alterius,& tunc statur narrationi:tamẽ potest probari contrarium:vt ibi not.in glo.& in c.si Papa.de priuil.lib. vj. Non sunt alia.

2 ☞ *Literæ conquestus quæ ueniunt de curia romana, licet incipiant ab executione, si tamen pars contradicat: poterit executor cognoscere de uer itate.*

3 *Quis possit executionem delegare?*

4 *Executor quando non possit audire exceptiones.*

LEX IIII.

1 ET si non cognitio. †Ille cui committitur executio super negotio nondum discusso,nec determinato per sentẽtiam , si coram eo opponatur quod executio fieri non deberet, quia principi fuit narratum aliquod falsum , potest de his exceptionibus cognoscere.& secundùm veritatem pronuntiare : licet cognitio non fuerit expresè mandata : quia censetur mandata tacitè h.d.& pone exemplum q̃ narrauí principi qualiter insustè tenes & occupas rem meam : quare petij mihi dari iudicem, qui te compellat ad restitutionem eius. vel narrauí q̃ me expoliasti. & idem obtinui : debes scire q̃ practica est ista q̃ debeo præsentare literas illi commissario , & ille debet te citare missa tibi copia literarum,& mandare quod mihi restituas postquam fuit delegatus super restitutione , & sic super executione. vnde debet incipere à via executiua,sicut sibi mandatum est:tamen debet iustificare præceptum quòd si senseris te grauatum, compareas coram eo recepturus iustitiæ complementum:iuxta not.in l.de pupillo.§.meminisse.ff.de ope.noui nunci.si comparet,& dicis te non teneri obedire præcepto : quia res nõ est sua, vel tua : vel me non spoliasti , ideò petis per me debere dari libellum super rei vendicatione , vel interdicto , offerens te paratum respondere. & ordinariè litigare coram dicto delegato. Sed ego dico quod nolo dare libellum, nec ordinariè procedere.quia hoc nõ est sibi commissum sed quod procedat via executiua,certè postquam contradicis,talis deputatus super executione poterit ordinariè procedere. & non debet ad vlteriora super illo mandato procedere , sed mandare quòd dem tibi libellum : quia illud præceptum resoluitur in vim simplicis citationis : vt not. in dicto §. meminisse. & sic ingrediemur iudicium ordinarium : vt in simili.j.de edi.diui Adria.tol.l.fin.versi.si autem contradictor &c. in quo necesse habeo probare narrata per
me. †quia ille est casus.& istud videmus quotidie fieri in istis literis conquestus quæ veniunt de curia romana. nam incipiunt ab executione : dicunt enim. Conquestus est nobis talis , quòd talis iniuriatur eidem occupando rem suam , quapropter mandamus tibi vt vocatis qui fuerint vocandi , si ita tibi constiterit, restitui facias eidem. videtur ergo mandata cognitio veritatis. sufficit. In gloss. quæ incipit. [cum hoc.] ibi , [sed respondeo princeps mandat, vt hic : non alius.] dic istam tenet Bartol. sequens autem solutio est contra hunc tex. Item vlterius est falsa: quia etiam missio ex primo decreto non potest demandari:licet cognitio an sit fienda vel non bene demandetur:vt l.cognitio.§. vt poss.de offi.eius cui mand.est iurisd. & not.in d.l.iubere. †Sed contra istam sol. quam Bar.tenet opp. quia etiã alius inferior à principe,mandat executionem.vt videmus in arbitris proferẽti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Exceptiones. Adde Ant. de but. & Abb. in c. decæt ero. de rescript. & per Lap. alle. ij.

b ¶ Alicui. Adde Paul. de ca. consi. ccxvj. inci. præsupposito sine dubio. & per Cariabā. cõsi. lxxxvj. in cip. d. Nicolaus. & Abb. consi. xlj. inci. saluatoris. in vlti. col. in j. volu.

bus sententiam, vel in iudice delegato, vel in episcopo inter laicos, vel in doctore seu rectore scholarium dantibus sententiã inter scholares. nam cõmittunt executionem potestati: vt in l. episcopales. in fi. & ibi nõ. ş. de episcopis audi. & in iudice vnius territorij qui cõmittit iudici alterius territorij: vt no. in l. properādū. §. sinautē reus. j. de iudi. & in l. cũ vnus. §. is qui. ff. de bo. autho. iu. pos. Sol. cõtraria loquunt qñ talis cõmissio fit propter defectum iurisdictionis illius qui sententiã tulit: quia vel functus est iurisdictione: & sic nõ potest exequi: vel est talis qui nõ habet familiã, nec imperium, cum executio requirat vtrunq; : vel quando fit in auxilium iurisditionis: vt quia iudex qui tulit sententiam nõ potest in suo territorio executioni mandare: quia ibi non reperiuntur bona condemnati. si autem ille qui tulit sententiã, vel ad quẽ pertinet executio posset eam facere de per se: tunc non potest eã alteri delegare: cum sit de imperio. nam tunc procederet ille vt delegatus, sed in primis casibus nõ, pcedit vt delegatus: sed suo iure vt ordinarius. licet ad requisitionẽ & iussum illius qui sententiam tulit, vt in simili habetur in text. & glo. in l. nec mandante. ff. de tuto. & cura. da. ab his. † Vltimò oppo. in glo. fi. quòd exa ecutor non posit audire exceptiones. a vt j. de execut. rei iudi. l. si (vt proponis) glo. soluit. sed non bene: licet fortè bonum intellectum habuit. dum dicit [vel ibi de nuntio hic de iudice.] dic ergo clarius q si fuit commissa executio super negotio nondum discusso nec terminato per sententiam, quo casu non est intẽtio principis facere contra quem committit, nisi narrata sint vera. ideo si narrata sunt vera, vult q talis cõmissarius de hoc cognoscat, & pronuntiet diffinitiuè: ibi verò quando fuit commissa executio super negotio discusso & terminato per sententiam, quæ executio potest fieri per illum iudicem qui sententiam tulit. quo casu aut committit mero executori vt nuntio: & nullam exceptionem debet admittere, sed facere executionẽ vt sibi iussum est: vt in l. contraria. aut promittit alteri iudici, quo casu cõmisi. dicitur executor mixtus. & procedit vt ordinarius, non vt delegatus. vt ş. dixi. & tunc quid iuris sit plenè tangitur per glo. in l. pastoralis. de offi. dele. sed plenius & vtilius per Bar. in l. à duo pio. in prin. ff. de re iud. vbi omnino vide prædicta, qñ executio venit in præiudiciũ alterius: sed si posset fieri sine preiudicio: tunc etiã qñ committitur super negotio nondum discusso, est in electione ipsius commissarij, procedere per viam executiuam, nulla facta citatione, vel per viam iudiciariã citatis his qui possunt lædi: vt si papa mandat mihi conferri beneficium vacans, pertinens ad collationẽ ordinarij. nam potest executor ipsum cõferre ordinario non citato: quia ista collatio non tendit in præiudicium ordinarij: quia postea discutabitur an fuerit bene facta, vel non: prout in simili not. in bonorum pos. petita & decreta. ff. de bono. pos. l. iij. §. bonorum. & §. si causa cognita. & pōt eligere viam iuris, & facere citari ordinarium, & tunc declaratio quam postea faciet, ei preiudicabit, & hæc habentur plenè per Inno. in c. dudum. de præsum. & per glo. in cle. j. de offic. delega.

2 ☞ *Accusans aliquem puta Titium tanquam bannitum in persona seu capite, cum non esset ille Titius, & accusator hoc sciebat, debet puniri similitudine supplicij.*

LEX V.

1 ET si legibus. †Rescriptum impetratum per mendacium, etiam si non sit iuri contrarium non valet, & mendax punitur, si in eo reperitur improbitas. i. dolus. h. d. Intellige per mendacium in exprimendo falsum, vel in tacendo verum, quod potuit mouere principem ad concedendum: secus si sit tale q veri similiter non potuit mouere, vt in expressione confinium falsorum, vt si narretur aliquid fuisset gestum in tali castro comitatus Bon. vel diœce. & nulla subest ratio q propter hoc magis cõcesserit, quã si esset de alio comitatu vel diœcesi. aliàs secus. vt not. Bar. in l. præscriptione. ş. eo. & intellignt cõmuniter hanc l. in priuilegijs, vt not. Archi. xxv. q. ij. c. dicenti. §. & si legibus. vbi lex ista est canonizata, sed hoc non videtur conuenire literæ: quia priuilegia sunt contra ius cõmune: vt no. in c. j. de rescript. & hic dicitur q rescriptum erat consentaneum legibus. ergo nõ concedebat priuilegium. dic ergo melius quod loquitur in rescripto gratioso, siue contineat priuilegium quod est contra ius cõmune, siue beneficium quod est secundum ius commune, vel non contrà, vt concessio alicuius castri in feudum, vel beneficij ecclesiastici, talis tanquam gratia fundatur in expressione narratorum, si sunt talia quæ potuerunt inducere principẽ ad concedendum: ideo ruit si illa non reperiũtur vera. Sed rescriptum de iustitia per quod conceditur iudex delegatus, vt faciat iustitiam inter partes, quod dicitur emanare ad iuris communis obseruantiam. secundum quod dicunt glo. iuris canonici. & probatur in l. ij. tit. j. ibi cum ea quæ ad ius rescribuntur &c. fundantur principaliter in lite, quæ est vel esse speratur inter partes. nõ in expressione narratorum concernentium negotium principale. ideo licet illa sint falsa. rescriptum non est nullum, nec annullandũ: quia sufficit q sit lex de presenti, vel de futuro. quod dic, 2 vt plenè dixi in l. præscriptione. ş. eod. † Ex secundo dicto dicit Bald. se vidisse decapitari quendam, qui ex nimia improbitate & dolo impetrauit à iudice: vt caperetur quidam Titius, tanquã bannitus in persona seu capite: prout continetur in libris communis: cum tamen nõ esset ille Titius: nec illud idem corpus, & ipse impetrans bene hoc sciebat: sed captus cum magno labore hoc ostendit, & sic impetrans fuit repertus in tanta improbitate: quia fortè inimicitias habebat cũ illo, certè quod impetrauerat aduersus illũ falsò, necesse habuit sustinere in ppria persona cũ accusator calũnios⁹ tus puniat similitudine supplicij: vt j. de accu. l. fi. debet ergo hoc intelligi qñ mendacium tendebat in læsionẽ alienam, vel contra publicam vtilitatem non sunt alia.

2 ☞ *Princeps an possit tollere ius disponens?*
Non potest imperator facere legem generalem, quod spurij possint succedere sicut legitimi.
Rescriptum quando est contra aliquam legem derogantem legi præcedenti, an valeat sine clausula derogatoria?
3 *Qualiter debeat concipi clausula non obstante?*
4 *Lex noua tollit & corrigit præcedentem cui contrariatur, licet in ipsa noua non contineatur clausula non obstante exceptis duobus casibus.*
5 *Quid in rescriptis?*

LEX VI.

OMnes cuiuscunque. Lex ista in effectu dicit idem quod l. nec damnosa. & l. rescripta. ş. de preci. impe. offe. & debet restringi & limitari secundum illam legem rescripta. Item ista lex habet locum quando rescriptum quod est contra ius commune, non continet clausulam non obstante. Si autem continet tunc per eam apparet quòd princeps voluit illud ius quod contrariatur rescripto tollere, sed an possit, est dubium, & ad hoc tendit glo. magna hic posita, quæ considerat in effectu quatuor iura, scilicet diuinum, naturale: gẽtium, & ciuile. Prima tria non potest tollere: quia inuenta sunt à maiori potestate. Quartum ius bene potest tollere. hæc est fi. intentio glo. & sic illa clausula nihil operaretur circa illa tria prima iura, sed operatur circa quartum. similis glos. habetur in l. j. ff. de constit. prin. quæ glo. implicant multa quæ sunt inter se diuersa: ideo nõ explicant bene materiam. † vnde alius exordiendo, debes scire quòd duo sunt puncta vel articuli, primus: an princeps possit 1
b tollere ius quæsitum alicui b priuato, & sic ius dispositum. alius articulus, an possit tollere ius disponens, id est, ipsam legem sic disponentem, vel aliud ius. circa primum dico sic: quòd si priuatus habet aliquod ius quæsitum sibi ex suo cõtractu vel quasi siue illud sit ius de iure gẽtium: vt est dominium, siue de iure ciuili, vt actio per rescriptum, non potest illud auferre sibi: nisi ex causa publicæ vtilitatis contrarium suadentis: & tunc debet illum reinstaurare de pretio: vel alio præmio vt in l. Item si veberatum. ş. j. ff. de rei vendic. & hoc esse verum probatur. Nam & sic ex contractu celebrato per principem priuatus acquisiuisset dominium, vel actionem, non posset princeps sibi tollere: vt dixi in l. digna vox. ş. de legi. & probatur in c. j. de probat. multò minus si ex contractu celebrato cum alio: legem verò condẽdo vel iurisditionem exercendo bene posset princeps auferre ex alijs causis: vt patet in tit. de bo. dam. & j. de iure dominij impetran. l. fin. & non solum princeps: sed etiam iudex ex l. principis hoc facere potest, vt dictis iuribus. Si verò quæsitum est sibi, nõ ex suo contractu vel quasi: sed ex alio de prædictis iuribus: tunc si de iure diuino naturali vel gentium est quesitum, similiter per rescriptum non potest sibi auferre quod ipse non dedit: vt iura sanguinis, vel libertatis: vt in l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. & l. ius agnatiõis. ff. de pac. sed si de iure ciuili positiuo vt est ius patriæ potestatis: vt in l. iij. ff. de his q sunt sui vel alie. iur. vel ius agnatiõis, bñ posset sibi auferre: cũ sit supra ius ciuile: sicut papa supra ius canonicũ: vt in c. ꝓposuit. de cõcess. pb. & patet in l. tutelas. de capi. dimi. vbi pōt tollere ius agnationis sicut etiam concedere: vt in l. lex. xij. tab. j. de legi. hære. & in casibus no. per glo. in l. nõ pōt. ff. de adop. in quibus pater cogit emancipare filiũ ex dispositione principis, vel iuris cõmunis. Idem si illud ius quẽsitum esset ex priuilegio concesso sibi à principe. nã pōt reuocari quãdo cõcessum est subdito: vt dixi in l. rescripta. in dubio autẽ nunquam princeps censetur velle derogare alterius, etiam si illud sit tale quod possit p ipsum auferri: vt in l. ij. §. si quis à principe. & §. meritò. ff. ne quid in loco publi. & de offic. dele. c. super eo. de verbo. signi. c. dilecto. & de viu pal. c. ex tuarum. An autem aliqua communitas possit per suum statutum auferre ius alicui? vide Bart. in l. quoties. ff. de pollici. & l. Antiochensium. de priui. credi. qui distinguit inter statutum specialiter factum contra certam personam. & dicit ipsum non valere: aut generaliter, & tunc secus per dicta iura. & dictum Barto. in l. quoties. s. de preci. impe. offe. Odof. multum insistit super isto articulo, & multa iura allegat pro & contra. & non facit ad p̃dictã decisionem. quid aũt in alio inferiore à principe, vt in comite, vel alio magistratu, & in legato de latere, vel p̃side alicuius prouinciæ. dic quòd quantũcunq; sit magnus, non potest auferre ius alterius. vt j. de offi. præto. ori. l. ij. & not. glo. in c. statutum. de hereti. lib. vj. dicens: quòd tales non possunt apponere in rescriptis eorum clausulã non obstante aliquo iure &c. quia non possunt iura tollere. Ex quibus etiam sequitur q comes Palatinus q habet
a potestatẽ legitimandi, a etiam post mortem patris non possit spurium legitimare post aditam hæreditatem, propter venientem, ab intestato: quoniam auferret dominium adeunti quod acquisiuit per aditionẽ. in qua quasi cõtrahitur: vt in l. hoc aũt. in fi. quibus ex cau. in pos. ea. Sed ante aditionem hæreditatis: qa non est quæsitũ dominium, licet sit quẽsitũ ius adeũdi: qa illud est de iure ci. positiuo, bene posset legitimare: & illi auferre. ita videntur sentire Bal. in l. rescripta. ş. de preci. imper. offe. ante fi. & hoc de
2 primo articulo. † De secundo, videlicet an possit tollere ius disponens, clarum est q ius diuinũ naturale vel gentiũ nõ pōt tollere, etiam legẽ condẽdo: licet possit distinguere vt in illo iure,
b q in ore duorum vel trium b stat omne verbum. quòd licet sit de iure diuino & naturali: tñ limitatur per ius ciuile præter quã in testamentis. & in quibusdã casibus in quibus requiritur maior numerus. Ex quibus patet q nõ posset Imperator facere legem generalẽ, q spurij possint succedere sicut legitimi: quia tolleret ius diuinum: quo cauetur q non erit hæres filius ancillæ cum filio liberę: & induceret homines ad peccandum: quia disponit in futurum, licet specialiter posset aliquem spurium legitimare: qa disponit de præterito. & non dat materiam peccandi ita determinat Hosti. in sum. qui filij sint legiti. in pen. colũ. & tangitur per Bartol. in l. iij. ff. testa. Ius autẽ ciuile tollere potest etiam per rescriptum. & hoc si apparet de eius volũtate nec videtur appare re si rescriptum impetratum contra ius non continet clausulam derogatoriam, ideo nõ debet recipi: vt in hac lege. nisi appareat ex eo q sit concessum motu proprio, vel ex certa sciẽtia: vt dixi in l. rescripta. Est etiam alius casus. ş. quãdo rescriptum esset contra aliquam legem derogantem l. præcedenti. nam tũc quia per rescriptum redditur ad legem derogatam, videtur quod valet etiã sine clausula. ita sentit gl. in aut. quas actiones. ş. de sacrosan. eccle. in iiij. q. iã illa gl. cõtra non teneẽ. si aũt apparet ex tenore rescripti q fuerit concessum ex motu proprio vel ex certa sciẽtia, & tñ est contra ius. aut nõ cõtinet clausula nõ obstante, aut cõtinet. Primo casu dic vt dixi in l. rescripta. ş. de p̃ci. impe. offe. nam aliquãdo nõ valent, etiã si neminẽ lædãt. vt qñ per l. speciaa liter prohibeẽ impetrari: quia p̃sumit falsum, vel per fraudẽ elici tum: vt in l. j. ş. si nup. ex rescri. pe. & in l. ij. ş. de sum. tri. specialiter vt dixi quia generaliter omnis lex videtur habere clausulã derogatoriam, nec rescriptum impetretur cõtra eã: vt in l. nec damnosa. in fi. tamen illa gñalis derogatoria, nõ tantum operatur quantum specialis in certo casu: vt patet in d. l. rescripta. quando valet quando nemínem lædit, vel parum lædit. nisi in casu l. autho ritatẽ. j. vnde vi. & iam propter præteritam improbitatem suppli cantis: quia aliũ spoliauit, nõ valet rescriptũ a
¶ Legitimãdi. Adde Bal. in l. rescripta. de preci. imper. offe. Innocen. in c. cum p. tabellio. de fid. instru. doct. in c. per venerabilem. qui filij sint legi. Pau. de Cast. consil. ccxxv.
¶ Vel trium. Adde c. ab isto die. xxxv. q. vj. c. licet. de testi, & in c. relatum. el j. & c. cum esset. de testa. c. nouit. de iudic. originaliter Deutero no. xix.
¶ Tali lege. Adde Bal. i cõsi. cccxxviij. inci. præmittendum est quod natura. in ij. col. iij. vol.
super retentione spoliationis: vt ibi not. per Bar. Item valet qñ indulget pœnã criminis vt d. l. rescripta. in fi. Si verò sfert alteri graue præiudiciũ, nõ valet etiã si specialiter nõ prohibeat impetrari: vbicunq; autẽ dixi ibi si cõtinetur clausula nõ obstante, valet: qñ apparet de intentione principis q vult legi b
3 derogare: & potest: cùm sit supra ll. † Sed vertitur magnũ dubiũ: qualiter debeat concipi illa clausula non obstante: an debeat facere specialẽ & expressam mentionẽ de illa lege, cui cõtrariat rescriptum: an verò sufficiat q generaliter nõ obstãte quacũq; lege. c Glo. sentiunt primã partẽ in l. causas vel lites. j. de transac. & in aut. hoc inter liberos. j. de testa. Cyn. examinat hic istum passum principaliter. & Ioan. An. recitando septem opi. examinatas in c. j. de excess. præla. lib. vj. Bar. hic dicit nõ sufficere q dicat nõ obstãte quacũq; lege: quia ista est generalis non obstante: & tamen requiritur specialis, propter derogatoriã quã quæsibet l. habet: vt ş. dixi per l. nec damnosa. in fin. & l. si quis in principio testamenti. de leg. iij. vbi quando præcedens testamẽtũ habet clausulã derogatoriã, non tollitur per secundũ: nisi specialiter de eo fiat mentio, nec requiritur secundũ Bar. q fiat singu c
laris mentio de lege quæ cõtrariatur: puta nõ obstante tali lege posita in tali titu. quia ista esset singularis mentio quæ non requiritur sed sufficit q dicatur non obstante quacunq; lege cõtrariũ disponente. nam per hæc verba contrarium disponẽte: redditur illa clausula speciali: quæ si non esset, esset generalis. Ego autem approbo hoc, nam etiam si dicatur non obstante quacunq; lege: tacitè subintelligitur scilicet contrarium disponente: non enim intendit tollere ll. non contrariantes: sed solùm contradicentes: vnde non plus operatur expressio, postquam si facta non esset, subintelligitur. dico ergo in isto passu, q aliquando illa l. nominetur: vt quando in aliquo casu speciali prohibet rescriptum impetrari: vt in casu d. l. ij. ş. de summa trini. & in l. j. j. ş. si nup. ex rescr. pe. vnde debet dicere non obstante. d. l. ij. & d. l. j. quia illæ habẽt clausulam derogatoriam specialem, & tunc facit ratio d. l. si quis in principio. Generalis autem derogatoria quam habet quælibet, non facit vt reperiatur clausula specialis non obstante, quia esset quasi impossibilis: cùm multæ ll. sint quæ dicunt vnũ & idem, si expedit de omnibus facere mentionem, Est & alius casus, quando rescriptum Papæ esset contra aliquod concilium generale: vt Lateranense factum tali anno: vel Constantiæ: nam oporteret de tali concilio facere specialem & expressam mentionem: hoc tenet Ioan. Andr. in dicto capitu. j. quod est singulare: & Bald. in l. humanum. suprà de legibus allegans Archidiac. in loco vbi hoc non dixit. vt ibi dixi, & ista summi pontifices habent de more in eorum literis: ideo etiam in eorum decretis: quando contradicerent alicui concilio, dicunt non obstante cõcilio Lateranensi &c. Sunt etiam alij casus quos ibi ponit Ioan. And. extra illos puto sufficere clausulam generalem non obstãte quacunque l. etiam si non dicat contrarium disponente: per rationem quam dixi: quia subintelligitur: nec obstat l. si quis in princip. nam alia ratio est in testatore, quia apponendo clausulã derogatoriam in primo testamen. se artauit. nam & idem esset in principe si in lege specialiter apponeret dictam derogatoriam: vt supra dixi: sed in omnibus appositis est: licet tacita subintelligatur: & hoc non facit vt requiratur specialis non obstante per l. fina. in princip. de lega. ij. ita quòd si bene consideretur, idem vi
4 detur in vno quod in altero. † Sed contra prædicta omnia opponitur: quòd non requiratur clausula non obstante, licet contrariareẽ legi: vt in c. j. de consti. li. vj. So. quæ superius dicta sunt procedunt in rescriptis impetratis contra tenorem l. præcedẽtis. sed si fiat aliqua l. noua, quæ contrariareẽ legi præcedenti, tollit & corrigit eam: etiam si in ipsa noua non contineatur non obstãte tali l. vt in contrario. Fallit in duobus casibus. ş. quando in l. præcedenti esset clausula derogatoria l. sequentis disponens nõ valere lege sequen. sibi contrarium, nisi specialiter de illa faceret mentionem: vel nisi sit seruata talis solennitas, prout disputando tenuit Cynus in statuto quando præcedens habet clau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sulã derogatoriã seq.vt dixi in l.humanum. ¶.de legib.quod declara vt ibi dixi. Item in secũdo casu quãdo lex præcedẽs cui noua contrariatur esset facta in priuilegium alicuius personæ:pone casum in l.ij.ff.de iud. in §.legatis.nam in priuilegiũ legationis & legatorum disponit l.illa q̃ legatus in loco delegationis non possit conueniri durante legatione,ratione originis quã habet,vel ratione cõtractus ante legationẽ ibi celebrati:certè talis lex & tale priuilegiũ non tollitur per aliàs ll.disponentes quod in loco cõtractus possit quis conueniri,etiam si dicat non obstante quocunque priuilegio:quia debet intelligi de priuilegio non clauso in iuris corpore,non de prædicto quod est clausum.t.x.est in l.hæres absens.in prin.ff.de iud.& in auc.qua in prouincia.j.vbi de cri.agi oportet.ibi dum dicit quocunq; priuilegio nõ obstãte oportet ergo q̃ in tali lege derogãte dicatur nõ obstante:quocũq; priuilegio etiam clauso in iuris corpore: aliàs istud non tolleretur.Sed cõtra.q̃ imò tollat per gñale: vt in Cleos.in fi.de sepul.& de sen.excõ.c.alma.in fi.lib.vj.Sol. verũ est q̃ gñalis clausula nõ obstãtibus quibuscũq; priuilegijs apposita in aliqua l.noua sufficit ad tollendũ priuilegia singulariũ personarũ nõ clausa in iuris corpore:quæ tñ nõ tolleret per l.nouã eis cõtrariã,si talẽ clausulã nõ haberẽt:vt suprà in secũda cõstitutione.C.l.vnica.¶.si quæ verò pragmaticæ:& ibi tetigi. †Ex prædictis recollige q̃ aliquãdo l.cõtrariat l.præcedẽti.aliquãdo cõtrariatur priuilegijs præcedẽtibus,seu rescriptis,aliquãdo rescriptũ seu priuilegiũ cõtrariat legi præcedẽti:& in his quid iuris sit supra dixi.aliquãdo verò vnũ rescriptũ vel priuilegiũ cõtrariatur alteri eidem,vel diuerso concesso,& tũc oportet q̃ de illo expressam mentionẽ faciat.aliàs ipsum nõ tollit:vt in c.veniẽs.de resc. & no.xvij.dist.c.qm̃.quidẽ.& per gl.in c.j.extra de rescri. Dicit etiã hic Cy.q̃ si cõtraximus adinuicẽ,& tu ꝓmisisti cũ iuramẽto nõ impetrare super hoc aliquod rescriptũ:si impetras, nõ valet:nisi de tali pacto vel iuramẽto facias mentionem:quia nõ est verisimile quod princeps cõcesisset,si de hoc esset facta mẽtio, ne detur materia veniẽdi cõtra propriũ iuramentũ:sed si faceret mentionẽ,valeret.nec esset periurus secundũ quosdã: quod põt procedere in rescripto cõcesso per Papã,qui põt dispẽsare super iuramẽto:& ipsum remittere:secus in principe seculari, qui hoc nõ põt:cũ nõ sit de foro suo:vnde bene valebit rescriptũ:sed erit periurus:quia hoc non reddit eum inhabilem ad impetrandum, sicut cum quis iurat nõ facere testamentũ,& postea facit:vt no. Inn.in c.dilectus.de præben.secus in excõicatione, quæ reddit aliquem inhabilem ad impetrandum:vt in c.j.de rescript.lib.vj. Ex quibus omnibus patet intellectus ad vnam magnam distinctionem quam ponit hic Cy.satis subtilius quàm ipse loquatur.

¶ Secus in excõmunicatione. Adde glo. & Doct. in c.dilectus.el j.de præscri. & diffusè per Fel.in c.fi.de excep.

¶ Duret perpetuò. Aa compromissum finiatur morte alterius compromittentium vide tex.& ibi Abb.in ca.ex parte. de arbi.in v. no.l.diẽ proferre. in ¶.j. & l. fed interpellatus. ff. de arbi.

¶ Sunt perpetua. Adde c.j.& ¶.xxv.q.ij. Car.in c.per tuas.in ¶.q.de ma.& obe.

De diuersis rescriptis, & pragmaticis Sanctionibus. Rubrica.

Hoe est nomen generale. Sequens autem est speciale de illis quæ conceduntur cum concilijs procerum:id est in sacro consistorio principis.quædã enim conceduntur à solo principe,absq; eo q̃ deliberetur in consistorio,vltimum verbum sanctionibus, importat id quod procedit ex metu principis secundùm Cy.vel dic de differentia istorum nominum:vt plenè not.xxv.q.ij.in c. rescripta.

LEX I.

SI libellum. †Si supplicaẽ principi p̃ duos in cã cõi super delegatione iudicis:licet sequaẽ delegatio & rescriptũ referẽs se ad personã vnius tm̃:censẽt noie vtriusq; concessum.h.d.notabiliter.dic dubiũ faciebat.l.j.¶.vt lipẽ.vbi nõ inspicit tps supplicatiõis porrectæ, sed tps cõcessiõis & signaturæ.Itẽ videbaẽ nõ inspici tps supplicatiõis,sed tenor rescripti,q̃ erat cõceptus in personã vnius.Itẽ faciebat dubiũ id quod no.Inn.in c.sup literis.extra eo.ti.de rescr. vbi dicit q̃ nõ inspicit tenor petitionis,sed tenor cõcessiõis: pñt aũ peti multa,& concedi pauca.Breuiter dic q̃ est spãle in casu huius l.,ppter tria,s.q̃ rescriptũ erat de iustitia:& nõ de gratia:& qa parũ erat p̃iudiciale,s.delegatio iudicis:& qa cõcessum ĩ casu cõi.& quodcũq; istorũ deficeret:secus esset in cõtrarijs:vnde in gratiosis nõ prodesset nisi ei in quẽ verba cõcessionis dirigerentur:quia maioris sunt præiudicij.Et etiam quartũ:quia supplicatio fuit cõiter porrecta:si autẽ per vnum solũ,illi soli ꝓdesset secundũ Cy.licet Pet.contra.sed fortè verius loquitur Pe. sicut in libello appellatorio porrecto in casu cõi per vnũ ex socijs: quia prodest alteri:vt j.si vnus ex plu.ap.l.vnica.facit l.si duobus. ff. de tut.& rat.distr.

2 ☞ *Rescriptum delegationis principis dicitur emanare à iuris communis obseruantia, & dicitur de iustitia.*

Si aduersarius impetrauit aliud rescriptum, & primus negligeret infra annum præsentare suum, secundum rescriptum assumit postea uires.

3 *Morte principis delegantis re integra: uel etiam delegati re integra, uel non, expirat rescriptum: nisi esset concessum contemplatione dignitatis, & etiam sublata actione expiret.*

Compromissum factum in arbitros iuris durat perpetuò: quousque uiuunt arbitri, si causa coram arbitris non fuit cœpta: & quid si fuit cœpta?

4 *Rescripta de gratia, ut priuilegia, de sui natura sunt perpetua: & quando non sint perpetua?*

LEX II.

ALso. †Rescripto de iustitia sunt perpetua: nisi in eis apponatur certum tẽpus.h.d. †Not.tex. ibi dum dicit. [cum ea quæ ad ius rescribuntur.] secũdum Bal.pro eo quod cõiter dicunt gl.& Doc.q̃ rescriptum delegationis principis dicitur emanare à iuris cõis obseruantia:& dicitur de iustitia:nam hoc sumitur ex isto text. quem intellige qñ per aduersariũ nõ foret aliud rescriptũ ipetratũ aduersus iudicẽ: aliàs licet illud nõ valeret in effectu, si nõ faceret mẽtionem de primo.si tamẽ primus impetrãs negligeret per annum præsentare suum,perderet vigorẽ:& secundũ rescriptũ assumeret vires:quia non erat ipso iure nullum: & iste est casus in c.plerunque.& in c.si autem.extra eodem titu. †Item intellige rebus in eodẽ statu durantibus.nam si princeps delegãs morere tur re integra,vel etiã delegatus re integra:vel nõ integra,expiraret rescriptũ:nisi esset cõcessum contemplatione dignitatis: vt in c.qm̃ abbas.de offi.delega.Item intellige durante actione:sed ea sublata per rescriptũ:expirat rescriptũ:quia nõ potest stare accessorium sine principali secundũ Doct.Pe.verò dicit contrarium q̃ duret viuẽte delegato:licet actio sit extincta:nam adhuc corã eo põt agi de facto:& habebit iurisdictionẽ in absoluendo reum & istud facit secundũ Bald.q̃ cõpromissum factum in arbitros iuris duret perpetuo quousq; viuunt arbitri, si causa coram eis non fuit cœpta. Sed si cœpta fuisset:tunc per lapsum temporis instantiæ,sicut perimitur instantia,ita & cõpromissum:nec posset iteratò coram eodem litigari, nisi de nouo cõpromitteretur, vel nisi de communi cõsensu:quia eo ipso non videret:de nouo recompromittere:ad quod vide quod nota.in l.Item si vnus.¶.si multo post.ff.de arbi. †Rescripta verò de gratia, vt priuilegia: similiter de sui natura sunt perpetua: siue concedantur à principe,siue ab inferiore:vt in c.decet.de regu. iur.lib.vj.& ibi not.in glo.nisi propter abusum perderentur vel ex eo q̃ incipiãt inferre magnum grauamen quod non inferebant à princi.vt in c.iuge gestum.de decí.vel nisi priuilegiatus negligeret vti per xxx.ann. an.vt in c.præcedentibus.de priuileg.& aliquando,l.per x.vt in l.j.ff.de iur.immu.vel nisi priuilegiatus renuntiet priuilegio expresse,vel tacitè,faciendo actum contrarium priuilegio,vt in c. cum omnes.de constit.& de iure dominij impetran.l.j.& ij.hoc tamen quando habebat causam momentaneam.secus si successiuam & iterabilem:vt in l.voluntariæ,& quod ibi nota.infra de excu.tut.

a ☞ *Sumptum debet fieri de origmali cum authoritate iudicis, & parte citata: non autẽ de alio sumpto, & qualiter fiat? & nu.4.*

3 *Originale scriptum qualiter cognoscatur?*

LEX III.

SAncimus. †Originalia rescripta sunt illa quæ fidẽ faciũt in iudicijs,non aũt sumptum vel exemplum de eis.h.d. secundũ vnam lectiu. tunc ista l.habet multas cõcordantias.nam multa iura dicunt quòd sumptum vel exemplum non facit fidem:vt in l.ij. ff.de fide instru.nisi sit sumptũ cum authoritate iudicis,& citata parte

parte quæ ex ea lædit:vt plenè no.in auc.si quis in aliquo documento.j.de eden. Et secũdum istũ intellectũ dum dicit [insinuetur.]in fi.l.debet exponi prout in glo.j. [in iudiciũ ostendatur ad aliquã probationem faciendã.] †Secũdũ verò aliam lect. dicit vnum quod alibi non reperitur, quòd si sumptũ vel exemplum semel factũ fuit de originali,cũ authoritate iudicis & parte citata,si quis velit facere aliud sumptum de illo simili solenniter,ga fortè vult ipsum habere in diuersis locis, nõ posset hoc fieri.& iudex super hoc non deberet interponere authoritatẽ.sed si vult habere aliud sumptũ authẽticũ,debet ꝓducere originale.vt inde assumatur,sicut produxit quando receptũ fuit primũ sumptũ secũdũ Ricardũ.malumb.quod etiã sentit glo.licet breuiter loquatur in prin.in ver.[insinuentur.]i.publicent.quod perpetuò tene mẽti.& Bal.multũ no.in auc.si quis in aliquo documẽto.Et vide circa primã lec.vel prin.dictã l.ij.ff.de fide instr.†Et originale rescriptũ cognoscitur,qñ habet sigillũ cõsuetum:puta plũbeam bullam,si est papale,vel aureũ, si est imperiale:vt j. de accesso.l.fi.circa mediũ ibi.dũ dicit signum,qd̃ solitũ est,chartis imponat &c.& alia etiã sigilla non ponunt in sumpto. Ratio dubitãdi in secũda lec.poterit esse.ga sicut sumptũ solẽne factũ cũ authoritate iudicis,& citata parte habeẽ ꝓ originali, quantũ ad fidẽ faciẽdã secundũ oẽs,vt l.cirographis.ff.de admi.tut.quæ de tali sumpto intelligit.& qd̃ no.in auc.si qs in aliquo. p Bart.j. de eden.ita videbaẽ q̃ deberet haberi quantũ ad sumendũ aliud sumptũ similiter cũ solẽnitate.sed nõ est verũ per hãc l.& si fieret,nõ dareẽ ei fides secundũ Ricar.mal.†satis enim cognoscere tur ex scriptura notarij,qui recitaret vltimũ sumptũ:de quodam alio sumpto manu talis notarij, cuius tenor talis est. debet ergo dicere hoc est quoddam sumptũ ex originali scriptura,cuius tenor talis est,& cætera. Videẽ tñ dicendũ q̃ si pars citata oppone ret hãc exceptionẽ,q̃ non deberet ita fieri,valeret: quasi de suo consensu esset factũ.debet ergo intelligi dictum Ricar.quando comparuit:tñ non videẽ consensisse:vt ¶.de epis.audi.l.si qui ex consensu.in fi.vel si comparuit,& expresè contradixit. nam iudex non debuit authoritatem suam interponere obstãte contradictione.& faciendo contrarium non valet.quia non potuit iuri derogare.vt in l.j.ff.de ferijs.

1 *Quæ dicantur causæ consistoriales,*

3 *In literis quæ dirigũtur in persona supplicantis, solet princeps per ipsum gratiam facere, non autem mandare q̃ per alium fiat: & quæ bulla imponatur tunc, & quod sigillum?*

4 *In contractibus priuatorum non subintelligitur clausula, si narrata uera sunt.*

LEX IIII.

1 SI qua. †Ista l.est canonizata xxv.q.ij.c. dicenti. ¶. si qua.& vide hoc in Spe.de instru.edi ¶. in stru.ver.Itẽ q̃ nõ est.et ver.qd ergo si dies. Et ad aliud qd̃ requirit ad hoc vt rescriptũ valeat: imò tria q̃ habeẽ in l.sacri affatus. Itẽ q̃ sit subscriptũ manu principis.vt ¶.l. proxima.& sit ibi nomẽ Imperatoris.vt in auc. vt ꝓponaẽ nomẽ imperatoris.& etiã sit subscriptio:vt in auc. vt diuinæ iussiones. ista tria nõ seruanẽ sic consuetudine.& semel vidi quendã doc. qui consulebat non valere rescriptum Imperatoris. qa non erat subscriptio sacri quæstoris, q̃ noluit subscribere.reperio tñ hoc fuisse dubitatũ Bononiæ tempore Iac.bu.& finaliter fuisse consultum ex hoc non vitiari:quia non est de consuetudine.

a ☞ *Imperator potest conferre dignitates alicui non habenti, faciendo eum comitem uel militem.*

3 *Quòd disputare de potestate principis utrum bene fecerit uel non, est crimen sacrilegij & qui ponunt tales exceptiones infamantur, & puniuntur.*

LEX V.

1 SAcrilegij. No.hic in ¶.[diuinis.]†qa rescriptũ imperatoris dicitur res diuina.qa est deus in terris.vt no.ĩ l.iubemus nullã.¶.de sac.san.eccl. & in l.imperialẽ.j.de nup.Itẽ no.in ver.[dignitatibus.] q̃† Imperator põt conferre dignitates alicui non habenti. vt faciat eum comitẽ vel militẽ:q̃ declara plenè per Bart.j.de digni. 3 l.j.li.xij.Item†q̃ disputatur de potestate principis, vtrũ bene fecerit vel non,est crimen sacrilegij:vt j.de cri.sacrile.l.ij. ideo qui ponunt tales exceptiones infamantur,& puniuntur.vt ¶.de leg. ij.in fi.quæ sic debet intelligi.

2 ☞ *Chartæ appellatione, etiam membranæ continentur.*

3 *Quis dicatur tyrannus?*

LEX VI.

1 COnditionis. †Fideicommissum conditionale potest pendente conditione remitti per pactum: & datum pro remissione non repetitur etiam conditione defecta. hoc dicit in effectu. Et quia est difficilis in positione casus, ideo ipsum pone sic: vt omnia remaneant clara. Quidam habẽs duos filios, quorum vnus vocatur Philinus, alter verò Licinius frõto, fecit testamẽtum, & eos æqualiter instituit & si contingat aliquẽ ipsorũ decedere sine liberis, alterũ superstitẽ substituit per fideicõmissum in dimidia illius quę cõtinet sex uncias, mortuo testatore cum Philinus nõ haberet liberos, nec spem habendi (qa fortè vxor eius erat sterilis) vidẽs q post mortẽ suam dimidia debebat peruenire ad fratrẽ deducta quarta trebellianica: puta vncia cum dimidia, de qua sola poterat testari, volẽs posse testari de pluribus, conuenit cum fratre de danda sibi de præsenti sextam partem illius dimidiæ: puta vnam vnciam, & ille quittaret eum de illo fideicommisso, & ipsum remitteret per pactum de nõ petendo, etiam si cõtingat illum decedere sine liberis: vt sic ille possit testari de quinq; vncijs. & ita factum est, quia ille Philinus tradidit sibi vnam vnciam.i.sextam partem dimidiæ, & per pactũ promisit nunquã petere amplius virtute testamenti, postea quic quid sequatur. deinde contigit quod vxor Philini mortua est. & ille recœpit aliam vxorem, de qua procreauit te filium: & postea mortuus est. Tu nũc vis repetere illam vnciam, tanquam indebitè traditam, vel ob causam quæ nõ est secuta. Nam si illa cõuentio facta nõ fuisset, cùm pater tuus decesserit te filio relicto: & sic defecit conditio fideicommissi, nihil ergo debebatur illi patruo tuo facta dicta conuentione: quia pater tuus illam vncia sibi tradidit pro remissione quam ab illo recipiebat, sed illa remissio videtur esse vana & inanis, postquam fideicommissum sibi nõ debebat cõditione defecta. Nam priuatio præsupponit habitum: & vbi nunquam subsistit debitum, remissio esse nõ potest. apparet ergo nunc q illa remissio nõ fuit necessaria: nec aliquid fuit operata. ergo dicta cõuẽtio de dando sibi illam vnciam videtur fuisse iniqua, & per cõsequẽs datio posit reuocari: tãquam facta ob causam quæ nõ est secuta. Et nũc apparet q̃ritur quid iuris. Imperator determinat cõtrarium, q nõ potest repetere: dicẽs q ista cõuentio nõ fuit iniqua, sed iusta. Nam fuit facta tempore quo pendebat fideicõmissum: & sic suberat spes, poterat enim cõtingere quòd cõditio existeret, quod pater tuus decederet sine liberis. Istam ergo spem abstulit tibi patruus tuus per pactum, intñ quòd si decessisset sine liberis, nõ posset aliquid plus petere. Nõ est ergo iniquum q licet decesserit cum liberis, possit retinere illam vnciam sibi datam ex eo quòd illi spei renũciauit. h.d. in effectu. †Et sic æqualitas est seruãda, vt sicut ille nõ posset venire cõtra cõuentionẽ si conditio extitisset: ita nec tu repetendo solutũ: licet conditio defecerit. arg.ad hoc.infrà, de vsu.l.si ea pactio ne. In text.ibi.[conditionis incertum.]id est, fideicõmissum sub incerta conditione relictum: vt patet ex sequentibus: & sic verbum conditio potest sumi pro toto fideicommisso conditionali, per quod dixit Barto.se consuluisse, cum testator filios suos instituisset tutos inuicem grauauerit per fideicommissum, quod si quis eorum prius sine liberis decesserit, eius portio deueniat in superstitem. Et postea in codicillis dixit, conditionem quam apposui filijs meis in testamento adimo vel reuoco: quærebatur an videretur reuocasse totum fideicõmissum, an verò conditionẽ dũtaxat remouisse, quam constat remoueri posse stante etiam fideicõmisso, vt l.iij.§.cõditio.ff.de adi.leEt determinauit ipse quod videatur reuocatum totum fideicommissum: & sic verbum illud conditionis ponatur pro toto fideicõmisso conditionali: nõ est extranea expositio: vt patet per istum text. & ad hoc dicendum mouetur. q si staret propriè remaneret fideicommissum reciprocũ purum hincinde, & sic esset inutile: quia tantùm reciperet quis à fratre, quantùm sibi daret incontinenti, vt l. ab omnibus.§.si Titio. in fi.de legat.j.Bald.addit. Nam hoc quando verba proferuntur ab eo qui nec erat obligatus: nec obligatio erat quęsita: quo casu si resultaret inconueniens de quo suprà, quia remaneret fideicõmissum inutile, debet exponi vt dictum est. aliàs deberet ꝓpriè & strictè sumi pro sola conditione. Vnde si testator legauit tibi sub conditione, postea in codicillis dicat conditionem quam apposui tibi reuoco, sola conditio esset reuocata: & remaneret fidei commissum purum, nec aliquod inconueniens resultat: sicut resultaret quando esset fideicommissum reciprocum. Si verò proferantur verba ab obligato, vt si eras mihi obligatus sub cõditione, postea dixisti remitto & renuntio illi conditioni, an reddatur obligatio pura? not.in l.lecta.ff.si certum peta. Sed si ego creditori remitto, videor totum debitum remittere. In text.ibi. [non iniquis rationibus.]Hic dicit Cy. imò æquis, & quidem tribus. Primò, quia fideicommissum erat relictum in fauorẽ istius Frõtonij: ergo poterat ei renuntiare. vt in l.si quis in conscribendo. infrà eodem. Item quia tollitur votum captandæ mortis. Nam amodò non sperabit in morte fratris. ergo &c.l.fina.j.eod.titulo. Item tollitur inuidia inter fratres. ergo &c.l.cum pater.§.euictis. ff.de legatis ij.& ibi in gloss.j.& l.cùm oportet.§.primo. infrà, de bo.quæ libe. †Nota. ergo, & ad hoc allegatur, quod ius vel fideicommissum de futuro seu cõditionale potest per pactum remitti: & operatur ista remissio duo. vnum de præsenti, & statim: qa tollit spem quam remittens habebat: & erat à iure approbata. nã & illa spes dicitur esse aliquid in rerum natura. Vnde potest donari: vt in lege spem.infrà, de donat. & venditio. vt in lege, si iactum rhetis.ff.de actio. empt. ergo & remitti pro aliquo dando de præsenti, vt hic. Secundò operatur in futurum si contingit illam spem deuenire ad rem. Quia ista conditio non tollet tunc illam rem, id est, ipsum fideicommissum. Et istum effectum non habet remissio de præsenti. Sed demum conditione impleta: sicut

sicut & sti pulatio puta interposita super cõditionali animo nouandi: quia a nõ habet effectum nouationis, nisi cum eõditio existeret: vt in l.quoties.de noua. Quãtùm ergo ad primum effectũ tollendi spem remissio est purà. sed quantùm ad secundum tollendi rem est cõditionalis, sicut & ipsum fideicõmissum. & si cõditio nõ existeret, sicut fideicommissum haberetur pro nõ facto: ita & prædicta remissio. Ad istud autẽ notabile quòd nõ valeat remissio pendente cõditione, & sic non tollat spem de præsenti, nec tollat rẽ de futuro, si cõditio postea existat: imò ea nõ obstante posit peti fideicommissum. tendunt oppo. gl. mag. ab illo ver.
4 [sed videtur.]vsq; ad ver.[quintò.]†Secũdò not. ex fi. q promissio de dando sextantẽ de præsenti etiam datione subsecuta: licet in tex. de datione nõ fiat mẽtio, sed glos. sic intelligit, nõ reuocatur nec retractaẽ. licet cõditio fideicommissi defecerit: & per consequẽs etiam defecit remissio quantũ ad secũdum effectũ: quia habetur pro nõ facta quantùm ad illum: vt §. dixi. Et cõtra illud notabile tendit oppositio quam format glo. in illo ver.[ibi pactum &c.]& etiam principium gl. vsq; ad ver.[sed videtur.]nam vide baẽ cõtrarium: quia illa promissio & datio fuit facta ob causam quæ defecit. Aut enim facta fuit propter carentiam liberorũ, & defecit susceptis liberis, aut propter remissionẽ sibi factam. & illa etiam defecit: & pro nõ facta habetur, postquam defecit fideicommissum: quia nõ potest operari secũdum effectũ. de quo §. dixi: sed cõtrarium est, quia saltẽ nõ defecit effectus primus. quia sustulit spem incõtinenti quæ erat aliquid de præsenti: intantùm q amodo nõ poterat deduci spes ad rem. etiam si cõditio existeret: & propter hoc nõ dicitur defecta causa propter quam facta fuit ipsa promissio vel datio. Et propter hoc clarius quã gl. dicat remaneret declaratũ istud cõtrarium super quo cõsistit tota sub-
5 stantia & dubitatio huius l. † Pro declaratione ergo primarum op. distingue tres casus. nam interdũ habeo ius de præsenti: & sic in re. Interdũ de futuro, & sic in spe probabili de iure, puta cõditionale. Interdũ non habeo in re, nec in spe: sed in possibilitate, sup qua spes à iure nõ approbatur. puta q possim alicui vtuenti succedere ex testamento, vel ab intestato. Nam spes succedẽdi nõn approbatur à iure, propter votũ captandæ mortis: vt l. post emãcipationem.ff.de li.leg. de primo & vltimo nõ loquitur ista l. sed tantũ de secũdo dic tamẽ in primo pro ampliatione materiæ volentium repetere, quod aut illud ius de præsenti est mihi acquisitum ex dispositione legali, sine vel citra meã volũtatem. Pone exemplum in hæreditate mihi delata. Nam statim acquiritur mihi etiam ignoranti ius adeundi. Item in legato, in quo statim mihi ignorãti acquiritur actio ex testamento, & etiã dñiũ si testator erat dñs: vt in l. cũ pater.§.surdo.ff.de lega.ij. vel si aliquis gessit negotia mea me ignorante: quia acquiritur mihi actio. neg.gest. etiam ignoranti: vt plenè not.in l.Pomponius.ff.de neg.gest. vel si aliquis mutuauit tibi nomine meo pecuniã suam: vt l.certi cõdictio.§.si nummos.ff.si cert.peta. Et tunc si dico quòd per simplicem renuntiationem vl̃ potius repudiationem etiam parte absente: & extra iudicium possum illud ius à me abdicare: & erit perinde ac si mihi non fuisset delatum: vt infrà, de repudia. hære. per totum. & l.seruum filij.§.j.de legat.j.& si certum pet.l.proinde. Si verò erat quæsitum meo consensu vel voluntate, & sic perfectè, tunc aut erat ius possessionis: & possum illi renuntiare nuda voluntate mei solius: vt l.iij.§.iij. admittenda. ff. de acquirẽda possess. & dicitur renuntiatio potius quàm repudiatio. Et in hoc differt à præcedẽti. Aut erat ius dominij: & tũc secus nisi habeat
☞ rem pro derelicta. vt in l.si quis vi.§.differentia.ff.de acquirẽda possess. Aut erat ius personalis obligationis: & idem vt nulla voluntate mei solius non possim ei renuntiare, vel à me abdicare, sed requiritur pactum: & sic cõsensus vtriusque debitoris, & creditoris, quemadmodum & contracta fuit: vt in l.prout quisque. de solu. Nam & si cuidam tertio promitterem non petere à te, nõ oriretur tibi exceptio pacti, vl̃ etiam in factum: nisi recepisset tuo nomine, & tu ratum haberes: vt plenè nota. in l. non solum.§.si
6 liberationis verba. de liber. lega. †In secundo casu, quando est ius de futuro conditionale. & in spe. approbata à iure, constat quòd per pactum de non petendo in quo est consensus vtriusque, potest tale ius remitti. Et hic est casus in princip. huius l. quòd per simplicem renuntiationem meam non potest remitti. vt in l.si ita scriptum.§.si sub conditione. de legatis secundo. nisi facta fuerit parte præsente & acceptante: quia tunc habet vim pacti per l.tale pactum.in prin. ff.eo.tit. vel a nisi facta fuerit in iudicio iudice eam recipiente: quia tunc etiam haberet vim pacti, quia recipit pro absente, vt in l. in plurib. & ibi no.ff.de acqui.hære. & l.j.de cur. bo. dan.ff. Rationem diuersitatis ponit hic gl. in vers.[& potest.]Sed clarius dic q pactũ principaliter tendit ad obligandum creditorem: quod facere potest, etiam si ius non habeat de præsenti: licet repudiatio tendat principaliter ad abdicandum à se ius quod habet. Sed pendente conditione nullũ ius habet in re. vt l. cedere diem. de ver. signi. ergo non põt illud à se
7 abdicare. quia priuatio præsupponit habitum. † Circa tertium casum, dicendum est quòd nec per pactum, nec per renuntiationem potest tale ius remitti de iure ciuili. vt j.eo.l. pactũ quod dotali. & ff. de acqui.hære. l. qui superstitis. Sed de iure cano. va-
a let pactum* si interueniat iuramentum: vt c. ij. de pactis. libr. vj. Vel dic quod iuramentum non validat pactum, sed est de se seruandum officio iudicis ecclesiastici. & etiam secularis: vt ibi. & in c.fi.de excep. & c.mulieres. de iureiurã. lib.vj. Et idẽ si ille de cuius hæreditate tractatur, erat mortuus: tñ ignorabatur. vt j. de capti. l. nec nos. quæ est notabilis ad hoc: & per prędicta remanent expedita oĩa contraria glos. vsq; ad ver.[quintò.] Excepto cõtrario de l.j.§.quod ait. ff. quorũ leg. per quẽ videtur nõ posse remitti etiam per pactũ. Sed dic q ibi nec fuit pactum, nec fuit renuntiatio, sed fuit quædam licentia vel consensus ab hærede tempore quo dare nõ poterat scilicet ante aditam hæreditatem: quo tempore nullũ ius habebat in bonis hęreditarijs. vnde poterat dare licentiam legatario de ingrediendo, nimirũ si post aditã hæreditatẽ habet interdictũ quorũ lega. cui per pactũ non renũtiauit. & q post aditam hæreditatẽ nasci incipit, & etiam aliud contrarium. q hoc pactũ erat contra voluntatẽ defuncti, & sic videbatur esse contra. l. & per consequẽs non valeret. vt j.eo.l.pacta. Sed respondeq; etiã si testator expresè inhibuisset fideicõmiss. quod non remitteretur, tamen valeret remissio: quia hoc nõ concernit nisi fauorẽ prohibiti: cui potest renuntiare: vt in l. filiusfa.§.diui. de leg.j.& l.quoties.j. de fideicõ. & j.eo.l. si quis in conscribendo. Sed q̃n inhibitio. l. vel testatoris tenderet in præiudicium alterius quàm prohibiti: tunc procederet oppositio glos.
8 † Restat vltimò vna quęstio, quam glo. format in fi. & propter eam semper remittitur ad istam glossam, & in multis locis allegatis in titul. de tranſact. videlicet quòd si iste Philinus non tradidisset istum sextantem, sed promisisset, & Frontonius per pactum remisisset fideicõmissum. An posset nunc vel etiã viuente Philino dictus Frontonius petere dictũ sextantem. Et sic patet qd̃ gl. intelligit istũ textũ q̃n Philinus iã tradiderat, & filius eius volebat repetere. licet in textu hoc nõ dicaẽ expresè. Glo. in ista quæstione distinguit. nã aut Philinus promisit talẽ sextantem: si Frõtonius faceret sibi pactũ de nõ petẽdo fideicõmissum, vt si ipsum fideicõmissum remitteret per acceptilationẽ, vel alio mõ; vel ꝓmisit sub modo, vt fieret sibi pactũ, de non petendo, vel remissio: & tũc statim facto pacto vel remissione videretur impleuisse conditionẽ vel modũ perfectè, & per cõsequẽs posset agere act. præscri. ver. etiam si promissio de sextãte fuisset facta per pactum nudũ: quoniã habita relatione promissionis ad conditionem vel modum, resultat contractus innominatus do vt facias: in quo parti quæ perfectè impleuit datur actio præscri. ver.
9 vt in l.naturalis. de præscrip. verb. † Aut promisit dare sextantẽ hoc modo. promitto si non petieris, vel vt non petas. & tũc licet fecerit pactũ de non petendo, vel acceptilationem: & sic nõ posset petere de iure: quia saltẽ remouetur exceptũ: tamen quia potest petere de facto quouisq; viuat, non videtur impleuisse contractũ perfectè: quia illa verba si non petieris vel vt non petas, intelliguntur scilicet nec de iure, nec de facto. Et primum potuit perfectè impleri: secundũ nõ quouisq; viuat. & ei qui nõ perfecit ex parte sua cõtractũ innominatũ nõ daẽ ac. præscri. ver. qũo ergo subueniret sibi. Rñdeo si promissor recusat dare cũ cogi non possit, repeteret ille liberatus & petet illũ reponi in pristinã obligationẽ si liberauit per acceptila. Sed si p pactũ qd̃ act. nõ tollit ipso iure, aget act. ex testõ ad fideicommissum. Et si excipietur de pacto, replicabitur quod non seruanti pactum nõ est seruan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ☞Ex tenore. adde diffuse in ista materia post cum per do. Fe. in d.c.ex tenore.

dū. vt j.e.l.cùm proponas. Et dicit gl. quòd nec præstādo cautionē Mutianā de nō petēdo videt perfectè implere illi qui tenetur nō petere: qa illa cautio solū habet locū in vltimis volūtatibus. hęc sunt quæ voluit gl. subtiliter. & per oēs Doct. approbat. recipit tn vnā limitationem, qa nō procedit qn promissio de sextāte fuit nuda per simplex pactū. nam tūc ex ea nō datur actio: vt in l. iurisgētium. §. igitur nuda. ff.e. nec etiā dat actio ex cōtractu inominato resultante habita relatiōe prędicta promissiōis ad cōditionē vel modū, nisi ei qui perfectè impleuit: sed si promissio fuisset facta per stipulationem, quæ sola sufficit ad actionem producēdam, bn posset agi ex ea sola certi cōditione, licet nō perfectè impleuerit: quia sufficit impleuisse prout put tuit. ad hoc vt agere possit ex cōtractu noīato: sicut est stipulatio licet nō sufficiat vt agere possit ex contractu innominato, q est debilior: ita videt sentire hic Cy. licet aliter videat loqui in l. siue apud acta. j. tit. j. in quinta oppo. in addi. Sed Bal. hic tenet primā opi. pro qua dico esse casum. j.e.l. cum proponas in ij. ibi dum dicit si tibi stipulatiōe nō prospexisti, ex cōtrario sensu. Nam ex cō tractu nominato possum agere si impleui eatenus quatenus potui, licet nō perfectè: vt si tibi vendidi vsumfructum. Nā nō possum tradere, nisi patiēdo te vti frui. & ista patiētia nō potest præstari perfectè quousq; viuo: quia licet præstē hodie, possum cras nō p̄stare. & tn nullus negabit quominus possim petere pretiū: ac si pfectè tradidissem. secm Bald. qđ est multū vtile & subtile.

2 §☞Licet in emptores transeant actiones quas habet hæres venditor contra debitores hæreditarios saltem utiles, actiones tamen passiuæ quas habent creditores contra hæredem non transeunt, & quare?

LEX II.

1 POst venditionem. †Si creditores hæredi tarij cōueniāt emptorem hæreditatis, & ille spōte subeat iudicium, censetur pactum factum de non petēdo hæredi. h.d. Ad euidentiam præmitte q si hæres vendit hęreditatem, actiones passiuæ nō transeunt in emptorem, sed remanent apud ipsum: quia ipse emptor ius nō habet in illis actionibus: qm̄ sunt creditores. & sic hæres tenet directa actione: sed actiones actiuæ bn trāseūt. Scias tn̄ q si vēditor cōuentus à creditoribus hęreditarijs quicquā solvit, repeteret ab emptore pac. neg. ge. l. ij. j. de hę. vel ac. vē. In tex. ibi. [à te.] supple hęrede. † In text. ibi. [[spontanea susceptisse volūtate.] subaudi & fuerūt cōdemnati isti emptores, sed reperiunt nō esse soluendo. vñ volūt isti creditores redire ad hæredem, qui per vēditionem hæreditatis non fuit liberatus ab eis: licet enim in emptores trāslerint actiones quas habebat hęres vēditor contra debitores hæreditarios, saltem vtiles. vt in l. ij. j. de hæredi. vel actio. vendi. actiones tamē passiuę quas habebant creditores cō tra hæredem, nō transiuerūt: & quę sit ratio. dic vt in d.l. ij. Tādicitur hic, q ad hæredem redire non poterunt: quia postquam isti emptores sponte subierūt iudicium, censetur esse factum pactū de non petendo illi hæredi. Ex quo datur sibi exceptio. Sed quo modo si ille hæres erat absens, & in pacto requirit volūtas vtriusque. So. verum est in pacto expresso, sed in tacito & legali secus: quia consensu resultat ex actu gesto inter creditores & emptores hæreditatis, ideo non requiritur consensus partis cui acquiritur. ad hoc semper alleg. ista l. contra quam opp. Dy. de l. tale pactū. §. si post. ff. eodem solu. hic egerūt isti creditores: ibi non egerunt, sed solutionem à spōte soluente recoperunt. & per hoc non videntur pactum fecisse. quod tene menti.

3 ☞Seruus potest tollere obligationem domini recipiendo solutionem, si contractus fuit celebratus per eum.

LEX III.

1 SEruus. †Seruus nō potest per pactum remittere actionem competentem domino suo. h. d. Et hoc est verū: siue sit acqsita dño ex suo, prio cōtractu, siue ex cōtractu serui: hoc tn̄ scdo casu si tēpore celebrati contractus seruus apponeret aliquod pactum prætiale domino, illud esset seruādum: quia ius nō erat adhuc perfectè quæsitum domino. & in quērendis potest præiudicare. nā acquiritur cum illo pacto; & hic est casus in l. si autē domini cā. ff. eodem titu. & vide l. prece. ibi, scilicet l. contra iuris. §. si filius. vbi plenè declaratur ista materia. In text. ibi. [causam domini facere potest.] Nam bene potest facere sibi fieri pactum à credito re domini ne petatur à domino, & acquirit domino exce. pacti: 2 sed econuerso quòd dominus non petat, pacisci non potest. † In text. ibi. [reformare.] subaudi vel tollere. non ergo seruus potest nouare obligationem domini: sicut nec facere pactum de nō petendo. bene tamen pōt eā tollere recipiendo solutionem, si contractus fuit celebratus p eum. vt in l. quod seruus. ff. depo. secus si per dominum. vt in l. si vnus. post prin. ff. eod. tit. In gl. magna. ibi. [[secus in acquirendis.] dic quia potest non acquirere domino, vel acquirere cum aliquo pacto præiudiciali. quod est seruādum: vt s. dixi. In gloss. ibi. [[Item in dominicis.] dic appellat dominica ea quæ non sunt seruo concessa in peculio. Nam etiam concessa dominica sunt, tamen sunt pecuniaria & commissa administrationi serui. ideo magis in illis potest præiudicare domino. & imputet sibi cur commisit. In gloss. ibi. [[in re autem peculiari facit deteriorem & c.] dic hoc intellige quando habebat liberam administrationem peculij. aliàs secus. sed nec tunc cū habet potest in omnibus, imò excipiuntur aliqui casus. quos gloss. j. subijcit, qui videntur exceptuati de generali administratione: & cum libera. & not. gloss. & signa eam.

2 §☞Exceptio oriens ex hac renuntiatione litis motæ dicitur exceptio litis finitæ. Non dicitur propriè renuntiatio quæ consistit in solo consensu renuntiantis tantùm, ni si etiam adsit consensus alterius partis: & an talis consensus requiratur? & nu. 6.

3 Vnde procedit quòd qui renuntiat liti motæ uidetur etiam renuntiare iuri quod habet, & quod in iudicium deduxit, cum uerbum lis ponatur solùm pro instātia? & nu. 4.

4 Differentia inter iudicium, instantiam, causam, uel actionem in iudicium deductam, & litem.

5 Ius qualiter sumatur hic? duobus modis.

6 Si actor renuntiauit liti motæ, an talis, renūtiatio ualeat quominus possit reus petere q procedatur in causa?

LEX IIII.

1 POstquam liti. †Qui renūtiat liti mortę, videtur renuntiare tā instantiæ q̄m etiam iuri quod in iudicium deduxit. h. dicit. Ista l. habet materiam multum inuolutam ad quam omnino 2 vide quod habetur in c. ex tenore. de rescrip. & quod ibi no. per Moder. s. per d. Ant. de Bu. qui dicit tria circa intellectum huius l. per illum tex. Primò q videt renūtiare liti, dicendo, nolo amplius litigare. Item q ista renuntiatio potest fieri etiam altera parte inuita. Itē tertiò quòd ista l. habet locum post litem motam, id est, contestationem factam: & tūc videtur renunciare iuri, & sic toti causæ, sed si non esset cōtestata: quia tunc ius adhuc in iudicium non est deductum, non potest dici sublatum per hanc renuntiationem: sed certè de his duobus dic, vt j. dicam super gloss. quia magna est altercatio inter doct. Dicit etiam per hanc l. limitari authē. qui semel. j. quomodo & quando iud. quæ vult quòd actor nō possit renuntiare inuito reo: quia illa loquitur quando vellet renuntiare instantiæ duntaxat, vel differre prosequi. Sed quādo toti causæ & iuri in iudicium deducto, nō habet locum illa auth. sed ista l. vt possit parte inuita. Sed de hoc etiam dic vt j. dicam. Veniamus ad casum. Ego moui tibi litem super aliquo prædio, agendo cōtra te reivē. postea renūtiaui isti liti, dicēdo non amplius litigare, vel agere: sed volo renuntiare isti liti: postea volo facta renūtiatiōe iterū intētare act. cōtra te. Et dicit Impera 2 tor, quod nō possum. † In tex. ibi causam finitam: dic per istū tex. dicūt doct. q exceptio oriēs ex hac renūtiatiōe dicitur exceptio lit. finitæ sicut exceptio trāsactiōis iurisiurādi. & rei iud. ideo impedit lit. cōtest. quia potest opponi ad initium iudicij. ne quis cogatur libello respōdere sicut & illæ alię de q̄bus. s. vt in c. j. de li. cō. lib. vj. Et hoc etiam sequit aliud q si ista renūtiatio esset facta ob causam de futuro, & sic resultaret cōtractus inominatus etiā re integra ab altera parte. i. causa nōdū impleta, nō haberet locū pœnitentia per l. fratris. j. tit. j. licet in alijs contractibus innominatis qui nō tēdunt ad litem finiēdam locum habere possit. vt in l. si pecuniā. ff. de cōdi. ob causam. In glos. ibi: quā iuri. Intellige, id est, actioni intētatæ, nō autem intelligas q si intentauit rei vēdi. per hāc renūtiationem perdiderit dn̄ium rei: & sic acquisitū reo: imò adhuc remanet penes actorem. per l. si pro fundo. in fi. j. tit. j. Et ita intelligit Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. possess. super secunda lect. vbi omnino vide. nec etiam intelligas quòd actio siue sit rei vēdicatio: siue actio personalis: sint sublatæ ipso

tæ ipso iure, postquam remāsit penes actorem dominium, vel si erat actio personalis, remansit ciuilis obligatio: sicut post pactū de non petendo. in cuius virtute remaneret etiam actio. vt no. in §. pactus ne peteret. l. si vnus. ff. e. sed aduersus dictas actiones pa a ratur exceptio pacti. per istam l. ideo situatur in hoc tit. aliàs non cōgruè staret. Et ex hoc sequitur determinatio ad aliud de quo in alia gl. scilicet q in hac renunciatione requiritur consensus alterius partis: aliàs non posset dici pactum quod consistit in consensu duorum. Et sic non est propriè renunciatio quæ cōsistit in cōsensu renunciantis tantū. vt no. in l. j. ff. e. nō enim pōt à se abdicare actionē perfectè acquisitā sua volūtate per nudā volūtatem suā. vt l. Pomponius. la j. ff. de neg. gest. & dixi in d.l.j. † Sed 3 nūc est videndū super ista glo. vñ procedit ista renūciatio iuris. nā verbū lis ponit pro instātia. vt l. cū lite mortua. secundū vnū sensum. ff. iudi. sol. & instantia est diuersa à iure cū consistat solo structu & ordinatione processus, & regula est quod renūciatio vel pactū factū super vno ad aliud penitus diuersum non extenditur: vt l. si vnus. §. in summa. & §. ante omnia. ff. eo. Dixit Bar. b timore huius cōtrarij, q̄ ista renūciatio iuris, puenit nō ex ꝓprio significato litis, quia nō cōprehendit super verbo litis. sed ratione cuiusdā necessarij prœambuli. nā qui renunciat vni, videt etiā renunciare alteri sine quo prima renunciatio non valeret. vt in l. illud. ff. de acqui. hære. Sed iure isto soli instātiæ post lit. cōte. nō * posset renūciari: quia lis per hoc nō finiretur. & patet ex notatis in l. edita. §. de eden. vbi non potest fieri mutatio vel emendatio post lit. conte. Sed instantiæ & causæ seu iuri bene poterat renū ciari etiam isto iure quia per hoc finiebatur lis, & reus erat securus: sicut si obtineret sententiam diffinitiuā. Cum ergo quis post litis contesta. renunciat liti seu instantię: quod idem est: & sic credendum q velit renunciationem valere, & valere non potest ni si renunciet etiam causæ seu iuri. vt sic totum finiatur. sequitur ad renunciationem litis seu instantiæ renunciatio etiam causæ: seu iuris ex præsumpta mente renūciantis. Sed si apparet de cōtraria volūtate, tunc nec ius esset renūciatum: quia non vult. nec sola instātia. quia nō potest: ita intelligit ipse hāc l. & malè: & reprehēditur per Bal. & meritò. etiā per domi. Rapha. sequentem Bal. quia facit malū fundamētū dum dicit quod isto iure actor post lit. cōte. nō poterat renūciare soli instātiæ. nam hoc est falsum: cū posset differre & negligere prosequi: & permittere instā tiam finire: nec poterat cōpelli per reum ad ꝓsequēdum, nec cōtrahebatur hermodiciū vt posit peruenire ad diffinitiuā. vt l. & post edictum. §. j. ff. de iud. & ideo facta fuit auc. qui semel. j. qūo & qñ iudex. nec aliquid faciunt notata in l. edita. quia ibi nolebat renūciare instātiæ: sed emēdare vel mutare, & prosequi eundem libellum, & super eo sentētiam obtinere. nam illud fateor q face re non poterat: nec olim nec hodie per rationes ibi notatas. sed permittere instātiam perire. & per cōsequēs illi renūciare etiam inuito reo poterat olim. hodie non per illam auc. qui semel. ergo renūciatio iuris nō est necessarium prœambulum ad renūciationem instātiæ. Præterea negare nō potest Bar. quin reo consentiente etiam hodie posset renunciari soli instantiæ: sed l. illud. loquitur quando nullo modo poteratvni iuri renunciare: quin re4 nunciaret per prius alteri. † Aut ergo reus acceptat renunciatio nem instātiæ vel litis, quod idem est secundū Bar. & tūc ex pro prio significato nō extenditur ad renūciationem iuris: nec ꝓpter necessarium prœambulum. Aut nō acceptauit, & tūc nō valeret hodie renūciatio: sed olim sic ad solam instātiam: dic ergo quod istud procedit ex proprio significato verbi litis, quod importat duo, scilicet ipsam instātiam. & etiam ius in iudiciū deductū. & hoc voluit ista glos. & etiam oēs alij doct. & sic est dare quatuor alia vocabula, scilicet iudiciū. quod cōplectit totū. & incipit à citatione. vt no. s. tí. ꝓxi. super rubrica. Itē instātiam: & ista importat dūtaxat exercitium. & incipit in conte. litis. vt j. de iudi. l. properandum. post prin. Item ius seu causam, vel actionem in iudicium deductam. & ista etiam incipit à cōte. & ante conte. nō dicitur in iudicium deducta. vt no. glos. in l. fi. §. illud. j. de temp. ap. & j. ti. j. in l. causas vel lites. Itē habemus quartū vocabulū, scilicet lis. & ista cōprehēdit tam instātiā quàm causam. & similiter incipit in conte. vt in c. ex parte vestra. extra de ver. signi. Meritò renūciatio litis comprehēdit tam instātiam quàm etiā ius vel causam. & hæc est veritas quàm voluit ista glo. notabilis. In glo. seq. mag. in princ. ibi. lite tantùm mota nocet & c. Intellige mota, scilicet per conte. nā tunc incipit esse lis & a instātia & causa: vñ cū ista tria sint de præsenti, possunt tolli per simplicē renūciatiōnem, etiā in qua altera pars nō cōsensit. ga iuri de præsenti pōt renūciari. & sic dū glo. dicit nocet intellige, scilicet vt videatur renūciatum instātiæ & iuri: & habeat locum quod hic dicitur in tex. sed si adhuc nō est cōtesta. nullum istorum dicitur esse de præsenti. sed de futuro. Ideo nō sufficeret sola renūciatio facta parte absente: sed requireretur pactū, & sic consensus alterius partis. & per cōsequēs eius præsentia, vel alterius qui reciperet pro ea & hęc est intētio glo. Per quod patet q glo. hanc l. intelligit in simplici renūciatione quæ nō habeat vim pacti, quod etiā statim clarius declarat dū dicit q nō curat an pars fuerit præsens vel absens: nō ergo valeret renūciatio facta parte absente si lis nō erat cōte. secundū glo. sed cōtra. quia saltem ius actoris erat de præsenti, scilicet actio: ergo poterat ei renunciari. b Solu. dicit Iaco. Bu. q̄ per renūciationem li. b videtur tacitè renū ciatū iuri. si ergo nō valet expressum, scilicet litis renūciatio. quia lis adhuc nō est: nō valet tacitum, scilicet renunciatio iuris. licet 5 illud sit de præsenti. † Vel dic quod ius sumitur hic duobus modis, scilicet in abstracto prout adhuc nō est in iudiciū deductū. Item in cōcreto postquam est deductum: nam tūc comprehēditur sub isto ver. causa qñ aūt renūciatur liti iam motæ per conte. renūciatur iuri. prout est in cōcreto: quia cōprehēditur sub ver. causa. nam tūc etiam dicitur esse causa. nō autem prout est in abstracto. & sic cessat obiectio. Bar. dicit q ista procedunt iure isto: sed hodie licet lis nō erat cōte. si tamē datus erat libellus, & parcitata, nō potest actor renūciare instantiæ etiā futurę, nec etiā ei quod est gestum de pręterito per auc. qui semel. nisi vellet etiam renūciare iuri per quod finiretur causa: & ideo si simpliciter renūciaret, cēseretur renūciasse instātiæ & iuri: ad hoc vt valeat renūciatio: nisi de cōtraria volūtate appareat. sed istud dicīt suum fundatur in falso fundamēto. de quo s. dixi. Ideo nō est curādū. Bal. tamē dicit q etiā si lis nō erat cōte. licet per renūciationem nō tollatur instātia, quæ adhuc nō est: imponitur tamē obstaculum ad instātiam futuram. quia nō poterat postea eam inchoare parte inuita, dicēs q ista glos. nō vult dicere q nō valeat. sed qđ non operatur illum effectum ante contestationem quam opera tur post: quia post operatur duplicem effectum. Tollit enim instantiam quæ est de præsenti, & etiam ius: sed si non est contestata, nō tollit aliquid de præsenti. sed inducit impedimētum ad futurum. ista eius verba parum mihi placēt. nō enim respōdent ad fundamētum Iac. But. quia si nō valet quó ad id quod est de præsenti: quia nihil est: non potest valere quó ad id quod est de futuro. Alb. dicit communiter teneri q valeat etiam ante lit. cōte. Et sic vides magnam perplexitatem in dictis doctorum. Breuiter intelligēdo hāc l. prout dixi quod nō loquatur de propria renūciatione cōsistente in volūtate vnius tantū, sed de illa quæ habeatvim pacti: cum vt cōueniat cum ti. in quo est situata, tum etiam quia ius actionis perfectè acquisitum ex sui volūtate nō potest à se abdicari nuda volūtate sui tātùm. vt etiam tetigi in l. j. §. eo. tūc nō est curādum an sit lis cōte. vel nō: quia per pactum potest renūciari ei quod est: vel esse de futuro speratur. & sic teneo id quod dicit Alb. e. si autem fieret parte absente, Iac. But. tenet cōtra glo. q nō valeat. siue esset lis cōte. siue non. nisi absens haberetur pro præsente: vt quia esset cōtumax. Idem sentit Bar. addēdo: vel nisi facta esset coram iudice pro absente & recipiēte, & sic quādo pars esset præsens, posset fieri ista renūciatio etiā extra iudiciū, & sine præsentia iudicis. quod no. Bal. sentit cōtrarium, dicēs q differētia debet esse inter renūciationem & pactū. Sed cum reuerētia nō subtiliter cōsiderauit. & etiam dicit aliud in quo videtur subijpsi cōtrariari. videlicet q nisi pars cōsentiat nō acquiritur sibi ius vel exceptio ex ista renūciatione, nō tamē requiritur eius præsentia secundū eum: sed sufficit q quādocūq; sciat ratificet. Certè si hoc est, ergo requiritur vel eius præsentia, vel alterius qui pro eo recipiat. aliās etiā si hoc audito acceptat, sibi nō requiratur ius. per glo. quæ est in l. illud. s. de sac. san. ecc. Et tamē ipse vult cōtrariū, q nō requiratur præsentia, quod est intelligēdum nec sui nec alterius recipientis pro ipso. aliās nihil 6 valeret dictū suum. † Breuiter aduerte clarius & subtilius quā ipse loquatur. q aut interest ipsius rei q procedatur ad sententiā

c Renunciationem. Adde glo. in c. significauit. de testi. Ant. de But. in c. causam. el j. eo. titu.

b Litis. Adde Geor. Na. in rep. c. quātis. de pactis. lib. vj.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 ¶Iuramento. Adde doc.i c. cũ cõtingat. de iureiu. Doc.i.c.ii. licet mulieres.eo.titu. lib.vj.

6 ¶Inter virũ & vxo. Adde Ioã. de imo. in rep.c.cũ cõtingat de iureiu. Abb.in c.fin. de do.iter vi.et vxo. & circa hoc adde cũ de Paul.de ca.in cõs. Ixij. & cõ.lxij.ij. par te cõsiliorũ nouorũ. Ale.i imo.i cõ.viij. & i cõ.clvij.i ij.vol. Roma.i cõ.xciij. & in cõs.ccxciij. Abb.i cõ.lxxxviij.i ij.vol. & Frã.de are. in suo cõs.i.xxiij. Cur.

& q̃ non desistatur à lite.per ea de quibus habetur in l.vtiq̃.ff.de rei ven.vel quia renuntiatur soli instantiæ,non iuri:& sic nõ finitur lis.& tunc reo non consentiente nõ valet renuntiatio,quominus possit reus arctare actorem ad prosequẽdum litem: quousq; perueniatur ad sentẽtiã diffinitiuam q̃ authẽ.qui semel.aut non interest ipsius rei q̃ fiat prosecutio,seu q̃ procedatur in causa:& tunc aut quærimus an valeat renuntiatio sine voluntate eius,quantum ad hoc vt actor non cõpellat prosequi si nõ vult, & dico q̃ valet.ar.in l.si reus paratus. ff. de procu.vbi reus non compellitur litigare, si vult soluere:ergo & eodẽ modo actor non debet compelli prosequi si vult renuntiare & reus ex hoc nullũ dãnum patitur. & ex toto quantum ad istũ effectũ valet renuntiatio,etiam facta parte absente & non consentiente,& nullo pro eo recipiente. Aut quærimus an valeat quantũ ad hoc vt ipsi reo acquiratur ius exceptionis,per quod possit repellere actorẽ volentem reinchoare litem.& in hoc stat substãtia huius.l.in quo dico q̃ requiritur volũtas rei,sine qua nõ potest sibi acquiri,& per cõsequẽs requiritur eius pũtia,vel alterius recipientis pro eo, vel nuntius , aut epistola.per ea quæ no.in l.consensu.ff.de ac.& ob.Et non curo si alterum istorũ interuenit ante lit.contest.vel non.cum habeat vim pacti.& ista faciunt te intelligere hanc l.difficilem in sui materia malè per Doct.declaratam.

3 fina.j.de pact.pig.& de hoc dic per Barto.j.eodẽ.l.fina. † Et dicit hic Bald. quòd non dicuntur contra bonos mores de iure canonico nisi illa quæ inducant ad peccandum.Sed de iure ciuili etiam si non inducant ad peccandum, alia tamen ratione possunt dici contra bonos mores.vt patet in do.inter coniuges.quæ dicitur esse contra bonos mores alia ratione quàm peccati.vt in l.j.cum seq.ff.de do.inter vir.& vxo.& ideo remanet dubium satis difficile.qualiter intelligatur illud.c.non est obligatorium:an de his quæ sunt cõtra bonos mores de iure canonico tantùm:an
4 de his quæ etiam de iure ciuili. † Et si dicamus q̃ primo modo
b tunc donatio facta inter vir.& vxorem.ᵇde iure canonico firmabitur iuramento.& si intelligatur secundo modo,nõ firmabitur. & in hoc articulo Bar. variauit. vt patet in notatis per eum in l. Seius & augerius.ff.ad l.fal.vbi eam iuramẽto firmari tenuit. & in l.j.de dona.inter vir.& vxo.vbi tenet cõtrarium.& no.per eũ. in l.si quis pro eo.ff.de fideiusso. Puto illud.c.debere intelligi de his quæ sunt contra bonos mores de iure canonico , quæ inducunt ad peccandum.& ideo illa donatio firmabitur iuramento, quia non est contra bonos mores de iure canonico. De materia autem vltimæ glo.dic vt in l.si vnus.§.pactus.ff.eo.licet Bal.hic ingrediatur materiam illius.§.gratia commentandi.

2 ☞ Exceptio pacti est de iure prætorio,non de rigore iuris ciuilis.
3 Per pactum de non petendo licet non tollatur ciuilis obligatio,sed duntaxat naturalis,tamen solutum per errorem tam facti quam iuris repetitur.
Quid si obligatio non esset elisa per exceptionem?

LEX. V.

1 Reditori. † Eadem obligatio potest tolli partim ipso iure per solutionem,& partim per pactum de nõ petendo.& sic ope exceptiõis
2 h.d. † Not.hic quod exceptio pacti est de iure prætorio,non de rigore iuris ciuilis,& sic pactum de non petendo de rigore iuris ciuilis nihil prodesset,quia est nudum : sed requireretur acceptilatio præcedente aquiliana stipulatione.sed per edictum prætoris quo cauetur pacta seruabo.vt l.j.in prin.ff.eo.
3 & l.iurisgentium.§.ait prætor inducitur exceptio.Item † no.glo. fi.q̃ licet per tale pactũ nõ tollat ciuilis ogligatio: sed duntaxat naturalis,nihilominus solutum per errorem tam facti quam iuris repetitur.Sed contra.quia tunc error iuris induceret repetitionem quando solutum nullo iure erat debitum,nec naturaliter nec ciuiliter.vt not.in l.j.ff.de condi.inde. Solu. quod imò etiam inducit quando altero tantum iure erat debitum, tamen elisum per exeptionem.nam & tunc perinde est ac si nullo iure erat debitum,si exceptio erat fauorabilis.quinimo etiam si vtroque iure erat debitum.vt in exceptione velleia.vt l.qui exceptio ne.ff.de condi.inde.Sed quando obligatio non est elisa per exceptionem,tunc etiam si vna obligatio subsistat, error iuris non inducit repetitionem:sed error facti tantum,vt l.error. s. de iur.& fact.ign.& l.error.infra.ad l.fa.& per hoc intelligas.glo.fi.

2 ☞ Pactum de non succedendo,licet sit inualidum de iure ciuili:non tamen est contra bonos mores,& an firmetur iuramento?&nu.3
3 De iure canonico non dicitur contra bonos mores,nisi illud quod inducit ad peccandum.
4 Donatio facta inter uirum & uxorem,an firmetur iuramento.

LEX. VI.

1 Acta quæ. † Glo.exemplificat istam.l.cum dicit [bonos mores] in pacto de futura successione.Quod intellige in pacto de succedẽdo,vel de futura successione certo modo diuidenda, tunc bene esset contra bonos mores quia inducit votum captãdæ mortis.Ideo non firmaretur iuramẽto etiam de iure cano. vt
2 in c.non est obligatorium.de reg.iu.in vj † Sed pactũ de non succedendo licet sit inualidum de iure,vt in l.pactũ.j.de coll.nõ tñ est
a contra bonos mores:quia non firmaretur iuramẽto.ª cuius contrarium est verum:vt in c.ij.de pac.in vj. Reprobatur ergo alia ratione.quia pro modico de præsenti renuntiaret quis de facili magnæ hæreditati futuræ:sicut in fi.in pacto.l.comissoriæ:vt in l.

7 Quid si ambo non interuenerint?sed dimissio & conuentio nuda.
8 Quid si non interuenit traditio sed dimissio & nulla conuentio,qualiter sit tibi subueniendum?
9 Si petis tuum debitum antequam adeas hæreditatem,non uideris hæreditatem repudiare,si ignorabas hæreditatem tibi delatam,& quid si sciebas.
10 Hæres antequam adeat potest implorare iudicis officium,ut sibi satisfaciat de bonis hæreditarijs usque ad quantitatem sibi debitam,& postea adire.

LEX VII.

1 Debitori. † Si creditor succedat debitori, obligatio confunditur,& promissa cùm aliquid traditur,iunt seruanda.hoc dicit.secundùm Bar. In tex.ibi: [confusa est.] & sic non potes eam intentare cõtra aduersarium tuum cui dictam hæreditatem tradidisti , cum pacto quod ibi solueret & alijs creditoribus hereditarijs id quod à defuncto vobis debeba tur,posito q̃ ille contra fidem suam & pactum non soluat: quoniã actio extincta non reuiuiscit:vt in l.qui res.§.areã.ff. de solu.
2 An autem per successionẽ † extinguatur actio iure confusionis, an iure solutionis.dic vt no.in l.Vrannius.ff.de fideiuss. & l. hæres à debitore.§. fi. In tex.ibi , [obtinuisti.] hoc potuit esse duobus modis vel q̃ ille tibi possidenti mouit litem super ista hæreditate, & tu fuisti absolutus.& sic ista possessio bonorum apud te remansit,vel quia tu sibi possidenti litem mouisti, & obtinuisti sententiam condemnatoriam, quæ fuit executioni mandata: & possessio ad te peruenit:& hoc est necessarium scire: propter quæstiones formatas in vlti.glo.Debes ergo agere ex cõuentio ne habita inter te & illum,si fuit vestita. quia interuenit stipulatio vt ille seruet tibi promissa,non autem actio prima quę com
3 petebat contra defunctũ. † In glo.j.ver.[confusa est [ibi.] sed ibi propter inuentarium. Innuit glo.quod si hæres confecit inuentarium,actio ibi competens contra defunctum nõ extinguatur. Bar.dicit q̃ imò extinguitur.quia si non extingueretur, offenderetur regula quæ est,quod quis nõ potest esse sibijpsi obligatus. vt no.in fi.primæ magnę glo.in l.frater à fratre.ff.de condi.inde. Tamen licet sit extincta propter inuentarium , potest deducere quod sibi debebatur,non autem partem: nisi esset priuilegiatus vltra quàm alij creditores: sed potest ponere suum creditum in cumulo cum alijs creditoribus hęre.vt sic si bona non sufficiunt ad soluendũ omnibus,vt nihil supereat,habeat ipse pro rata partem suam,sicut alij creditores:sed si inuentarium nõ fecisset, nõ posset

posset hoc facere.imò teneretur creditoribus hæreditarijs satisfacere:etiam de suo,si bona hære.non sufficerent.Bal. autem dicit q̃ imò non extinguitur ipso iure,quia cõfectio inuentarij: faciet haberi perinde ac si hæreditas non esset adita. & sic non erit ve
8 rum q̃ quis reperiatur sibijpsi obligatus.imò sicut ante aditã hæredi.ipsa hæreditas erat obligata hæredi futuro, ita & nunc hæredi præsenti,tanquam si non esset hæres.& hoc vult tex.in d.l.fi.§. in computatione.j.de iure deli.& hoc est pulchrum & subtile:& ideo in ista l.si fuisset confectum inuentarium, posset iste hæres intentare actionem primam cõtra aduersarium non seruantem pactum. Tene menti. quia hoc est magnæ vtilitatis.Cætera dic vt in gl. quã no. quia plenè colligit istos casus melius quã alibi.
4 † Et rõ quare extinguitur qñ debitor succedit creditori. vel eõ uerso est illa:ne reperiatur quis obligatus sibijpsi. Item rõ quare tunc extinguitur in fideiussoria est, qui sublata principali, stare nõ potest accessoria : nõ autem est illa de qua.ś.postquã fideiussor nõ successit,nec sibi succeditur per alterũ ex principalibus. Ratio aũt quare nõ extinguatur qñ reus stipulandi succedit reo stipulãdi, vel reus ꝓmittẽdi reo ꝓmittẽdi est, quia cessant dictę duæ regulæ: nã nõ reperiẽ actiua. & passiua cõcurrere in ꝑsona eiusdẽ.quia essent cõtrariæ.sed duæ.actiuę,vel duę passiue,quę nõ sunt inter se cõtrariæ,nec vna est accessoria ad alterã. sed ambæ æque principales.Rõ autẽ quare si fideiussor succedat creditori extinguaẽ fideiussoria est propter aliã regulã: qui pro eodẽ apud eundẽ non põt quis esse obligatus.vt l.si quis pro eo.§.j.ff. de fideiuss.sed si nõ extingueret, reperiret sic obligatus. Ideo rõ quare si fideiussor succedat debitori principali vel ecõuerso, extinguit est:quia superfluũ est durare accessoria cõtra eundẽ,cõtra quẽ viget principalis : cũ tantũ possit cõsequi per principalẽ sola,quantũ per ambas:sed si ista rõ cessaret,quia hæreditas principalis esset nõ soluẽdo:& esset confectũ inuentariũ,tunc nõ extingueret accessoria:quia ex ea põt cõsequi debitũ,ex principali nõ.argu.in l.hæres à debitore.§.q̃ si hic seruus.ff.de fideiusi.& sic diuersæ sunt rõnes & regulæ quæ inducũt hanc extinctionẽ
5 per successionẽ. † Glo.fi.colligit vnã distinctionẽ,& venit declarãda per tres qõnes.Prima est.quia in fi.istius tex.loquit qñ duo interuenũt,scilicet traditio quã feci sti aduersario tuo de hæreditate super qua obtinuisti sententiam cõtra eũ. Itẽ conuẽtio vestita stipulatione, quia ꝓmisit tibi & alijs satisfacere.& tũc nõ est dubiũ q̃ si nõ satisfecit,habes actionẽ ex illa stipulatione:videlicet certi cõditionẽ gñalẽ vt soluat tibi,& actionẽ ex stipulatu vt soluat alijs,qa quantũ ad hoc stipulatio dicit potius cõtinere factũ
6 quã dationẽ,vt l.liber hõ.§.fi.de ver.ob.† Nũc ergo primò querit.quid si interuenit traditio: sed nõ stipulatio imò cõuẽtio nuda.Sed ò quærit qd si etiã traditio nõ interuenit. sed dimissio & cõuẽtio nuda. Tertiò quid si nõ interuenit traditio sed dimissio, & nulla cõuentio qualiter sit tibi subueniendũ. Quantũ ad primam facilis est rñsio,quia illa cõuentio licet de se nuda sit,tñ ve stitur cohærẽtia traditionis vt pariat actionẽ præsc.ver.vt j.eo.l. legẽ.& in hoc differt à casu hic posito. vbi nõ datur actio præsc.
7 ver.sed certi cõdi.vel ex stipulatu.vt dixi.† In secũdo casu cõuẽtio de se nuda,nõ potuit vestiri cohærẽtia traditionis.quæ nõ interuenit.ideo nec parit actionẽ præscri. ver.& per cõsequẽs nec ex ea potes agere vt soluat tibi & alijs,nec actione prima quæ tibi cõpetebat contra defunctũ vt tibi soluat.quia illa est extincta per aditionẽ hæredi.nõ est ergo aliud remediũ nisi vt postquam ille nõ seruat cõuẽtionẽ,nec etiã tu serues. & sic agas cõtra ipm ex sententia actione in factũ ad ipsam hæreditatẽ , vel petas eam mãdari executioni per officiũ iudi.& si ille excipiat de pacto dimissorio,quo promisisti ab eo hæreditatẽ nõ petere,potes replicare de dolo:quia nõ seruat cõuentionẽ.vt j.eo.l.cũ ꝓponas.nec habẽt locũ prædicta eo casu quo egisti cõtra illũ, quia ipse possidebat,& sententiã,cõdemnatoriã obtinuisti. & executio nũquã fuit facta.sed si tu possidebas,& obtinuisti absolutoriam.postea verò casu bona peruenerũt ad eũ,& tu ꝓmisisti ab eo illa nõ petere,dummodo tibi & alijs solueret, nõ videt q̃ habeas actionẽ ex sententia si nõ soluat:quia illa cũ esset absolutoria peperit exceptionẽ,nõ actionẽ.sed dic q̃ etiã actionẽ si fuisti absolutus adiecta causa : quia hæreditas ad te pertinebat.secus si ideo quia ille non ꝓbauit.vt hic habeẽ:notat & probat in l.sed & si possessori. ff.de iureiur. Item dum glo.vult & etiam doc.q̃ ex ista dimissione pactũ non vestiatur: procedit quando aduersarius adhuc ne-

gabat hæreditatem ad te pertinere.& sic res erat dubia.aliàs ista dimissio loco traditionis haberetur, & vestiret pactum nudum secundũ Bal.argu.insti de rerũ diui.§.venditæ.& de acqui.rerũ
8 domi.l.qua actione.§.interdũ. † In tertio casu quãdo nulla interuenit cõuentio de soluẽdo tibi & alijs:& tu dimisisti, vel eriã tradidisti.nõ curo hæreditatẽ prædictã. Certũ est quod de proprio significato hæreditas cũ sit vniuersitas iuris, cõprehendit cõmoda:& onera: & ideò tacitè videtur actum quod soluat omnibus creditoribus hæreditarijs.Quare ergo si vult soluere,quomodo tibi prouidebitur.dicit glos. mirabiliter q̃ quantũ ad debitũ tuũ potes agere actione prima:quantũ ad debitum aliorũ potes agere actione cessa ab alijs.Sed vtrunq̃ dictũ videt falsum. Primũ ideo quia actio prima quæ tibi cõpetebat cõtra defunctum, fuit extincta.Bar.vt soluet glo.dicit q̃ nõ intellexit de illa , sed de actione oriẽte ex sententia:sed truffa est:imò de illa sensit.Quantũ ad secundũ vt illi creditores habeant obligatũ. non autẽ illũ pro ea quæ dixi ś.eo.in l.ij.quomodo possunt tibi cedere actionẽ cõtra illũ. dicit Bar. ideo quia si solueres creditoribus recuperares ab illo.Sed ad propositũ per hoc non tollit obiectio. & ideo ista glo.non bene fuit locuta. Dic ergo q̃ quantũ ad debita aliorum quæ nõ sunt extincta clara est rẽsponsio.q̃ si tradidisti vel dimisisti ex causa vendi.potes agere actio.ex vẽdito vt soluat:quia si vt solueres,posses ab eo per eandẽ actionem repetere: vt in l.ij.d. de hære.vel actio.ven.Si verò ex causa donationis habes actio. præscri.ver. tex.est no.in l.hæreditatẽ.ff.de dona. Quantũ verò ad debitũ tuum.quia illud erat extinctũ, si nõ fuit expressè actũ q̃ tibi solueret, non videt tacitè actũ: solùm enim videt actũ de illis debitis quæ subsistebant tẽpore traditionis vel dimissionis. argu.in l.cũ filius.§.j.cũ tibi no.ff.de lega.ij.vnde nõ video remedium q̃ possit agere etiam ex sententia. & imputes tibi quare expresse nõ cauisti tibi: siue ex causa venditionis. siue donationis
9 tradideris. Tene mẽti.quia ista sunt subtilia & no. † Vltimò quę ritur.quid si petis tuũ debitum antequã adeas hæreditatẽ,an videaris hæreditatẽ repudiare.glo.j.de hęre.actio.l.vt debitum.tenet q̃ nõ per illam l.Tu dic hoc verũ si ignorabas hæreditatẽ tibi delatã.Si autẽ sciebas,tũc aut petisti à venientibus ab intestato,vel à cohærede totũ debitum.ac si ipsi essent hæredes,& non tu:videris hęreditatẽ repudiasse.argu.in l.illud.ff.de acqui.hęre. Si verò partẽ illius tãgentẽ,secus. quia hoc facere potes absq̃ eo
10 q̃ repudies.j.de nego.gest.l.si ab eo.† Dicit etiã hic Bal.vnũ verbũ notabile:quod hæres antequam adeat põt implorare iudicis officiũ:vt sibi satisfaciat de bõis hẽditarijs vsq̃ ad quantitatẽ sibi debitã,& postea adire.qd̃ tene mẽti.qa nõ memini alibi vidisse.

2 ☞ Si quis tradidit alicui pecora pascenda,cum pacto ut fœtus diuidantur: an isti uideãtur uoluisse contrahere societatem,an autem uideatur contractus innominatus.

LEX VIII.

1 Si pascenda. † Valet pactũ inter socios de cõmodis inter eos diuidẽdis.h.d. Quod intelli
2 ☞ *Licet ille qui promisit non petere, uel non molestare, non uideatur implere contractum transactionis per fidẽ quousque uiuit,ut possit agere ex contractu transactionis factæ pacto nudo,tanquam ex contractu innominato,bene tamen potest agere si interuenit stipulatio:quæ est contractus uestitus & qualiter,& ad quid?*

5 *Ex contractu quem quis impugnat,uel non seruat, se iuuare nõ pot,quatenus durat impugnatio.sed ea finita sic.*

4 *Si duo fecerunt pacem inuicem,& promiserunt se non offendere sub certa pœna,& alter eorum incipit offendere,q. alter poterit offendere etiam ex interuallo:nec incidit in pœnam appositam in contractu pacis.*

5 *Si ille qui primò rumpit pacem fuit conuentus ad pœnam appositam in contractu pacis:& eam soluit, quod non poterit deinceps rumpi ab altero,& si rumpatur, incidit ille in pœnam pacis ruptæ.*

LEX XXI.

1 Vm proponas.†Ex pacto nudo transfac. datur possidenti exceptio: sed non possidenti non datur actio si perfectè nõ impleuit,nec implere potest trãsac.pro parte sua. sed cõtra non seruantem transactionem licitum est sibi redire ad pristinam actionem.quia non seruanti fidem non est fides seruanda. h.d.Et not.hic tex.in ver.[sit tibi.] vbi probatur expresè id qđ

2 dixi in l.j.q † licet ille qui promisit non petere,vel non molesta re,non videatur implere contractum transac. perfectè quousq viuit.vt possit agere ex contractu transactionis factæ pacto nudo,tanquam ex contractu innominato,bene tamen potest agere si interuenit stipulatio,quæ est contractus vestitus:quia sufficit ad agendum ex eo q quis impleat quatenus implere potest. licet non impleat perfectè:sed si nullo modo impleret,agere nõ posset etiam ex contractu vestito,vt in l.quæro.§.inter locatorẽ. ff.loca.& ad hoc vt possit agi ex contractu innominato celebrato per pactum nudum,sicut est transactio : non sufficit implere quatenus potest,si non impleuit perfectè.vt in ver.præced.nam hic promisisti amplius non molestare aduersarium tuum super fundo:& ipse promisit tibi per pactum nudum diuidere æquali ter tecum hæreditatem fratrum suorum prædefunctorũ. & nũc diuidere nolebat,nec tu agere potes vt diuidat:quia nõ implesti perfectè.contractus enim innominatus celebratus pacto nudo non videt nisi rei interuentu.i.ex perfecto implemento eius tantum qui impleuit,non eius qui non impleuit. In tex.ibi.[nec aduersario tuo trãsactione vti.&c.] Iubaudi si agas ac prima ad fundum;& ipse excipiat de pacto: quo promisisti eum amplius nõ molestare super dicto fundo.nam replicare potes, quia non seruat transac.diuidendo hæreditates:& sic recurras hic ad glo.

3 magnam in fi.in l.j.§.eo.per quam datur intelligi ista l.† Et adde q ex contractu quem quis impugnat, vel non seruat , se iuuare non potest.vt hic probatur.scilicet quatenus durat impugnatio sed ea finita sic ff.de ver.obli.l.qui Romæ.§. Seia. & ibi not.per

4 Barto.quod tene bene menti.† Et allegatur ista l. quòd si duo fecerunt inuicem pacem,& promiserunt se non offendere sub certa pœna,& alter eorum incepit offendere : quòd alter etiam ex interuallo poterit offendere.nec incidet in pœnam.quod intelligo,t.appositam in contractu pacis:quia nõ videtur rumpere pacem ille cui primò rupta fuit.vt no.in addí.Specu.super rubrica de treu.& pa.& etiam no.in l.qui fidem.ff.de trãsac.& in l. cum pater.§.libertis in fi.de leg.ij.Sed bene incidet in pœnam malefi cij statutam à iure communi,vel municipali , quia nõ licuit sibi ex interuallo vindictam sumere.vt in l.scientiam. §. cum aliter. ff.ad l.aquil.& ita videtur determinare Ioã.and.in mercu. super

5 regula frustra.de regu.iur.lib.vj.Tene menti.† Dicit etiam Bal. no.quod si ille qui primò rumpit pacem: fuit conuentus ad pœnam appositam in contractu pacis:& eam soluit, quòd non poterit amodo rumpi ab altero:& si rumpatur,incidit in pœnã pacis ruptæ quia illa solutio pœnæ succedit loco rei.i.obseruantiæ pacis arg.in l.apud Celium.§. Labeo.de doli excep. Et hoc etiã expresè voluit Pet.j.eo.l.petens.

2 ☞ *An tutor uel curator possit facere pacem de iniuria illata patri pupilli, uel adulti, & remittere pœnam?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Curator. Add Cy. & Bal. in l. j. C. de in inte. resti. Ant. & bu. in c. j. de tren. & pa. Bal. in addi. Spe. tit. de treu. & pa. & per Abb. in cõs. xxxix. in j. vol. et vid Ang. in l. tutor. et ibi eũdẽ Pau. de ca. q legit illã. l. j l. rescriptũ. ℊ. fi. Ang. il. si nõ cõuitij ff. de iur. Bal. i ru. de treu. et pac. et in l. iu risiurãdi. ff. d iureiu. Franc. cur.

b ¶Pactũ. add Spe. in ti. de pac. i ℊ pe. vers. quid si filiꝰ dñi. in c. quãuis. de pac. li. vj.

c ¶Plures fratres. Ad de Bal. i l. pactũ qđ dotali. i. viij. et ix. q. C. de colla.

LEX. XXII.

Pactum curatoris. †Legitimus administrator non potest facere pactum de non petendo: sed bene potest recipere solutionem & per hoc liberare debitorem illius cuius negotia administrat. h. d. Ratio primi dicti est. quia licet tutor & curator habeant legitimam administrationem, & per cõsequẽs habeant etiam liberam, & sic possint alienare. vt in l. procurator cui libera. ff. de procu. propter quod videbatur quod possent facere pactũ de nõ petendo, quia continet alienationem actionis, tamen contrarium est: quia non possunt donare, licet aliã alienationem vtilem pupillo vel adulto facere possint. quia donatio non est vtilis: cum sit dilapidatio. & intelligitur excepta de generali administratione cum libera vt in l. contra. ℊ. si filius. ff. eo. & de manu. l. seruus furiosi. & hoc quando debitum erat liquidum vel de facili poterat liquidari: aliàs secus: quia non transigere & remittere aliquo dato vel retẽto, hoc magis expedit pupillo vel adulto, quam ponere se in dubio lit. vt in. ll. alleg. hic in glos. pro

2 contrarijs. †Et hoc inducitur ad q. an tutor vel curator[a] possit facere pacem de iniuria illata patri pupilli vel adulti, & remittere

a pœnam. Nam dicunt quidam quòd si iniuria erat notoria, non possunt, aliàs secus. alij debent & melius, quod etiam si sit liquida & notoria, & si expedit pupillo vel adulto potius remittere, quam vindictam expetere, possunt pacem facere. & ipse pupillus vel adultus tenebitur eam obseruare. & ita no. per Gand. in opere suo maleficiorum. & per Bal. hic. & etiam per Alb. qui nominat antiquos doc. qui fuerunt huius opi.

2 ☞ *Si filius postea succesßit patri, an tenebitur obseruare pactum de non petendo quod ipse fecit debitori paterno, & an possit retractare uenditionem?*

LEX. XXIII.

1 **Filius.** †Filius non potest tollere actionem competentem patri per pactum de non petẽdo. vel etiam debitum recipiendo. h. d. Et hoc est verum sine dubio, si illa actio competebat patri ex contractu celebrato per ipsum patrem, vel alio modo: non tñ ex contractu filij. Si autem ex contractu filij, non potest tollere pacisCendo: sed bene potest tollere solutionem accipiendo per. l. si vnus. post principium. ff. eo. & per l. ꝙ seruus ff. de solu. & quod dixi. ℔. eo l.

2 seruus. Sed quid † si filius postea succesßit patri, an tenebitur ob

b seruare pactum[b] de non petendo ꝙ ipse fecit debitori paterno? videtur ꝙ sic, postquam potest & res deuenit ad casum quo debitum pertinet ad eum. nam ius superueniens actori meo, confirmat ius meum. vt in l. cũ vir prædium. ff. de vsuca. pro quo facit. l. si non sortem. ℊ. filius. ff. de condi. indebi. In contrarium ꝙ ipse possit venire contra tanquam hæres patris. sicut ipse pater posset si veniret. vt hic, ista quæstio formatur in fine. per doc. quando filius vendidit rem patris. & postea patri succesßit. an possit retractare venditionem. de qua. q. per Bar. post Dy. in l. filius. j. de solu. & quod no. per eum in l. stichus. ff. de pecu. & adde. l. & hæredi. ℊ. filia. ff. de pac.

2 ☞ *Si sunt plures fratres, quorum unus uel duo maritant sororem. & illa renuntiauit hæreditati paternæ, ad quam uocabatur simul cum maſculis, an ista renuntiatio prosit etiam alijs fratribus? & nu. 5.*

3 *Pactum factum patitio hæredi contemplatione ipsius: non prodest uerò hæredi*
Si uxor testatoris credens hæreditatem mariti pertinere ad fratres mariti propter affectionem quam habet ad eos remittat eis legata à marito facta, & postea apparet quod hæreditas pertinet ad alium, talis remißio sibi non nocet.

4 *Si ex debitor meus: & ego facio alteri pactum de non petendo à te, non prodest tibi, ut ex eo quæratur exceptio pacti uel doli.*

LEX. XXIIII.

1 **Iactionem.** Lex ista legitur tribus modis in glosſ. secundum primam lec. hoc dicit. † Pactum de non petendo factum vni vel quibusdam, non prodest alijs, nec nocet pacisCenti contra alios. hoc dicit. concor. l. si vnus. ℊ. ante omnia. ff. eodẽ. Et se-

2 cundùm istam lectu. facit. [ad quæstionem. quod si sunt plu-

c res fratres, [c] quorum vnus vel duo maritant sororem. & illa renuntiat hæreditati paternæ ad quam vocabatur simul cum maſculis, quòd ista renuntiatio non prosit alijs fratribus. & sic portio quæ tangeret ipsam sorori applicabitur illis tantum qui dotauerunt, & quibus est facta renuntiatio. Tu aduerte hîc subtiliter. quòd aut ista adiuerat hæreditatem: & tunc potest procedere quod dixi quia videtur partem suam illis donasse: aut nondum adiuerat, & tunc ista repudiatio facit haberi perinde ac si

4 hereditas non fuisset sibi delata. & sic eius portio accrescit omnibus pro rata: & omnibus prodest ista renuntiatio. & ita voluit Dy. in quodam consilio: vt etiam refert Ioan. andre. in addi. Spe. cu. in titu. de testa. in ℊ. in primis. in magna addi. Tene menti quia quotidianum est hoc. Et idem in legato. vt distinguatur an renuntiet post acceptationẽ, vel ante quia hoc vltimò casu remaneret totum legatum penes omnes, tanquam non factum, cum repudiatio faciat haberi pro non facto. vt in l. proinde. ff. si

3 cert. peta. †Secundùm aliam lec. dicit quod pactum factum putatiuo hæredi, contemplatione ipsius non prodest vero hæredi. Et secundùm hoc dicit Bald. quod si vxor testatoris credens hereditatem mariti pertinere ad fratres mariti propter affectionem quam habet ad eum, remittat eis legata à marito facta, & postea apparet quod hæreditas pertinet ad alium ad quem talem affectionem non habet: talis remißio sibi non nocet quominus ab illo repetere possit. Tene menti. Gloſſ. contra lec. opp. de l. si post. ff. de consti. pe. vbi pactum factum possessori hæreditatis: prodest. vero hæredi. Solu. secundum Doc. ibi ille possessor erat vere rus hæres, licet rogatus restituere alteri, vnde pactum factum sibi prodest fideicommissario. secus si esset nudus possessor sine iure. vt in l. si tibi. ℊ. cum possessor. ff. eod. tit. secundum. Bart. do. Raph. reprehendit. quia illa. l. loquitur etiam in nudo possessore & soluit aliter. quod ibi pactum ideſt constitutum super debito hæreditario, fuit factum ei qui possidebat hæreditatem credito ris vt hæres, cum non esset: vnde cum apud eum non esset actio principalis, non censetur factum contemplatione sui. sed contemplatione illius apud quem erat. & sic veri hæredis: cum constitutus sequatur primum debitum: ideó prodest vero hæredi. sed pactum de non petendo factum possessori hæredi non prodest vero hæredi. vt in d. ℊ. cùm possessor. quia debitum & actio personalis pro Ipso competens non erat in hæreditate debitoris paßiuè. sed apud creditorem actiuè. Et sic cessat dicta ratio. quę

4 verba satis placent. & subtiliter mouẽtur. † Secundùm tertiam lec. dicit quod si est debitor meus, & ego facio alteri pactum de non petendo à te, non prodest tibi, vt ex eo quæratur exceptio pacti vel doli. Et hoc etiam not. glo. in personam. ff. eo. licet contrarium tenuerit glo. sed non bene. in l. non solum. ℊ. si liberationis ff. de libe. lega. Istud tamen intellige sanè. nisi ille haberet mandatum à te vt in. l. rescriptum. ℊ. fi. ff. eo. Nam acquireret sibi exceptionem doli, non directam exceptionem pacti, etiam nulla interueniente cesßione. Idem si non habebat mandatum tamẽ accepit nomine tuo, & tu ratum habuisti. quia retrotrahitur. & mandato comparatur. facit quod no. in l. si ego ff. de nego. gest. Idem si neutrum istorum fuit: tamen iste erat particeps obligationis. & sua intererat tibi acquiri. vt in. l. & hæredi. ℊ. fi. ff. eod. debet ergo intelligi hæc lex quando omnia ista cessabant: & sic pa

5 ctum extranei tibi nihil prodest. Tene menti. † Et vide Bald. pro his quæ. ℔. dixi. de dona. l. pactum. in. vij. quæstio. vbi allegat consilium Dyn. de quo. ℔. feci mentionem. & facit illa distinctio quàm. ℔. feci in sorore renuntiante vni ex fratribus, an sua portio accrescat omnibus, an illum non pertineat cui renuntiauit, per hoc remanet declarata gloſſ. quæ videtur obscura, & sine vtilitate.

2 ☞ *Quare ex pacto debitoris non potest fieri procurator in rem suam inuito creditore?*

3 *Subditi non possunt pacisci inter se, in præiudicium domini. sed in præiudicium eorũ sic. An dominus possit eos inuitos alienare?*
Debitor si sibi non nocet, tenetur alteri promittere ad instantiam creditoris.

LEX. XXV.

1 **Debitorum** †Pactum inter debitores seu hæredes debitorum factum, quo d alter ipsorum soluat omnia debita hæreditaria, non nocet creditoribus, quominus agere possint cõtra quẽlibet pro debita sua hæreditaria portiõe. h. d. ista. l. cũ. seq. Nã ista ponit

ponit regulam in nube. & sequens l. ponit exemplũ. sed quæro hic creditores non tenentur sequi pactum istorum hæredum, si

2 nolunt. †Sed quid si volunt, an possint? puta volunt convenire illũ de quo fuit actũ vt omnibus solueret? Respondeo non possunt illum inuitum conuenire, ga illud pactũ non obligauit ipsum insolidũ illis creditoribus. sed bene obligauit alijs creditoribus sed si sponte ille suscipiat iudiciũ, potest: & tũc videntur facere pactũ alijs de non petendo ab eis. vt ℔. eo. l. ij. Nam ille põt dici procurator in rem suã, sed si alij soluunt, possunt ab alio petere propter pactũ. sic venditor hæreditatis ab emptore. In vno tamen casu singulariter posset creditor conuenire illũ ad quem pertinet solutio, etiam inuitum: qui habetur in l. cũ ab vno. ff. de le. ij. quæ non est alibi. & istud est ibi speciale fauore dotis. Item ex illis ll. dicit Bal. patere rationem, quare ex pacto debitoris nõ potest fieri procurator in rem suam inuito creditore: quia pactio debitoris non potest præiudicare creditori: cum nõ sit in sua libertate posse se ab obligatione eximere, & loco sui alium ponere in præiudicium alterius, & ponitur hoc in l. si mandato meo. ℊ. j. ff. man. vbi creditor non cogitur mutare actionẽ suã, & aliam pro alia recipere & ecõuerso ex parte creditoris bene potest fieri procurator in rem suam inuito debitore: qa potest cedere suã

b actionem cui vult cum per hoc non fiat præiudicium debitori, quia non refert sibi cui soluat an creditori, vel alteri pro eo: per modum tñ delegationis, in qua requiritur promißio debitoris: non posset fieri sine illius volũtate. vt in l. j. j. de noua. Et pro his

3 vide quod not. in l. planè. ff. fami. ercis. † Dicit etiã Bal. per istas

a ll. quod subditi non possunt[a] inter se pacisci in præiudicium domini: sed in præiudicium eorum & sic. vt l. inter creditores. ff. eo. tit. sed ecõuerso an dominus possit eos inuitos alienare. vide glo. in l. inuitus. ff. de fideicom. liber. Et aliquando debitor si sibi nihil nocet. tenetur alteri promittere ad instantiam creditoris. quod dic vt in l. ij. ff. sol. mat. in prin. & quod not. in l. si non sortem. ℊ. libertus. in fi. de condi. inde.

2 ☞ *Qualiter deducatur in ſtipulationem id quod deuenit in pacto, & qualiter possit etiam pactum sequi stipulationem, ut possit agi ex illa stipulatione ad id quod postea deductum est in pacto?*
3 *An tale pactum debeat statim sequi post stipulationem? & uide nu. 5.*
4 *Qualiter intelligatur illa dictio statim?*
5 *Secunda lectura huius legis. & nu. 1.*
6 *Pactum incontinenti appositum iuxta stipulationem, continens aliquid diuersum à stipulatione, informat actionem ex stipulatione, ut detur etiam ad id quod deuenit in pacto, & quando eam non informet? & nu. 8.*
7 *Duo uestimenta pactorum?*
8 *Pactum nudum appositum incontinenti iuxta contractum uestitum: siue sit contractus bonæ fidei, siue stricti iuris, meſt contractui, & uestitur ab eo ut ueterem actionem informet: & an nouam pariat præscriptis uer. & uide fallentias.*
9 *Si stipulatio interposita pro me uestit pactum similiter pro me interpositum: an etiam uestiat pactum pro te debitore interpositum?*
10 *Si conuentio nuda erat, & conuentio principalis, quia conuenimus de permutando librũ tuum cum meo: & conuentio uestita seu stipulatio erat accessoria, quia promisisti pœnam si recusares permutare, an ista stipulatio pœnalis uestiat principalẽ nudã?*
11 *Conuentio principalis uestita, an uestiat pactum pœnale, si fuit promißa pœna nudo facto?*
12 *Conuentio principalis si non erat uestita à principio, sed uestitur ex post facto, an illud uestimentum nouiter acquisitum uestiat etiam pactum?*
13 *Si primmus contractus erat conditionalis, & sic conditione pendẽte nulla erat nata obligatio, uel actio, sed nascitur ex post facto conditione existente: an tunc pactũ iuxta illam appositum uestiatur ab ea?*

LEX XXVII.

Petens. Lex ista legitur tribus modis in glo. Et in primo & secũdo loquitur de vno tantum pacto: sed secundũ tertium modum fuerũt duo pacta & vna stipulatio est valde profunda ista lex: primò in

1 intellectu sui, postea adhuc plus in materia secundùm primam lecturam. h. d. †Si id quod venit in pacto deductum sit in stipulationem, agitur ex stipulatione ad id quod deuenit in pacto. h. d. & pone casum per l. Titia. ℊ. fi. ff. de verbo. obliga. & per l. duo

2 societatem. ff. pro socio. & per id quod cõmuniter seruatur. † & quotidie videmus fieri: quia notarius narrat plura in instrumento de quibus partes conuenerunt, & sunt in cõcordia, & postea in fi. dicit quæ omnia & singula prædicta partes per solennem stipulationem inuicem promiserunt. Si ergo volo agere ad obseruantiam conuentorum, debeo agere ex ipsa stipulatione apposita gratia seruandi placiti. & cõuentorũ a & ad ipsorum robur & confirmationem, & sic ex confirmante, non ex confirmato, & hoc ante placitum seu pactum præceſsit, potest etiã esse quòd sequatur, vt si partes adhuc nõ deliberarũt plenè de his quæ volunt fieri. tamen habẽt notarium, coram quo inuicem stipulantur de obseruando omnia quæ posteà inter eos agentur: prout cõstabit ex scriptura manu talis nam tunc

a ¶Nõ possunt. Adde Doct. in c. cũ tẽpore. de arbi. Doct. in c. cũ dilecti. de maiori. & obed.

b ¶Verbũ statim. Ad de l. cum quidam. ff. de leg. iij. l. à diuo pio in ℊ. si post addictiũ. ff. de re iudi. archi. in c. constat. j. q. j. Doct. in c. cũ hores. de deci.

si postea concordant, & conficiunt scripturam de placitis, debebit agi ex instrumento continente stipulationem ad eorũ obseruantiam: & hoc dicit ista lex secundum primam lecturam, quæ multum congruit literæ, quæ dicit. [placiti seruandi causa.] & nihil obstat huic lecturæ. nisi verbum [statim.] quod infra ponitur in fine. quia ponendo isto modo illud verbum est superfluũ. nam etiam si ante per longum interuallum, vel post stipula. partes conuenerint, agi posset ex illa stipulatione cuius contrarium innuit ista litera. & propter hoc glo. reprobat istam lecturã non quòd in se non sit vera, sed quia ista non videtur mens istius li-

b teræ: propter illud verbum statim. [b] † Quòd autem non referat

3 tunc an statim, vel ex interuallo pactum apponatur iuxta stipulationem glo. voluit sic probare. nam tunc refert an statim vel ex interuallo quando esset agendum ex pacto, quia tunc si statim, bene potest agi ex pacto vestito, & ex stipulatione, sicut ab alio contractu bonæfid. vt ℔. eodem l. in bonæfidei. secus si ex interuallo, sed in casu istius l. nõ agitur ex pacto, sed ex stipulatione ergo non debet referre an pactum factum fuerit statim: an ex interuallo, & hoc voluit dicere glo. post prin. in versi. [præterea non ageretur ex pacto &c.] & sic non somniauit glo. in illo ver. secundùm quosdam quia in tex. non dicitur quod agatur ex pacto quare ergo dicit glo. [præterea non ageretur ex pacto &c.] cum tex. hoc non dicat. sed intelligendo (vt dixi) non vult gloſ. dicere quod hoc agatur ex pacto. sed vult dicere id quod ℔. dixi. Quidam volẽtes sustinere hanc lec. dicunt quod illud verbum statim, bene stat eo casu quo pactum sequatur post stipulationem. & ad illum casum dicunt illud verbum referri: non ad casum quo pactum præcesßit. & hoc tenet dominus Rapha. quia illud verbum non est ante vel post, vel inter conuenta sed inter vnum capitulum, dum dicit seu statim, & sic refertur duntaxat ad verbum post. & dicunt quòd quando pactum præcesßit stipulationem, non refert an præcesßerit statim, vel post longum in teruallum. sed quando sequitur post stipulationem, bene refert. quia si statim post, tunc illa conuentio implet stipulationẽ, quæ censetur esse illa de qua partes cogitarunt: sed si ex longo interuallo, secus: quia partes censentur recesßisse ab illa stipulatione: & sic conuentio postea facta per pactum nudum nõ implet stipulationem. si enim promisisti mihi per stipulationẽ illa de quibus postea conueniemus adinuicem, viderer sensisse solùm de illis de quibus conueniemus statim, vel post modicum interuallum, non de illis de quibus per longum. arg. eius quod not. in l. per retentionem. j. de vsur. & in l. cùm plures. ℊ. locator horrei. ff. loca. Nec obst. l. cum apud. & l. iudicatum solui. ff. iud. sol. vbi ex interuallo potest impleri: quia ibi implementum non dependebat ex volũtate partium, sed ex facto iudicis. cum verò à voluntate partium, tunc cum stipulatio sit incerta de se, si partes non certificant eam statim cum possint, remanet incerta & inualida l. cum post. ℊ. gener. ff. de iure dot. iuncta l. quia ratio. de condi. insti. Barto. reprehendit hunc intellectum. per l. qui pecuniam. ff. si certum peta. & l. quidam cum filium. de verbo. obli. vbi dependebat à voluntate partium. puta fui stipulatus à te pecuniã quam tibi mutuabo. & in illis probatur quòd si mutuo etiam ex interuallo. stipulationẽ impleo: vt ex ea agere possim. & vt censeatur illud mutuum de quo sensimus tempore stipulationis: & sic istam lec. dicit non congruere isti l. dominus Raph. qui dicit ꝙ credit istam esse mẽtem huius l. & verisimam. lex dicit quòd hic debet intelligi quando fuit actum inter partes, vt statim deberet pactum interponi. sed ista est diuinatio. Breuiter vnum

4 aliud facit me recedere ab ista lec. quia † istud verbum [statim] secundũ oẽs intelligitur. i. antequã diuertãt ad extraneos actus. Sed secũdũ qđ illi intelligunt, volendo sustinere etiam si diuertissent ad alios actus. si tñ j. modicum spaciũ: qñ iudicis arbitrio

Universidad de Deusto
Biblioteca

committeretur, sequeretur cõuentio, impleret stipulationem: & censeretur illa conuentio de qua partes senserunt tempore stipulationis. si verò per longum interuallum, secus: nisi fuisset dictũ quandocunq; puta promittis mihi illa de quibus conuenimus adinuicem quandocunq; prout in simili not. ff. eo. l. pacta nouissima. per Bar. post Ia. but. Vltimò præsupposita ista lect. pro vera in se. quia est limitanda: vt ff. dixi. Quæritur. text. vult qđ agatur ex stipulatione ad conuenta, sed an possit agi ex ipsa conuentione? Dic quod nõ, si est nuda: sed si est vestita, licet non verbis, sed consensu, vel alio modo. tunc an possit agi ex ea. dic vt subtiliter & pulchrè examinat Bar. in l. singularia. ff. si cer. pet. & vt colligitur ex d. l. duo societatem. ff. pro socio. & dico quod secũdum istam lec. non est curandum an placitum de quo tex. loquitur, fuerit pactum nudum, seu nuda conuentio: vel vestita alio vestimento quàm verborum: vt patet in venditione cui subijcit stipulatio secundũ stilum notariorum, nam potest agi est stipulatione: & etiam ex empto & vendito, quãdo stipulatio fuit facta incontinenti quia non præsumitur facta animo nouandi, sed corroborandi contractum. vt d. l. duo societatem. & per Bart. in d. l. singularia. Videbatur autẽ hîc agendum ex conuentione tãquam principali. ad cuius confirmationem veniebat stipulatio: cuius contrarium hîc dicit: & de isto artic. in agatur ex cõfirmato, vel ex confirmante dic vt per Bar. in l. & quia. ff. de iurisd. omnium. †Secũdo mode legitur, vt intelligatur de pacto apposito cã declarandæ stipulationis, quia si promisisti mihi decẽ libras simpliciter, cũ possit intelligi de decem libr. paruis. vel de x. lib. imperialibus, quæ sunt grossiores: debes scire q in dubio videretur actũ de paruis. vt in d. l. numis. de lega. iij. & in l. apud Iu. §. scio. de leg. j. Ista l. dicit q si per pactum antecedens vel sequens, fuit actũ inter nos q intelligatur de imperiali, possum ex stipulatione petere imperiales. Ista lec. non congruit literæ quia litera ista dicit q stipulatio fuit interposita causa seruandi placiti. & tunc non esset ita: sed contra placitũ esset appositum causa declarandæ stipulationis. Præterea tunc non esset vis an placitũ seu pactũ istud, foret appositum incontinenti, vel ex interuallo, q hoc sit verum: probat Barto. hoc modo. Nam istud pactum fuit appositum ad inducendam replicationem: quia si peto decem libras imperiales ex stipulatione: & tu excipias q stipulatio fuit interposita simpliciter: & sic intelligitur de minoribus nummis. vt d. l. possum replicare ex illo pacto, dicendo quod istud esset verum. nisi inter nos cõuenissemus q intelligatur de maioribus. constat autem q pacta etiam ex interuallo apposita ad inducendum exceptionem vel replicationẽ, eã inducũt: licet. si essent apposita ad inducendã actionẽ, eam non inducerent. & ff. eo. l. iurisgentium. §. igitur nuda. & §. quinimò. dñs Rapha. reprehendit Bart. de inepto modo loquendi. dum dicit q est appositũ ad inducendã replicationem, quia non est locus replicationi. nisi vbi est dare actionem. vt. j. tit. j. l. sub prætextu. la prima. sed hîc non est dare actionem ad imperiales, sed ad minores. dicit q debuit dicere q est appositũ ad confessionẽ. breuiter truffa est. Bar. bñ loquitur. & dico q ista litera potest congruere quantũ ad verbũ statim. nam si incõtinẽti antequã diuerterẽt ad extraneos actus vel ante vel post stipulationẽ paciscunt, q intelliguntur de imperialibus. tale pactum videt inesse stipulationi. idest esse perinde ac si in stipulatione fuit facta expressa mentio de imperialibus. vt probat in l. lecta. §. dicebã. ff. si cer pet. Et sic orta est actio ex stipulatione ad imperiales. & tunc istud pactum faceret præiudicium non solùm inter partes. sed etiã respectu tertij. cui posset prçiudicare stipulatio imperalium. Sed si ex postfacto, vel ex interuallo, tunc pactũ nõ inesset: cum actio esset orta ad minores nũmos. nec posset fieri per pactũ subsequens. quod mutaret statum suũ ad imperiales: vt l. insulam j. biennio. ff. de verborũ obli. vnde non possem petere imperiales. argumẽ. eorũ quæ not. in d. l. lecta. & posset procedere dictũ dñi Raph. q haberet vim cõfessionis, non q mutaretur veritas. nã in veritate non possum petere imperiales. Sed de facto potero petere. & si excipies q intelligit de minori summa replicabo q semel confessus fuisti q intẽtio nostra fuit intelligere de imperiali. & ista confesio facit tibi
6 præiudiciũ non tertio. †Tertio modo vt satisfaciat tex. dum dicit [statim.] & ad hoc vt illud verbum aliquid importet. gl. legit alio modo secũdũ quem hoc dicit. pactum incontinenti appositum iuxta stipulationem, continens aliquid diuersum à stipulatione, informat actionem ex stipulatione, vt detur etiam ad id q deuenit in pacto. hoc dicit. Sed contrà. quia tex. dicit q stipulatio fuit apposita causa seruandi placiti. sed si pactum cõtinebat aliud diuersum, non potest dici q stipulatio interuenit causa seruandi placiti. Solutio secundũ istam lecturã textus loquitur de duobus pactis. & de vna stipulatione, & debet poni casus sic: q primò per pactũ nudum promisisti mihi centum. postea per stipulationem promisisti eadẽ centum. illud primũ placitum est illud, ratione cuius seruandi fuit apposita stipulatio. Deinde incontinenti promisisti ire pro me Romam, & ratione istius secũdi non fuit apposita stipulatio, nihilominus actio ex stipulatiõe cõpetit mihi, ad id quod deuenit in pacto, vt vadis pro me Romam: quia ex illo pacto informatur actio ex stipulatione. vt deẽ ad vtrũq;. Sed cõtrà: imò videtur q debeat agi vt vadas pro me Romam non ex stipulatione: sed ex pacto actionis præ. verb. tã quam vestito cohærentia stipulatiõis. vt l. ij. j. de pactis inter emptorẽ. Gl. fatutur q possum agere ex stipulatiõe informata à pacto: vt hîc. & etiam actione præscri. ver. ex pacto tanquã vestito vt in contrario. & hos duos effectus operatur istud quod dicit in tex. q statim interuenit pactũ: non sic si ex interuallo, quia nõ sufficeret ad actionem producendã. Sed adhuc cõtrà quia istud non reperitur nisi in contractibus bonæfidei. vt in l. bonefidei. §. eodẽ. & in d. §. quinimò. Solut. hoc inducit ista lex vltra illas & similes, quæ loquũtur in bonefidei. vt idem sit in stricti iuris, qđ contractus vestitus vestiat pactũ incontinenti appositũ, vt vetere informet. & nouã pariat. & ad hoc principaliter ista l. & l. lecta. & aliàs leges de hoc non habemus. Aduerte tamen, quia hoc ego restringo ad contractum stipulationis, qui contrahitur verbis & consensu. non sic aliis stricti iuris, qui contraherentur re ipsa. vt in mutuo nam actio ex mutuo quę re ipsa contrahitur non potest dari vltra quã res interuenerit vt in l. si tibi. ff. eodem & in l. rogasti. §. si. tibi. ff. si cer. pet. Sed adhuc op. quia cõtractus stricti iuris habent strictã naturã, vt actio competens ex eis non detur nisi ad id q in contractu deuenit expresè. l. quicqd astrictis stringendæ. de ver. obli. Solu. & in id q deuenit in pacto incontinenti appositio censetur deuenisse in stipulatione cui inest pactum. vt d. l. lecta. Sed adhuc opp. nam tex. in. §. quinimò dicit q pactum incontinenti appositum informat actũ ex cõtractu vestito vt detur ad id quod deuenit in pacto: sed ponendo casum vt posui, q per stipulationem promisisti mihi. c. & per pactũ nodum ire pro me Romam, actio ex stipulatione quæ datur ad certi condictio: sed ista actio nõ potest dari vt vadas pro me Romam. quia omne factum est incertum: sed datur actio ex stipu. vt in l. si quis certũ. si cer. pe. Quomodo ergo informatur hæc actio. Sol. qñ actio potest informari, quia est apta dari ad id q deuenit in pacto. tunc informatur act. vt si tam in stipulatiõe quam in facto veniret aliquid certum: tunc daretur certi condictio pro vtroq;. & si in vtroq; veniret in certum, tunc pro vtroq; daretur actio ex stipulatu: si verò in stip. deuenit certum, & in pacto deuenit pactum, q est incertum, tunc non informat actio quia non apta informari: sed informatur ipsa stipulatio: vt pariat duas actiones. l. certi conditionem ad certum. & actionem ex stipulatu ad incertum. quæ finguntur esse duæ stipulationes: licet sit vna in conceptu verborum. & ita declarat Barto. in d. l. lecta. circa fina. Vltimò opponi. quia tunc pactum incontinenti appositum informat, quando legem contractui dat ideſt continet aliquid quod venit accessorie ad id quod deuenit in contractu. sed in terminis in quibus posui, non est ita: imò continet duas res diuersas Solu. quidam hic fatentur, & dicunt quòd debet poni casus quod pactum continebat aliquid accessorium, puta promisisti per stipulationem scribere librum: & per pactum incontinẽti appositũ ipsum corrigere, vel minutare. Si autem aliquid penitus diuersum, puta ire pro me Romam, non informaret: quia non daret legem contractui. quòd satis placet. Petr. autem reprehendit hanc positionem alia ratione. nam ipse est in opinione quod act. præ. ver. non detur nisi ex contractu innominato, si ergo. per stipulationem promisisti mihi. cap. & per pactum promisisti ire pro me Romam, hoc non est dare contractum innominatum, habita relatione stipulationis ad pactum. quia contractus innominatus est hincinde obligatorius, sed in istis terminis tu solus obligaris mihi: & ego non tibi, vnde ipse tenet quod in istis terminis istud pactum non vestiatur à stipulatione

latione: vt pariat nouam act. præs. ver. & per cõsequẽs q nec informet actionem ex stipulatione, quoniã isti duo effectus proueniunt ab vna radice, & si tollit vnus, tollit alter. dicit ergo esse ponẽdum casum taliter, quòd habita relatione stipulationis ad pactum, resultet contractus innominatus. puta conuenimus de permutando librũ tuum cum meo: postea per stipulationẽ illud idem promisimus. deinde per pactũ tu promisisti ire pro me Romam. tunc habita pro me relatione stipulationis ad pactũ, resultaret contractus innominatus. nam ego tibi obligor, & tu mihi ad permutandũ. & ideò me tibi obligaui vt ires pro me Romã. aliàs nõ obligaturus. Isto modo recitat Bar. opi. Pet. tamen Pet.
7 loquitur aliter. sed ad idem tendit. †Breuiter Pe. non recte con-
a siderauit mentem gl. nã duo sunt vestimẽta pactorũ [a] inter alia. vnum quod dicitur cohærentia cõtractus. & istud producit incontinenti hac. Aliud quod dicitur rei interuentu. & istud non producit, nisi secuto implemento. Glo. aũt consideraverunt primum, & non negant secundũ. sed Pet. non cõsiderauit primum, dico ergo quòd actio. præ. ver. non solum datur ex contractu innominato, prout dicit Pe. sed etiam ex pacto incontinenti apposito, quando resultaret contractus innominatus. & oritur incontinenti, si contractus primus erat purus. vt s. eo. l. in bonæfidei. dum dicit ex pacto actio competit. sed secundùm Pe. non oritur ex pacto, sed ex cõtractu innominato resultante, habita rela
8 tione ad pactum. †Concludo ergo q pactũ nudũ appositum in continenti iuxta contractum vestitũ, siue sit contractus bonæfidei, siue stricti iuris. ineſt cõtractui: & vestitur ab eo vt veterem actionem informet, & nouam pariat præ. ver. siue sit tale q habita relatione contractus ad pactum resultet cõtractus innominatus, siue non resultet secundùm opi. gl. & Doc. vltramon. dummodo sit super depẽdentibus à cõtractu. vt super cautione præstanda, vel si deiusioribus dandis, aut pignoribus. Fallit interdũ. quia non vestitur. vt in casibus in quibus dixi: in l. in bonæfidei. & aliter non informat. s. quando non reperit informandã. quod declarat per gl. in l. pacta conuenta. ff. de contrahen. emp. & qñ non est apta informari. vt suprà declaraui de certi condictione quæ non est apta informari vt competat ad factum. & etiam in contractibus qui re contrahũtur. siue sint bonæfidei, siue stricti iuris. vt actio depositi, vel cõmodati. quæ non potest informari, vt detur ad aliud quã ad rem depositam, vel commodatam. & actio informata oritur ex principali contractu. sed actio noua præ. ver. oritur ex pacto. sed secundũ opi. vltramon. nunquã vestitur ad prędictos effectus. nisi habita relatione pacti ad contractum resultet contractus innominatus. & tunc actio præscript. verb. oritur ex illo contractu. non ex pacto. & in hoc longa est differentia. quia si oritur ex pacto. vt volunt Doc. nostri, statim oritur licet obstet exceptio antequã creditor impleat contractũ, ex parte sua. sed si oritur ex contractu innominato, non oritur ante impletũ contractũ. De hoc tamen dic vt dicã infrà in quarta quæstione. Sed do. Rapha. est in mirabili opi. ipse enim tenet partim opi. vltramon. quòd nisi resultet cõtractus innominatus pactum non vestitur, & q quando non resultet actio informata non oriatur ex principali contractu. sed ex pacto per text. §. quinimò. ver. idem responsum. à contrario sensu. dum dicit q si opponitur ex interuallo, non datur actio ex emptione, vt ex pacto actio nascat. ergo si incõtinẽti, agitur ex empto quæ nascitur ex
2 pacto. Sed certè hoc nõ esset informare, sed nouam ✻ actionem parere vel producere, quod ridiculosum est. nec est intentio illius tex. hoc dicere. sed debet exponi ne ex pacto: id est propter pactum nascatur actio informata ad id quod deuenit in pacto. Doct. autem papienses nullo modo volunt fateri quòd quãdo pactum apponitur iuxta stipulationem. etiam si sit de appendicijs ipsius stipulationis, & etiam si contineat tale quid ad quod possit competere actio ex stipulatione habeat ipsam informare. quoniam informare est nouam formã dare veteri actioni. quod hic non potest contingere. quia licet vna stipulatio sit quantum ad conceptum verborum, videntur tamen tot esse stipulationes quot sunt tres promissæ. vt in l. scire debemus. de verbo. obli. igitur certi condictio, vel actio ex stipulatu: quæ datur ad id quod deuenit in stipulatione principali. sed diuersa. ergo illa nõ informatur. sed alia sibi adiungitur. non sic quando apponitur iuxta contractum bonefidei. vt emptionis & venditionis. quia hic nõ potest dici q sint plures cõtractus: sed vnus, ex quo oritur actio quæ informatur à pacto. & hoc satis potest a tolerari. vnde dicũt q in casu huius l. malè dicit gl. dum dicit q agitur ex stipulatione informata, imò agit ex noua stipulatione. Nam si promisisti mihi scribere librum, & b per pactum promisisti mihi illum corrigere: peride est ac si fuissem stipulatus j. duo: sed si hoc esset: duæ essent stipulationes. & quælibet istarum pareret actionem ex stipulatu. ergo illa quæ competit vt scribas librum, non competit vt ipsum corrigas: & sic non informatur à pacto. sed ad corrigendum oritur actio ex
b stipulatu. [b] ex alia stipulatione, quæ fingitur interuenisse. sed si hoc est, etiam in alio quod dicit glo. videtur malè dicere. scilicet quòd oriatur act. præscrip. verb. quia nõ potest oriri actio præs. verb. ex eodem, cũ illa non concurrat cum alia ordinaria oriente ex eadẽ causa. vt in l. quoties. ff. de præscrip. ver. Ista sunt subtilia in speculando potius quã vtilia. vt dicit hic. Alberic. Nunc
9 circa istam materiam gl. format quinq; quæstiones. † Prima est. nam clarum est secũdùm eam, q stipulatio interposita pro me, vestit pactum similiter pro me interpositum. Sed quærit glo. an vestiat pactũ pro te debitore interpositum: puta mutuaui tibi cẽtum, quæ per stipulationẽ restituere promisisti, pacto appositio incontinenti vt vadã pro te Romam. An istud pactũ vestiatur pro te, vt possis agere contra me. vt vadã Romam. & an informet actionẽ ex stipula. gl. hic distinguit. aut mutuaui tibi gratis sine vsuris. & tunc non vestit, nec informat. nã non ideo promisisti restituere, quia promisi ire pro te Romã, sed ideo quia mutuo recepisti, & teneris restituere. etiã si nõ promisisses. & sic nõ resultat contractus innominatus. aut mutuaui nõ gratis, qa promisisti vsuras, & tunc dicit glo. fortè est secus. qa propter vsuras ego me onerauí de eundo Romã. nã non teneris ad vsuras: nisi promisisses l. quãuis. j. de vsur. Ideò promisisti, non ideo qa tenereris videris promisisse, sed vt vadam pro te Romã: sed ego ecõtrà ideò promisi pro te ire Romam. vt promitteres vsuras. & sic resultat contractus innominatus. ex quo põt oriri actio. Pet. reprehendit gl. in primo mẽbro. dicens quòd etiam quando gratis resultat cõtractus innominatus, habita relatiõe stipulationis ad pactũ. Breuiter super hoc articulo tria sunt vidẽda: primum est vtrũ ex isto pacto informet actio ex stipulatione, vel ipsa stipulatio, præsuppositi opi. gl. qđ possit informari. & in hoc clarum est, nec põt agere Pet. negare q in neutro istorũ duorũ casuum siue gratis siue non gratis mutuaui, nõ potest informari: qa esset quædã contrarietas. nam actio ex stipulatione non tibi sed mihi cõpetit. si informaretur à pacto, vt detur ad id quod deuenit in pacto, esset dicere qđ actio mea daretur cõtra meipsum; quomodo enim potest informari tibi, si nõ cõpetit tibi, sed mihi. & quo modo põt informari mihi contra meipsum. Secundus articulus est. an si nõ informat, saltẽ à me, stipulatione vestiatur, vt pariat tibi actionẽ præ. ver. vt vadam Romam. & gl. hic nõ tangit hoc. sed in §. quinimò. super verbo bonæfidei iudicis. tenet idẽ quod non vestiatur. qa mea stipulatio non debet vestire pactũ contra me. qa sic noceret mihi, cũ tamen sit interposita ad meam vtilitatẽ: quod esse nõ debet. vt ff. loca. l. si merces. in prin. aliàs est l. si tibi. Sed in contrarium. q stipulatio mea possit vestire pactum cõtra me, videt, esse casus in l. ex morte. in ti. j. j. de pac. do. & in l. j. §. accedit. de rei vxo. ac. Nã si promissis mihi dotẽ per stipulationẽ. & ego per pactum incontinẽti appositũ promisi eandem dotem tibi restituere soluto matrimonio, istud pactũ vestitur eo hærẽtia stipulationis, vt ex eo oriatur actio præscri. ver. & tamen stipulatio est pro me. & pactũ cõtra me, & pro te. Doc. hoc non declarant. sed tenendo præcedentẽ opi. quæ secundũ Doc. probatur in l. si tibi. j. loca. secundũ verum intellectum ibi not. in gl. dic quod stipulatio mea non vestit pactũ cõtra me regulariter. Fallit qñ pactum esset interpositum super eodem, super quo est interposita stipulatio. vt in ll. cõtrarijs. quia per stipulationẽ promisisti mihi dotem dare. & ego per pactũ promisi eandẽ dotem restituere. Tene menti. Tertius articulus est an saltẽ resultet contractus innominatus, vel sic oriat actio præs. verb. non ex pacto vestito, sed ex cõtractu. & tunc in casu quẽ ponit gl. quãdo per stipulationẽ promisisti restituere pecuniam quam recepisti mutuo. Gl. optimè loquitur melius quã Pet. quia si mutuaui gratis, non resultat cõtractus innominatus. quia vt suprà dixi, nõ ideò

¶ Vestimenta pactorum. Adde quid sit pactũ vestitum per Car. zaba. i c. j. in vj. q. de pactis.
¶ Orit actio ex stipulatu. Adde Doct. in l. pacta. ff. de contrahen. emp.

promisisti restituere:quia ego promisi prote ire romã, sed ideò quia tenebaris restituere etiam si nõ promisisses:si autẽ nõ gratis,sed vsuris,tũc si nõ promisisses vsuras.nõ tenereris ad eas.videris ergo promisisse vt vadã pro te Romam.& ideò tunc resultat contractus innominatus,ex quo oritur præscri.ver.qd' ergo dicit gl.fortè cõtra esset.non intelligas q velit dicere quod tunc informetur actio ex stipulatione:vt ſ.dixi.nec etiam q vestitur pactum,vt dicit gl.in docto.§.quinimò.sed vult dicere q tũc resultat contractus innominatus,ex quo põt agi postquam fuerit impletus ex parte tua.qua vsuras soluisti.& tũc poteris agere vt vadã pro te Romã.sed antequã soluas,ipso iure non habes actionẽ:quia cõtractus innominatus factus nudo pacto solam naturalem obligationẽ inducit,antequã impleatur per aliquam partem.vt in l.ex placito.j.de rerũ permuta.& postquam fuit impletus,producit actionẽ præscri.ver.vt in l.iuregen.§.j. † Secunda quæstio gl.est si conuentio nuda erat cõuentio principalis.quia conuenimus de permutando librum tuũ cum meo.& conuẽtio vestita seu stipulatio erat accessoria,quia ,promisisti pœnã si recusares permutare.vtrũ ista stip.pœnalis vestiat principalem nudã Gl.dicit q non.quia ista.l.& aliæ similes quæ volunt qd' stipulatio vel contractus vestitus vestiat pactũ nudum,debẽt intelligi qñ iste cõtractus vestitus erat principalis.& nudus erat accessorius.nã tũc principale dat robur accessorio.nõ sic ecõuerso Quia principale non debet robur recipere ab accessorio.vt l.qd p manus.ff.de iure codicillo.& de hoc videt casus in l.si pacto quo penam.ſ.eodẽ.& in l.nuda.j.de contrahẽ.stipula.Pet.insurgit contra gl.dicit enim q pœna loco rei succedit.vt.l.apud Celsum.§.Labeo.de doli except.& si ita est.sicut si traderes mihi librũ tuũ, vestiret cõuentio nuda,vt posses agere cõtra me, vt dẽ meũ:& ita si soluis mihi pœnã quæ loco rei.id est libri tui succedit,dicũt Doc.q gl.intellexit de vestimento cohærentiæ cõtractus.Pet.autem de vestimento rei interuentus.& quod tam glo. quã Pet.verum dicunt.Sed mirabile est quod Pet.tã impertinẽter fuerit locutus,& malẽ.nã gl.quærit an cõuentio principalis nuda vestiatur à stipulatione pœnali.& ad hoc nõ tẽdunt verba Pet.sed vult Pet.q solutio pœnæ non dico:stipulatio, vestiat tibi contractũ innominatum.sicut si tradidisses rem.Item gl.quærit an stipulatio pœnalis vestiat conuentionem nudam ad mei vtilitatem.vt possis agere,vt tradam librũ tuum offerẽdo meũ. Nã si conuẽtio de permutando vestit à stipulatione,habeo act. præſ.ver.etiã antequam tradam meum:dummodo ipsum offerã. aliàs obstaret exceptio.Sed si nõ vestitur,secus:quia nõ possum agere,etiã si offeram meum:eum possis pœnitere re integra. Et hoc dicit gl.magna in l.iurigentiũ in prin.circa finem.gl.Dic ergo q gl.dicit veritatem,quod ista conuentio non vestitur à stipulatione pœnali.& sic non possum agere vt des tuum antequã tradiderim meum.etiam si offerã meum.per illã gl.secus si vestiretur,quia sufficeret offerre.vt in l.Iul.§.offerri.ff.acti.empt.Sed si quæritur an si solueris,pœnã:quia recusasti tradere tuum, possis agere cõtra me vt tradam meũ.perinde ac si tradidisses tuũ? ad q interdum verba Pet.qui dicit quod sic. Doct. nostri putãt eum bene dicere per suã rationem.dico quod ipse malẽ & pessime dicit,quia qui soluit pœnam,non implet cõtractũ.imò ideò quia nõ implet soluit.qui aũt non implet ex parte sua contractũ innominatũ,agere ex eo nõ potest.vt dicta.l.ex placito.j.de rerũ permu.Nec obstat ratio Pet.qa pœna succedit loco rei quo ad recipiẽdẽ vt post quã habet pœnam,nõ possit petere rem: nisi sit apposita clausula rato manente pacto.sed nõ sic quò ad soluentẽ,vt habeatur pro implente.& ac si rem suam tradidisset. foret enim hoc absurdũ quòd ego cogerer tradere tibi librum meum, postquã non tradidisti tuum,licet soluis pœnam:cũ ea solueris propter contumaciã,non tradendo tuũ. Præterea hoc casu pœna non succedit loco tui libri.sed loco interesse,q nõ æstimatur tantũ quantũ valet liber tuus.sed tantum quantũ interest mea potius tuum habere quàm meum.Pone enim qd' tuus valet.l.& meus.xl.non interest mea.in.l.sed in decem tantũ.& istam ratio nem subtiliter facit hic dominus Rapha.& sic cessat fundamẽtũ Pe.Concludo ergo qd' stipulatio pœnalis non vestit principalẽ conuentionẽ nudam vestimẽto cohærentiæ contractus. Et ista est intentio gl.quam Pe.non intellexit.Item q solutio pœnę nõ habet vim implementi:nec succedit loco rei quantũ ad soluctẽ, vt ex hoc consequatur actionẽ:perinde ac si contractum impleuisset:licet Pet.dicat contrariũ.& Doc.nostri transeũt cum eo. sed bene succedit loco rei quantũ ad recipientẽ,vt post quã habet pœnã,non petat rem.& etiam quó ad soluendũ, vt habeat
11 exceptionẽ super illa re.& in ista opi.est etiã.d.Raph.† Sed quærit ipse,quid ecõuerso,an cõuẽtio principalis vestita vestiat pactũ pœnale,si fuit promissa pœna nudo pacto. Dicit ipse q hic videt gl.per expressum q sic.dũ dicit. [Item intellige stipulatiõnẽ factã super principali:pactũ verò nudũ sup accessorio.] Intel ligendo accessorio.i.pœna. Nec ob.l.quãuis.j.de vsu.vbi nõ vetter est odiosum.& dicit Bal.hoc idẽ tenere in.l.in bonæfidei. ſ. eodẽ quia vsuræ accedunt sorti:sed pœna non accedit,sed succedit loco sortis:postea verò idẽ dominus Rapha.mutauit opiñ.et scripsit manu sua super lectu q putabat cõtrarium:quia tale pactum non potest inesse principali cõuentioni:cum sit super alia re,& non habet locum nisi principali deficiente.Breuiter de ista quæstiõe est casus.& miror q ipse allegat:cũ esset bonus textualis in l.seruus ea lege.ff.de ser.expor.q principalis conuentio vestita etiam bonę fidei, vt emptor & vẽditor,non vestit pactũ pœnale:nisi quatenus interest creditoris,quia patitur damnũ ex eo quia non seruatur contractus,attamẽ in pacto vsurarũ distingui tur.aut principalis conuentio erat bonæfidei,& vestit pactũ vsurarũ.vt in l.Publia.§.Lucius.ff.depo.Aut stricti iuris.& tũc aut pactũ vsurarium est super pecunia,& nõ vestitur.vt in l. quamuis.j.de vsu.Aut super alio, vt super oleo,vel frumẽto,& tũc secus.vt in l.frumenti.eo.tit.Et sic videt ex primo dicto q pœna sit magis odiosa quã vsuræ:licet ipse dicat econuerso. Qd' ergo hic dicitur accessorio in gl.non intelligo de pœna:sed de alijs cõtingentibus contractũ,vt de dandis fideiussoribus,vel pignoribus.& sic bene sentit ista gl.id qd'.ſ.dixi quòd iura dicentia pactũ nudum vestiri,debent intelligi quãdo ponitur super aliquo accessorio ipsius contractus:quia tunc ipsi contractui legẽ dat. vel quando põt esse pars contractus.vt in l.fundi partẽ.ff.de cõtrahend.empt.secus si super æquè principali.& ideò exemplum quod ponunt Doct.in hac l.quod fui stipulatus pecuniã.& per pactum fuit actum quod ires pro me Romam:non videtur bonum:quia istud pactum est super æquè principali.& hoc etiam est de mente Bal.quia tunc non dat legem cõtra dispo-
12 qualificat.† Quærit tertiò gl.in versi. [Item si nudo pacto.] clarum est quod quando principalis conuentio est vestita ab ipso initio,vestit pactum nudum incontinenti appositum.Sed quid si non erat vestita à principio,sed vestitur ex postfacto.An illud vestimentum nouiter acquisitum vestiat etiam pactum,vt si cõuenimus de permutando librum tuũ cũ meo,ista est nuda conuentio,ex qua oritur duntaxat naturalis si non interuenit stipulatio.sed si posteà impleo ex parte mea tradendo tibi meũ, tunc oritur ciuilis,& etiam actio præscrip.verb.vt l.iurigentium.§.j. ff.eo.& sic vestitur pro se,vt possim agere vt des tuũ. An ergo istud vestimentũ porrigat ad pactũ q fuit à principio appositũ iuxta illã conuentionẽ,puta vt vadas pro me Romam?Glo.hic tenet q non.qm ad hoc vt vestiat pactũ,requiritur vestimentũ ab ipso principio:vel si non fuit à principio,& superueniat ex postfacto,q fingat retro affuisse.vt i cõtractu cõditionali: i quo nulla obligatio vel actio nascit añ conditionis euẽtũ.Sed si conditio existat:nascit:& fingat retro nata:cũ depẽderet ex volũtate mea.non em cogebar tradere si nolebã,& conditio potestatiua non trahitur retro.vt in l.fi.ff.quæ res pi.ob.pos.& l.j.qui po. in pig.hab.Pe.cõtra gl.insurgit.dicit em q in isto casu. habita relatione conuentionis de permutando ad pactũ de eũdo Romã, resultat cõtractus innominatus facio vt facias:ex quo oriẽ actio p̃scri.veb.mihi implẽti cõtractũ.Doc.nostri dicũt q glo.habuit respectũ ad vestimẽtũ cohærãtiæ cõtractus.& in hoc gl.dicit verũ:sed Pe.ad vestimẽtũ rei interuẽtus.& in hoc verum dicit Pe. Aduerte.qa hic duo sunt videnda.primò an sit vnus cõtractus in nominatus,vel duo.& Pe.& doc.videt innuere q sint duo.primus principalis est ipa cõuẽtio de pmutãdo.Sed's est ille,q resultat habita relatiõe istius cõuẽtionis ad pactũ de eũdo Romã.& vult Pe.q si impleo primũ cõtractũ,tradẽdo rẽ meã,videor implere etiã secũdã:& sicut habeo ac.p̃scri.ver.ex primo, vt tradas tuũ,ita habeo aliã p̃scri.verb.ex scd'o,vt vadas p me Romã vnũ ergo ad idẽ implemẽtũ vestit vtrũq cõtractũ innominatum vestimento rei interuentus.secundò videndum est:clarũ est qd'

13 vel statuti, puta. †Dicit statutum ꝙ existẽte masculo filia dotata nõ succedat ab intestato, filia cũ dotatur pacisciť cũ patre quod sibi sit saluũ ius successionis, an valeat pactũ? videtur quod nõ: quia hæreditas nõ debet deferri per pactum, sed per l. vt in l. lege obuenire. ff. de ver. sig. & j. de pac. cõuen. l. hæreditas. In contrarium. nã iure veteri cũ pater emancipabat filium, soluebatur ius agnationis. & per cõsequens ius legitimæ successionis. & tamen pater cũ emãcipabat, poterat pacisci quod tale ius remaneret sibi saluũ, & valebit pactũ: licet hodie sit saluum etiã sine pacto. instit. de legi. agna. succes. §. fi. Bar. tenet hanc partem eo casu quo pater testando poterat prouidere filiæ, nõ obstante statuto quod loquitur ab intestato & sic nõ excludit à successione testamentaria. Sed si excluderetur ab illa: puta ꝙ nõ posset succedere ex testamento, vel ab intestato: tunc nõ dicit non valere. Tu aduerte ꝙ ista filia nõ est exclusa patre viuẽte. quia statutum eam excludit si decesserit pater cũ filijs masculis. & potest esse ꝙ ipse habeat masculos. decedat tamen sine eis. vnde exclusio venit fiẽ da tẽpore mortis, si tunc masculi extabant. Venit ergo hoc pactum ad conseruandum ius successionis à quo filia nondum est exclusa. Item ista exclusio nõ fiebat per statutum fauore patris, sed masculorum cui fauori pater renuntiare nõ poterat. vt in l. si vnus. §. ante omnia. ff. eo. Sed ipsi masculi sic: vt in l. præcedenti. Dic ergo in vtroq; casu. secundũ Bal. ꝙ aut masculi cõsentiunt in hoc pacto, & valet vtroq; casu. Aut non consentiunt, & tunc secus. Nec obstat ille §. fi. quia nihil facit ad propositũ: ibi enim pater promissione legis expressa potest sibi reseruare ius legitimæ successionis in bonis filij emancipati: non sic contrà poterat emancipatus reseruare sibi ius legitimæ successionis in bonis patris. quia iure hoc nõ cauetur, vnde nõ succedebat de iure veteri, nec de iure prætorio per bonorum poss. licet hodie succedat de iure ciuili per authen. de hæred. ab intesta. Cum ergo in casu proposito nõ reperiatur lex vel statutum ꝙ permittat filiæ reseruare sibi per pactum tale ius. imò in contrarium videtur casus. ff. eo. l. pactum. non valebit reseruatio: quicquid Bar. dicat. Sed si masculi consentiant; ideo valet: quia videntur renuntiare statuto facto in eorum fauorem. Et hoc præsuppositio talis filia non succedat patri ex pacto, sed de iure communi non remisso per statutum. Et sic non obstat ratio. ff. in contrarium facta de l. lege obuenire. & de l. hæreditas. Sí autem poneremus aliquã esse exclusam purè & simpliciter à successione alicuius. Pone exemplum in l. j. j. de secun. nup. tunc nullo modo per pactum posset recuperare talem successionem. quia tunc hæreditas deferretur per pactum, & non per legem: quod esse non potest. vt in iuri-
14 bus §. allega. †Pone exemplum. si statutum dicat quòd ingressa
a vel ingrediens monasterium non succedat patri, vel ꝙ sit exclusa ab hæreditate paterna, præsuppositio validitate statuti. nã ista filia est exclusa ab hæreditate viuente patre; vnde per pactum non potest recuperare. Cætera vide hic per Bar.

De transactionibus. Rubrica.

1 ☞Qualiter plures tutores teneantur, pro parte, an insolidum.
3 In casu quo tenentur insolidum, si unus tantum conueniatur: an habeat aliquod de quatuor beneficijs, quorum unum uocatur beneficium ordinis uel excussionis, aliud diuisionis, aliud cessionis, & aliud utilis actionis.
4 Si facta est transactio cum uno ex ipsis tutoribus seu curato. in casibus de quibus hic, an prosit alteri. & etiam noceat pupillo, uel adulto contra alterum?
5 Quare magis uni ex tutoribus uel curatoribus habenti beneficium cessionis, si soluat, & actio non cedatur, datur utilis ex æquitate, & tamen non uni ex fideiussoribus qui etiam habent beneficium cessionis?
6 Si fuit facta liberatio per acceptilationem præcedente aquiliana stipulatione, quæ habet uim solutionis, an extendatur ad tertium?

LEX I.

1 NEque pactio. †Líberatio facta per pactum gratuitum, vel per transac. vni ex tutoribus vel curatoribus, nõ prodest alteri, quominus conueniri possit pro mala administratione. h. d. Et reputatur valde difficilis propter gl. quæ primò præmittit vnum ad euidentiam. vicꝫ ibi. [cùm igitur]: postea determinat casum de quo quærebatur. Et pone casum ꝙ isti tres tutores vel curatores dãnificauerunt pupillum vel adultum in centum, qui postea maior factus liberauit duos gratis, & sic nihil habuit, vel non gratis cum transegit cum eis pro viginti, & à residuo eos liberauit. postea vult conuenire tertium, quem nõ liberauit. vel in totum, vt in primo casu, vel quatenus sibi deficit. puta in lxxx. vt in secundo casu. quæritur an possit? videbatur ꝙ non: quia cũ teneantur ex eadem administratione, licet quilibet insolidum, si administratio nõ fuisset diuisa per testatorem, vel per iudicem, videbatur quod liberatio facta illis porrigeretur ad omnes alios, sicut interruptio præscriptionis facta contra vnum ex pluribus reis debendi extẽditur ad alios. vt j. de duo. reis. l. fi. Contrarium respondetur, prẽmittendo primò ꝙ tale pactum vel transactio non prodest alteri quàm ei vel eis quibus est facta. & hęc sit regula generalis. quę traditur in l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. Ex quo infertur quod iste tertius poterit conueniri. sed inquantum? an in totum, an in residuo, an in virili, puta tertia parte? nõ declaratur in textu. Sed glo. voluit declarare, quod tamen facere non potuit: nisi primò sciatur qualiter teneatur, an quilibet pro parte tantum. an autem quilibet insolidũ. Item eo casu quo quilibet insolidum, si conueniatur vnus, an habeat beneficiũ ordinis seu excussionis, quod prius cõueniatur alter insolidũ, vel diuisionis, quod prius cõueniatur alter pro parte, si est soluendo. Itẽ an eo casu quo nõ est soluendo. & sic ille conuentus habeat necesse totum soluere, an habeat beneficium cessionis, quod nõ teneatur soluere nisi primò cedatur sibi actio contra alterũ: & sic non est cessa, an habeat vtilem actionem. nam ista quatuor beneficia locum habẽt inter plures tutores vel curatores. non tamen semper, sed aliquãdo vnum. aliquando alterum. aliquando omnia. aliquando nullum, & super hoc declarando gl. insistit. Et vult in effectu quod eo casu quo ille tertius non haberet aliquod de istis beneficijs, posset conueniri primo casu in totum: puta in centum. Secundo casu in eo quod restat, puta in octuaginta, quia quatenus recepit puta. xx. illa trãsactio prodest illi tertio. & nocet adulto quominus possit illũ conuenire ne bis exigat per l. si ex duobus. ff. de tuto. & ra. di. Et hæc colligũtur ex gl. ibi. [his ergo casibus &c.] Sed eo casu quo ille tertius haberet aliquod ex prædictis beneficijs, tunc licet mero iure talis transactio sibi nõ prosit quominus possit cõueniri, prodest tamen in effectu. quia conuentus opponet de tali beneficio, & cum agens nõ possit amplius illos duos cõuenire propter suã liberationẽ, nec cõtra eos act. cedere. repelletur ab agendo ope exceptionis per l. si pupillus. ff. de admi. tut. quæ videtur cõtraria huic l. per l. stichũ. §. pe. vel §. si creditor. ff. de solu. vbi qui tenetur cedere, si suo facto cedere nõ potest: repellitur ad agendo per exceptionẽ cedendarũ. & ista sunt quæ voluit gl. à principio vsq; ad illũ versi. [His ergo casibus.] per quæ breuibus verbis remanet declarata substantia. sed plura restant in singulis casibus videre. †Et primò qualiter plures tutores teneãtur, pro parte, an insolidũ, & hic distingue duos casus. licet gl. faciat plures. primus qñ administratio fuit diuisa per testatorẽ, vel per iudicẽ: puta ꝙ vnus administret bona intra ciuitatẽ, alter extra ciuitatẽ, tunc quilibet tenebitur pro sua mala administratione, & nõ pro administratiõe alterius. vt j. de diui. tu. l. j. ideò si vterq; malè administrauit, & trãsactio sit facta cũ vno pro sua administratione, nõ proderit alteri quominus possit pro sua cõueniri. & procederet ista l. sine scrupulo, & ita intelligi põt tex. dũ dicit [cõmunitérve.] nec isto casu tractãdũ est de beneficijs de quibus j. vel aliquo ipsorũ, sed solũ eo casu quo tenẽtur insolidũ, & sic alter pro altero. Secũdus casus est qñ nõ fuit diuisa per iudicẽ, vel per testatorẽ, & tunc tene indistinctè ꝙ quilibet eorũ tenetur insolidũ. & sic nõ solùm pro se, sed pro altero: siue omnes gesserunt, siue nullus gesit, & alter nõ. Item siue hoc fecerit dolosè, siue nõ dolo, sed culpa: vt mero iure quilibet insolidum teneatur ad damnum pupilli, vel adulti, vt

3 ti. vt in l. diuus. ff. de admi. tut. † Secundò est vidẽdum hoc casu quando tenentur insolidum, si vnus tantum conueniatur, an habeat aliquod de quatuor beneficijs quę habent locum inter eos, quorum vnum vocatur beneficium ordinis vel excussionis. per quod potest petere vt alter prius insolidum conueniatur & excutiatur, & demum eo reperto non soluendo deueniatur ad conuentum. Aliud est beneficium diuisionis. an possit petere quòd alter conueniatur pro parte, & eo reperto non soluendo deueniatur ad conuentum insolidum: & non prius. Tertium est beneficium cessionis, si in dictis casibus alter non est soluendo: & sic conuentus neutrum prædictorum habeat, & necesse habeat soluere totum, an possit petere sibi cedi actiones contra alterum qui non est soluendo, qui poterit postea effici soluendo cùm iste soluat pro illo. Quartum est beneficium vtilis actionis, si dicta cessio facta non fuit: de quibus beneficijs habetur in l. j. §. nunc tractemus. ff. de tu. & ra. di. Et super isto articulo distingue tres casus. Primus est, quando vnus gessit, alter non. Secundus est, quando omnes gesserunt, vel nullus gesit: quia isti duo æquiparantur. In primo casu aut conuenitur ille qui non gessit, & tunc habet tertium de istis beneficijs, scilicet ordinis. vt ille qui gesit primò conueniatur & excutiatur. Item beneficium cessionis, si ille reperiatur non soluendo. & sic iste qui non gesit habeat necesse soluere pro illo. nam potest petere quod actio tutelæ vel nego. gesto. quam habet agens, sibi cedatur cõtra illum gerentem. Tertium est beneficium vtilis actionis, si cessio facta non fuit. De beneficio autem diuisionis non est tractandum isto casu: sed solùm quando petitur quod alter conueniatur pro parte. Prædicta tamen vera: nisi ille qui gesit hoc fecerit de voluntate & mandato non gerentis. nam tunc etiam non gerens videretur gessisse per alium, & sic non haberet beneficium ordinis. l. tres tutores. §. non solum. ff. de administratio. tut. & esset idem hoc casu quod dicam. j. quando omnes gesserunt. Item procedunt prædicta quando non gerens conuenitur pro malè gestis, vel pro neglectis dependentibus ab illis. vt in dicta l. tres tutores. §. Item in eo. Sí autem pro neglectis ab illis non dependentibus, tunc non habet beneficium ordinis: vt gerens primò excutiatur insolidum: quoniam in hoc sunt pares in negligendo. & erit idem quod infrà dicam, quando nullus gesit. vt in l. tutores qui post. §. in eum. ff. de admi. tut. Sed econuerso si conueniatur gerens, nullũ de prædictis beneficijs habet contra non gerentẽ, si conueniatur pro malè gestis, vel neglectis dependentibus ab illis. tũc ergo si transactio vel pactũ factũ est cũ gerente, & postea conueniatur nõ gerẽs, licet mero iure possit cõueniri, tñ in casu quo sibi cõpetunt dicta beneficia, vel statim beneficiũ ordinis habebit exceptionẽ in totũ: qm̃ actor non põt excutere gerẽtem qui primò erat conueniendus & excutiendus. & hoc cõtingit facto agentis, sed si transactio est facta cum non gerente, & postea conuenitur gerens, cùm nullũ de prædictis beneficijs habeat, non poterit se prædicta exceptione tueri: ideo conuenietur cũ effectu vel insolidũ, si nihil percepit pupillus, vel adultus: vel quatenus nõ percepit. vt in secundo casu quẽ posui super litera. Si verò oẽs gesserũt, vel nullus gesit. primò est videndum an si vnus cõueniatur insolidũ, habeat beneficium diuisionis, vt alter conueniatur pro parte. Et hic fuerunt opiniones inter Azo. & Hugo. quia Azo dixit distinguendũ an fuerint in dolo oẽs. & tũc non habẽt beneficiũ diuisionis. & istã partẽ tenent Doct. per l. si plures. ff. de admi. tut. Hugo dicebat ꝙ illa loquitur qñ non gesserũt. secus qñ gesserunt dolosè. & hoc refert glos. licet nõ teneat in d. §. nũc tractemus. Sed pro opi. Azo videẽ esse casus in l. in magistratibus. aliàs habẽt in l. magistratus. la. prima. ff. de ma. con. quæ per illũ allegatur, & fortè verior est opi. Azo. per illam l. Secundò est videndũ eo casu quo alter sit nõ soluẽdo. & sic nõ conuentus habeat necesse totũ soluere, an habeat beneficiũ cessionis. & hic seruanda est distinctio Azo. Aut fuerũt in communi dolo, & non habet: an in culpa tãtum, & tũc secus. vt est casus in d. §. nũc tractemus. Sed quæ est ratio ꝙ qñ sunt in dolo, nihilominus habẽt beneficium diuisionis, & tñ nõ habẽt beneficium cessionis? Dicũt vltramon. quia beneficium diuisionis tẽdit solũ ad defensionẽ, ne cõuentus soluat totum, sed postquàm soluit, deficiente illo beneficio, ideo non potest petere sibi cedere: quia istud beneficium tẽdit ad offensam alterius. Item aduertendum ꝙ isto casu qñ omnes gesserunt, aliquando locũ habet beneficiũ ordinis: videlicet qñ damnum euenisset nõ cõmuni dolo, vel cõmuni culpa, vel dolo vnius tãtum. nam tũc esset idem quòd qñ vnus gesit, alter nõ per d. §. nũc tractemus. Item in alio casu qñ essent tutores disparis cõditionis: quia vnus testamẽtarius, alter datiuus datus loco alterius testamẽtarij prædefuncti. nam pro illo datiuo nõ tenetur testamẽtarius: nisi illo prius excusso & fideiussoribus eius, & in magistratu qui dedit. vt est casus singu-
4 laris in l. Lucius. §. cum testamẽto. ff. de admi. tut. † Ex quibus apparet si facta est trãsactio cum vno in casibus prædictis, an prosit alteri, & etiã nocet pupillo vel adulto cõtra alte um. nã quatenus ille alter quem nũc vult cõuenire haberet beneficium cessionis vel diuisionis, poterit cum effectu conuenire: sed eo casu quo non haberet, vt si fuissent in communi dolo, & alter cũ quo transactio est facta nõ est soluendo, & sic non habet iste tertius beneficium cessiõis, tũc in nullo sibi prodest: & poterit cõueniri vel in totum, vel in eo quod deficit. Et ex prædictis sunt omnia declarata melius quam declaret Bar. Et aduerte ad tria: ne gl. faciat te vacillare: primò quia tex. loquitur per vnum modũ, & gl. per alium: tamẽ tẽdũt ad eũdem effectum: quia tex. dicit ꝙ trãsactio facta cum duobus nõ prodest tertio. glo. dicit ꝙ nõ nocet. intellige. ſ. ipſi pupillo vel adulto quominus possit tertium conuenire. nam si nõ prodest tertio: ergo nõ nocet adulto, & sic idẽ est dicere. & vbi prodesset tertio ope exceptionis, vt in casibus suprà tactis, ibi nocet adulto. Item dum gl. dicit circa mediũ ibi. [in tertio & quarto dic idem ius &c.] Intellige hoc modo. nõ ꝙ sit idem ius quod in proximo præcedẽti casu tacto per glos. sed vult dicere ꝙ tertius & quartus casus parificantur, & quod ius est in vno, est etiã in altero, ꝙ aũt sit illud gl. postea in versi. [his ergo casibus.] declarat. ex quo apparet ꝙ est ius diuersum ab illo quod est in proximo præcedẽti casu. Tertiò & vltimò inquãtùm dicit gl. [electo gerẽte vel electo vno &c.] Intellige de elec. quæ fit faciẽdo pactũ, vel trãsactionẽ cũ vno. nã ille videtur per
5 hoc eligi. † In vltima aũt. q. glo. quærit. quare magis vni ex tutoribus vel curatoribus habẽti beneficiũ cessiõis si soluat, & actio nõ cedatur, datur vtilis ex æquitate, & tñ nõ vni ex fideiussoribus, qui etiã habẽt beneficium cessionis: & si totũ soluat, potest petere ꝙ cedatur sibi actio nõ solùm cõtra principalem: sed etiã cõtra fideiussores, & tamen cessio nõ est facta, nõ habet vtilem actionem contra fideiussores. vt l. fideiussor. ff. de fideiusso. & ratione diuersitatis gloss. assignat hic aliquas rationes, quæ reprobantur per Doct. & dicunt quòd vera ratio ponitur per gloss. in l. ex facto. ff. de nego. gest. in fi. ma. gloss. quia vnus ex tutoribus soluendo totum, gerit negotium cõtutoris sicut suum: sed vnus de fideiussoribus soluendo, nõ gerit negotium confideiussoris: cùm illud ad eos nõ pertineat sed gerit negotium principalis debitoris: & cõtra illum habet actionem mãdati, etiam actione nõ cessa. ideo etiam non datur vtilis. quæ directa competit creditori. Et si dicatur. imò gerit negotium cõfideiussorum, quia sicut liberatur reus principalis, ita & alij confideiussores. Glos. respondet quòd istud nõ cõtingit officio gestionis, scilicet ex eo quòd ille gerat negotiũ illorum, sed cõtingit in consequentia sol. quia liberato principali in cõsequentiam liberãtur fideiussores: cum exceptio quæ incipit principali competere, ad fideiussores trã-
6 eat, vt in l. exceptiones. §. rei. ff. de excep. † Vltimò quia ista l. loquitur quando liberatio fuit facta per pactum gratuitum & nõ gratuitum, de cuius pacti natura nõ est quòd pactum vnius extendatur ad alterum, etiam si sint correi. vt l. iij. §. nunc de effectu. ff. de lib. leg. quia non habet vim solutionis. Quæritur quid si fuit facta liberatio per acceptila. præcedẽte aquiliana stipula. quæ habet vim solutionis, an extendatur ad istum tertium? videtur quòd sic per illum §. nunc de effectu. Breuiter aduerte pienius quàm dicat Bart. quòd in casu istius l. Sí administratio fuit diuisa per testatorem, vel iudicẽ, cũ quilibet eorum teneatur de sua tãtum administratione, talis acceptilatio habet vim solutionis solum in eo ad quod ipse tenetur: & ideò etiam tunc nõ proderit alteri: sed si nõ erat diuisa, & quilibet tenebatur insolidum mero iure, licet aliquando habeat aliquod de prædictis beneficijs, aliquãdo nõ. vt suprà dixi. tũc si liberatio fuit facta vni per acceptilationem gratis factam, & ex liberalitate, non ex causa transactionis, tunc indistinctè prodesset alteri: quia haberet vim solutionis in tota quantitate ad quam ille mero iure tenetur, posito quòd in effectu non teneretur propter dictum benefi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Age. Adde istū textū cū gl. q̄ impugnatiuū relatū ad eū. cuius cōmodo agitur, nō importat necessitatē: sed cōsiliū facit l. ij. in fi. & ibi Bar. ff. mand.

b ¶Scripturis. Adde quia tūc ex quo ipsi per acta hoc fit notorius, ipse suppleat de facto cuiā parte nō petente. ita Ange. in l. si pars. ff. de inoffi. test. per l. vbi j. eo. & in l. fi. ff. de pet. hæ. Alex. de imol. in l. cū qui ita. §. q ita. ff. de verbobli. & in l. iiij. §. hoc autē. ff. de dam. infec. & ibi plenè de materia. Cur.

cium: quia largè est interpretanda talis libe
ratio fauore libertatis. & hoc per illum §.
nunc de effectu. qui etiam hodie locum ha
bet: licet hodie plures rei debendi habeant
beneficium inter se diuisionis ex noua con
stitutione de duobus reis. & etiam olim ha
bebant beneficium cessionis, & vtilis actio
nis, quando erant ex causa onerosa. iuxta
not. in l. j. j. de duob. reis. Sed si esset facta li
beratio ista non ex mera liberalitate, sed ex
causa transactionis, quæ est stricti iuris. vt
patet j. eo. l. iij. & l. si de certa. tunc non habe
ret maiorem vim quàm simplex pactum.
& ideo eo casu quo pactum nō prodesset
alteri nec etiam acceptilatio proderit: quæ
debet intelligi secundū naturam act. seu cō
tractus super quo fit. arg. in l. si stipulatus.
ff. de vsu. & quod habeat in l. si legati serui
nomine. de lega. j. ad quod facit quod nota.
in ea. l. si de certa. & l. si causa cognita.

LEX II.

1 VM te proponas †Propter litem etiā de facto motam, vel quæ
sperator moueri, potest fieri transactio. & debet obser
uari. h. d. In text. ibi. [hæreditate.] subaudi pater na,
quæ fortè ex forma statuti ad te solum pertinebat ista sorore ex
clusa: sed illa prætendebat se debere succedere vnà tecum:
sed certè nulla est dubitatio in iure. vnde videbatur q̄ trāsactio
per te facta cum illa non valeret. quia transactio fit super lite. &
lis est de aliquo dubio. & hic nulla erat dubitatio, potissimè si
adhuc lis de facto non erat mota in iudicio. vt in l. j. ff. eod. Et his
non obst. determinatur contrarium q̄ sufficit quod lis fit de fa
cto, licet non de iure quod speratur moueri: licet adhuc non sit
mota. & ad hoc semper allegatur ista lex. per quam decraratur l.
j. ff. eo. sed obst. vnū contrarium difficile, quia secundum hoc lis
quam mouebat soror, vel sperabatur moueri, erat manifestè ca
lumniosa. ergo vitiatur transactio per l. in summa. in princi. ff de
condi. inde. Glos. hic super verbo [nulla.] soluit, q̄ istud proce
deret si ista soror fuisset actrix, & tu reus, quia possidebas. Nam
dolus & calumnia actoris in litigando vitiant transactionē. Sed
si illa soror erat rea, quia possidebat, & tu actor, tūc dolus & ca
lumnia rei non vitiant transactionem: quia potius toleratur reus
malitiosè se defendendo, quàm actor calumniosè molestando.
& ista est cōmunis opi. de qua no. j. eo. l. sub prætextu. la j. & hoc
quādo dolus fuit cōmissus in litigando. Si autem in trāsigendo,
non distinguitur ex qua parte committatur secundū Iac. but. vt
ibi not. sed Bal. tenet ibi contrarium. & ibi tangam.

c ☞ *Quando petitio est generalis, & transactio specialis, an præiudicet in his, de quibus est transactum?*
3 *Petitio si est generalis, an sententia absolutoria prosit absoluto etiam in nō prosecutis?*
4 *In his quæ constant iudici ut iudici, potest iudex de facto supplere.*

LEX III.

a Ge cum geminiano. †Si petatur pars
1 pecuniæ debitæ,
& super illa transigatur. non extenditur transactio ad
alteram partem. h. d. secundū vnum intellectū: qui tan
gitur in glo. super verbo [nominatim,] secundum quem hic te
nebatur ad certam quantitatem: puta ducenta ex vna specie tan
2 tum administrationis. †Secundum aliū intellectū dicit. q̄ quan
do est petitio generalis, & transactio specialis, non præiudicat
nisi in his de quibus est transactum, & secundū istum intellectū
tenebatur iste ad centū ex vna specie, puta ex mala administra
tione salis. & ad alia cētum ex alia specie, vt ex mala administra
tione frumenti. Et iste adultus generaliter petijt istum compelli
ad reddendū rationem administrationis, & reliqua: quæ petitio
cōprehendebat vtrunq; debitum: posteà in prosecutione nō fuit
prosecutus nisi primū, & super illo transegit, recipiendo partem
de centum, & ipsum liberando simpliciter ab eo quo ipse tene
tur. vnde videbatur quod esset in liberatione ab aliis centū, pro
pter generalem petitionē in qua cōprehendebantur, & propter
simplicē transactionem vel liberationem, cum qua etiam pote
rant cōprehendi. Sed contrarium est verius: quia talis liberati o
restringitur ad prosecuta, non attenta generalitate petitionis. &
3 hoc vult ista l. secundū aliam lectu. quam voluit glos. fi. quæ di
stinxit. Sed plenius dic vt in l. si de certa. j. eo. † In glo. fi. in prin.
ibi. [quod nō placet &c.] vult dicere. gl. q̄ in secunda lectu. illa
generalis trāsactio reputatur specialis, quia restringitur ad pro
secuta. & sic ipso iure non facit præiudicium in aliis capitulis, in
quibus nō est facta prosecutio, nec est necessaria replicatio. sed
quando petitio esset generalis, & prosecutio specialis, & senten
tia generalis, quia nō fuisset transactū. sed lata sententia absolu
toria simpliciter, tunc quia de natura sentētiæ est se referre ad pe
tita. vt in l. si. j. de fideicō. lib. mero iure faceret præiudiciū in om
nibus deductis, seu quæ includuntur in generali petitione. sed
de æquitate restringitur ad prosecuta, Ideo est opus replicatio
ne. quia mero iure talis sententia absolutoria prodest absoluto
etiam in nō prosecutis. sed si opponatur exceptio rei iudic. repli
cabitur de prosecutione non facta in illo, & nisi replicaret, succū
beret actor & iste est casus in l. licet. j. de iud. Sed in casu legis no
stræ viso instrumento transact. si reus excíperet, licet actor non
replicaret, quia cōstat iudici istā transactionē non extendi vltra
nisi ad prosecuta, dabit sententiam pro actore: supplendo in his
quæ cōstant sibi vt iudici. & dicuntur constare vt iudici quādo
b constāt ex scripturis productis vel attestatiōibus receptis, aliàs
4 non debet supplere de facto: vt hic. quod dic vt j. vt quæ desunt
aduo. par. l. vnica. & per Bal. in l. iiij. §. hoc autem iudiciū. de dā.
infec. & ita declarat gl. super verbo iudicij. † Nam ad hoc allega
tur ista l. q̄ in his quæ cōstant iudici, vt iudici potest iudex de fa
cto supplere. nam dicit Imperator q̄ ita debeat agere, & aduersa
rius excipiet de transactione, oport bit q̄ producat instrumen
tum, quo producto iudex videbit super quo trāsactio facta fuit.
& licet videatur dicere q̄ hoc cōtingat eo quia actio intentata. s.
nego. gest. erat bonæ fidei. Doct. dicunt idem si erat stricti iuris.
quia semper potest supplere de facto in his quæ constant sibi vt
iudici. Cætera circa distinctionem. glo. quæ sequitur. dic vt in l.
sub prætextu. la ij. & l. si de certa. j. eo.

2 ☞ *Quando reus non obseruat transactionem, & actor sic, qualiter succurratur actori & quid si actor non potest plene obseruare. & quid econuerso. & nu. 1. 3. & 4.*
3 *Si actor fuit dolo inductus ad transigendum, an transactio sit nulla?*
4 *Vbi datur alia actio, non datur de dolo.*
5 *Quando plus extenditur dispositio inter minores, quàm ultima voluntas?*
6 *Dictio nisi, quid importet?*

LEX IIII.

1 ACtione. †Actor seu creditor dolo inductus ad
transigendum per debitorem, ad actio
nem penitus extinctam redire non potest: sed ei per a
ctionē doli succurritur ad interesse, nisi super illa actio
ne etiam fuerit transactum. h. d. secūdum lec. Azo. quam gl. hic
videtur tenere. & etiam Bal. & do. Raph. qui dicit q̄ non videt
qualiter possit sustentari alia lect. sed secundum Pileum seu Pi
la. h. d. Si reus non obseruat transactionem actori qui etiam non
plenè potest obseruare. facit tamen quicquid potest, ad actionē
extinctā non datur regressus: nec potest agere vt impleatur trā
actio, si non interuenit stipulatio, sed simplex pactū. ideo in sub
sidium succurritur sibi per actionem de dolo ad interesse: nisi su
per ea sit transactum. h. d. in effectu. Et sic aduerte. quia in prima
lect. reus volebat implere transactionem, sed actor nolebat recí
pere, nec etiam ipse volebat implere: sed eam rescindere, quia do
lo fuerat inductus. In secunda verò lec. econuerso reus non ser
uabat transactionem, subaudi nec poterat compelli ad obseruā
dum: quia nō interuenerat stipulatio: sed simplex pactum. Item
pactum illud non erat vestitum rei interuentu: quia actor nō ple
nè impleuerat, nec poterat implere ex persona sua: quia promise
rat amplius à reo non petere, nec ipsum molestare super debito:
& postea pro obseruatione huius liberauerat reū per acceptila
tionem: nam per hoc non videbatur perfectè impleuisse, cū illa
verba intelligātur tam de iure quàm de facto. vt no. s. ti. j. l. j. in fi.
gl. mag. & tunc licet de iure nō possit, potest tamen de facto. nō
tanquam nō plenè vel perfectè impleuerit. & licet fecerit quic
quid potuerit, nō datur actio præ. ver. vt sibi impleatur. cum illa
detur nisi ei qui perfectè impleuit. vt l. naturalis. §. j. & l. ob eam.
ff. de præs. verb. & tunc datur vel vt sibi impleatur, vel ad inter
esse, quia non impletur: nam ex hoc illud pactum nudum quo
se reus

se reus obligauit, vestitum est rei interuentu quo ad pariendam
actionem ipsi actori, vt in l. iurisgētium. §. j. ff. de pac. In subsidiū
ergo deficiente alia actione huic actori, quæ datur iuris rigore,
postquam fecit quicquid potuit, succurritur sibi de æquitate ad
interesse cuius contrarium nō implentem. & iste est casus singularis
huius l. secundū lect. Pla. seu Pilei. quā glo. declarat in ver. [vel
tertio.] Et puto eam esse verissimam, quam etiam sequitur Bar.
Nam secundū primam lect. ista l. modicā dubitationē haberet.
Sed d. Rapha. dicit q̄ ista lectu. est periculosa, propter difficiles
obiectiones quæ fiunt contra eam: sed statim respondebo clarè.
2 † Et secundū istam lectu. ista lex incipit tractare de vna materia
quando reus non obseruat transactionem, & actor sic, qualiter
succurratur actori. de qua etiam tractatur in l. cum mota. j. eo. &
in l. siue apud acta. quæ similiter sunt difficiles valde. in l. si pro
fundo. quæ loquitur quando reus impleuit, sed non perfectè. de
hoc etiam tractat. l. cum proponas. s. tit. j. cū illa loquitur quādo
actio non erat extincta ipso iure, sed ista & etiam l. cum mota. lo
quuntur quando erat extincta. s. per acceptilationem, vt in hac l.
vel per mortem actoris. vt in l. cum mota. Aliquādo econuerso
reus obseruat transactionem, sed actor venit contra, & tunc lo
quitur l. vbi pactum. & l. si quis maior. j. eo. quæ similiter sunt dif
ficiles. & ista præbent magnam introductionem ad intellectum
huius l. cum sua gl. quæ reputatur valde subtilis. & dicit Bart. q̄
3 est ita de medula iuris sicut aliqua quam ipse sciat. † Contra lect.
Pilei. opp. quia si actor fuit inductus per dolum ad transigendū,
videtur transactio nulla: quia facta super actione bonæfidei. s.
vtili neg. ge. nam sicut contractus vel quasi est bonæfidei, ita &
distractus. vt nota. j. sub prætextu. & dolus dans causam contra
ctui bonæfidei, reddit ipsum ipso iure nullū. vt l. & eleganter. in
princ. ff. de dolo. ergo & transactio quæ dicitur distractus. ergo
actio prima non est ipso iure sublata: & potest iste actor ad eam
redire. cuius contrarium hic dicitur. Sol. aliud est trāsactio, aliud
liberatio quæ fit pro executione transactionis: sicut aliud est vē
ditio, aliud traditio: sed posito quòd vēditio sit nulla propter do
lum dantem ei causam, traditio tñ non est nulla: quia l. facti est.
& ex ea transfertur possessio. vnde dixit Bal. præcessit venditio
vt infirma, secuta est traditio vt infirmanda per actionem de do
lo. vt no. in d. l. & eleganter. Eodem modo hic transactio est nul
la, sed liberatio facta per acceptilationem non est nulla, imò va
let: sed retractatur per actionem de dolo. quia assimilatur tradi
tioni, cū trahat secum executionem. ita not. j. e. l. sub prætextu. la
prima. Adhuc oppo. q̄ non agat acti. de dolo, cum possit agere
condi. ob causam, vt se reponat in pristinam obligationem. vt l.
si quis accepto. ff. de condi. ob causam. Solu. non est verum: quia
illa datur ex eo q̄ causa non impletur, sed hic non stat per eum
quominus impleatur: sed per actorem qui dicit se deceptū. Con
tra lect. Pilei extra glo. oppo. primò. q̄ si reus non seruat transac.
possit actor redire ad actionem primam. vt s. tit. j. l. cùm propo
nas. Solu. ibi non erat extincta, quia non interuenerat acceptila
tio: sed pactum: hic secus. Sed contrà. quòd etiam si non erat ex
tincta, non possit ad eam redire: vt j. e. l. si pro fundo. Sol. in illa l.
poterat agere præscript. verb. vt sibi impleretur transactio. ideo
odio litis non permittitur sibi vt redeat ad actionem primam, &
transactionem rescindat, posito quòd reus non plenè adhuc im
pleuerit ex parte sua. facit tamen quòd potuit. Et hoc est singu
lare per l. illam si pro fundo. quòd vbi potest agi ad obseruan
tiam transactionis, non possit agi ad ipsam rescindendam, etiam
4 causa non impleta. † Sed iterum oppo. de l. cum mota. j. eodē.
vbi querela erat extincta sicut hic actio prima, & tamen nō agi
tur de dolo, sed præ. ver. vt impleatur transactio, etiam si nō in
teruenit stipulatio. Solu. ibi actor impleuerat perfectè ex parte
sua, & sic poterat agere vt sibi impleatur secundum vnam lect.
hic autem non perfectè impleuerat: quia promiserat nunquam
petere: ideo non habet actionem vt sibi impleatur. Breuiter his
non ob. gloss. reprobat hanc lectu. duplici ratione. prima: quia
vbi datur alia actio, non datur de dolo vt l. j. §. si quis. ff. de dolo.
Sed hoc post reus non implet si actor vult agere ad rescinden
dam transactionem, quia causa non impleta potest agere cōdi.
ob causam, vt reus se reponat ad pristinam obligationem. vt in
d. l. si quis accepto. ff. de condi. ob causam. Item alia ratione: quia
a iste contractus videtur fuisse contractus innominatus a do vt
des, vt remittere sit dare, ex quo oritur actio præscript. verb. vel
vel ad interesse, quia non impletur, vel vt a impleatur vt ff. de præscrip. verb. l. natura
lis. §. j. & l. ob eam. & sic debet cessare actio
de dolo. cuius contrarium hic dicitur. Et
per istud Azo ab ista lect. recessit. & posuit
primam gl. tamen dicit posse hanc lectu. su
stineri. respondendo dictis obie. primò. q̄
licet possit agi vt se reponat in pristinā ob
ligationem, tamen ad hoc agitur certi con
dictione generali, non cōdi. ob causam. &
ita intelligatur. l. si quis accepto. cum qua
generali concurrit actio de dolo, licet non
concurrat cum speciali. Sed hoc reprobat,
quia l. si quis accepto. debet intelligi secundùm materiam tit. &
sic de condi. ob cau. cum qua actio de dolo non concurrit. vel
dic secundùm gl. quòd licet loquatur in condi. ob causam, tamē
non habet locum illa l. nisi quando debitum remissum erat liqui
dum: sed hic non potest agi condictio ob causam, vt se reponat
in primam obligationē, meritò datur actio de dolo: sed nec ista
placet. quoniam illa l. etiam habet locum quando debitum non
erat liquidum. vt patet ex ibi notatis, vt reponat se in eo statu in
quo prius erat. Sed quidam hanc approbant dicentes quòd qñ
debitum non erat liquidum, tunc remittere non est dare, sed fa
cere contra, licet possit agi condi. ob causam: attamen iste contra
ctus dicitur facio vt des. ex quo oritur actio de dolo secundùm
naturam contractus, quæ concurrit tunc cum dicta condictio
ne. vt in l. naturalis. §. quod si faciā. ff. de præsc. verb. sed nec hoc
placet: quia tunc est hoc verum quando ex eo quod factum est
nihil adest aduersario. ita intelligitur illeꝫ. sed quando adest, tūc
oritur actio præscrip. verb. sicut est do vt des. vt j. eod. l. cum mo
ta. secundum communem intellectum, sed hic aderat liberatio.
vnde gl. tertiò pro sustentatiōe huius lect. dicit in effectu quod
debent intelligi hæ lectu. ad hoc vt possit procedere, quando
actor nō plenè impleuerit ex parte sua, quia promisit nunquam
petere. quod intelligitur de iure & de facto. & sic non implet
quousque viuit: quia licet deliberauit, & sic de iure non possit
petere, potest tamen petere de facto. vt not. per gloss. infrà. l. j. in
fin. mag. glo. suprà. titu. j. sicut ergo non potest agere præ. verb.
vt sibi impleatur, postquam ipse non impleuit: ita nec potest a
gere condict. ob caus. vt se reponat in pristinam obligationem:
quia illa cond. datur propter moram non implentis, sed hic reus
non constituitur in mora si actor non impleuit. l. Iul. §. offerri. ff.
de act. emp. & Bart. sustinet hanc lectu. per hanc rationem. Bal.
contrà: quia sufficit quòd fecerit quicquid potuit, illum liberan
do per accepti. Sed hoc non est verum: quia qui duo promit
tit, non satisfacit si vnam tantum facit rem contra notata in d. l.
j. in fin. magn. gl. sed do. Raph. fortius arguit contra Bar. quia nō
est verum q̄ cōdictio ob causam solum detur quando aduersa
rius est in mora implendi. hoc enim reprobat gloss. in l. iij. §. ij. de
condi. ob cau. & dicit quòd sufficit causam non esse impletam.
licet non sit in mora. vt si dedi tibi x. vt vadas pro me Romam:
licet fueris impeditus, & sic non fuisti in mora, datur mihi con
di. ob causam ad repetendum. vt ibi not. sed ego addo rationē
fortem: quia si actor non impleuit ex parte sua, reus nihil dolo
facit si non implet. quare ergo datur contra eum actio de dolo
propter hoc d. Raph. dicit quòd non videt qualiter ista lectura
non possit sustineri. Breuiter puto contrarium, quòd non sit ve
rum quod dicit Bart. vt requiratur mora. nam in hoc do. Raph.
dicit melius: sed dico quod huic actori qui perfectè non imple
uit, nec actio præscrip. verb. nec condictio ob causam datur pro
pter causam sibi non impletam: quoniam istæ actiones dantur
secundùm iuris rigorem. & sic ei qui perfectè impleuit. verum
quia actor fecit quicquid potuit liberando, licet reum non con
stituerit in mora de rigore, attamen secus de æquitate: quia con
stituit in mora. & etiam dolo: quia deberet sibi sufficere quòd ta
liter est liberatus q̄ de iure non potest conueniri. ideo de æqui
tate succurritur actori per actionem de dolo. & iste est verus ca
sus huius l. ita sustentatus, vt fiat differentia inter rigorē & æqui
tatem, quæ tollit omne contrarium. licet glo. istam finaliter non
teneat, sed primam lectu. Azo. quæ modicam dubitationem ha
5 bet. † Ex prædictis recollige hic de publici dolo. s. de illo qui fuit
cōmissus in inducēdo actorē ad trāsigēdū, & sic à prin. vt in pri

1 ¶Cōtractus innominatus. Adde q̄ in cōtractu innominato est locus pœnitentiæ secundū gl. & Doct. in l. si cū fundum. ff. de pact. Fallit fauore doris. vt in l. si ergo, in §. j. ff. de iure dot. Bar. in l. ij. in §. si pecuniam. in fi. ff. de dona. Bal. in l. sicut. C. de act. & obl. & in l. mandatum. in iij. co. C. manda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Dictionis nisi. Ad de Ange. in l. ij. ff. in §. qui iniuriarū. ff. si quis cau. & per Dy. in regula peccatū. de regu. iur. libr. vj. per Alex. de imo. d. §. q iniuriarū. & in suo cōsi. xciij. col. ij. circa medium. in j. vol. & in consi. xx. in fi. in iij. vol. & in cōsi. clij. co. ij. vers. hec obiter. in v. vol. Cur.

b ¶ Cōtractus innominatus. Adde qui sint cōtractus innominati. dic octo. de quib⁹ enumerat. Andr. in l. naturalis. ff. de præscrip. verb.

c ¶ Verbum suscipiēs. Adde §. sic itaq. in. insti. de act.

ma lec. de illo qui cōmittitur post in nō seruando transac. vt in secūda. Est dare tertiū dolū scilicet cōmissum in administratione, si iste curator dānificauit adultū in aliqbus per culpā, an per liberationem simpliciter postea factā inter viuos, censetur liberatus ab vtroq;. De hoc tangit gl. fi. quæ semper allegatur, & tenet quod sic. licet sit secus in legato liberationis eidē facto. quia non cōprehendit illa in quibus fuit dolus cōmissus: & in quibus ratione doli tenetur: sed solùm illa in quibus tenetur ratione culpæ. l. si quis rationes. & l. Aurelio. §. Caius. ff. de libe. leg. & dic vt ibi plenissimè per Bar. de isto articulo. & ista gl. tanquā sing. semper allegatur, q; plus extendatur dispositio inter viuos quàm vltima voluntas. Sed in cō trariū facit. quia fauorabilior est vltima voluntas. vt in l. in testamentis. de reg. iur. sed dic quod in fauorē dolosi non est fauorabilior: cum fiat propter merita legatarij, & dolosus non meretur. Sed qui liberat inter viuos, sibi imputet quare se non restrinxit.

6 †De materia verò istius dictionis nisi quæ aliquādo ponit, ali-
a quando priuat. de quo dic vt hic per Cy. vide per Bart. in l. si eū. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. & in addi. Spec. in tit. de spon.

LEX V

1 Vm te. †Valet transactio, licet scriptura non sit inde confecta. h. d. De hoc vt §. titu. j. l. pactum q; bonafide. Hic nō sunt alia. venio ad subtilem. l. cùm mota inofficiosi querela.

2 ☞ *Verbum suscipiens. an etiam importet translationem dominij?*

3 *In his quæ non transmittūtur ad hæredes, promissio de non agendo restringitur solùm ad personam promittentis: non autem hæredum: nisi fuerit expressè dictū de hæredibus.*

4 *Actiones non transitoriæ ad hæredem fiunt transitoriæ per litis contestationem: nisi à litis contestatione fuerit per consensum partium recessum.*

5 *Cùm quis renuntiat propter aliquid sibi dandum, uel fiendum, an uideatur renuntiatio conditionalis, uel modalis, si aliud non apparet?*

6 *Contractus innominatus quando ex una parte uenit datio, ex altera factum, an sit contractus facio ut des, an uerò do ut facias, & quæ actio detur?*

7 *Contra reum non seruantem transactionem, quando posit actor ad actionem primam redire?*

LEX VI.

1 Vm mota. †Ad querelam extinctā non datur regressus, licet reus transactionem seruet: sed contra ipsum per actionem ex stipulatione si interuenit, vel præ. verb. si non interuenit, ad interesse succurritur actori qui ex parte sua impleuit. h. d. ista subtilis lex propter oppositiones quæ formantur contra eam. & primò determinat casum propositū vsq; ibi. [verū.] sed contra actorem postea sibi consulit & prouidet. vsq; ibi. [aut enim.] postea suam prouisionem declarat. In text. ibi [cū diuersa parte.] id est cū hærede scripto à patre matris vestræ, quæ fuit in illo testamē
↪ to exhæredata. In tex. ibi. [partē bonorū.] no. hic iuncta gl. quę
b dicit q; iste fuit contractus innominatus[b] do vt facias. †q; istud
2 verbū suscipiens[c]. importat translationē dominij. si ergo promit
c tis mihi q; recipiā à te, vel suscipiā talem rē. videris promittere dare, & dominiū trāsferre. In contrariū videt tex. in l. naturalis. §. j. de præscr. verb. q; importet potius factū quàm dationē. Bart. ibi dicit q; si apponatur ad certā speciē, importat factū & simplicem traditionē. vt ibi. Si verò alicui generi opponat. puta alicui quotæ, vt q; suscipiā quartā partē bonorū, tūc importat dationē. vt hic. & vide per eū. ff. de ver. obli. l. si fundū præstari. In tex. ibi
↪ [in id quod interest.] Cōtra istū tex. op. quia in obligationibus dandi nō succedit obligatio ad interesse. vt in l. vbi autē. in fi. de verb. obl. Sol. verū est nisi in contractibus innominatis. d. l. naturalis. §. j. & no. per Pet. & Cy. in l. j. j. de sen. quæ pro eo *quod in-
↪ teresse profe. *& per Barto. in l. stipulationes nō diuiduntur. §. j. ver. Celsus. de ver. ob. & patet per istū tex. iuncto eo quod statim dixi. Item adhuc opp. q; imò debeat agi vt obseruetur trālactio, & detur illa pars bonorū, postquam actor seruauit ex parte sua. vt in l. ob eā. ff. de præs. verb. Sol. fateor q; hoc facere potest: nec hoc hic negatur, sed etiā agere pōt ad interesse si vult. In fin. tex.

ibi. [præscriptis verbis.] dic contra hoc opp. §. e. de l. actiōe vbi agitur actione de dolo quando actio erat extincta. Sol. ibi. nō po
terat agere actione præ. ver. quia nō impleuerat ex parte sua, hic sic. ideo cessat de dolo. & hic quia actor solū promisit renuntiare liti præsenti. & hoc fecit, & sic impleuit. sed si promisit negatiuè nunquā amplius agere, tūc videtur q; non potuerit implere. vt ibi not. sed dic adhuc hoc idem. quia verum est q; non potuit perfectè implere quousq; viuit, sed moriēdo sequitur implemē
tum. quia verum est dicere q; nunquā amplius egit. Et si dicatur imò nō est secutū implementum, quia poterunt agere hæredes
3 eius. †Respondeo q; in his quæ nō transmittūtur ad hæredes est vt querela. promissio illa de non agendo querela restringitur solum ad personā promittentis, nō autem hæredum: nisi fuerit expressè dictū de hęredibus secundū Bal. quæ verba sunt subtilia. & vtroq; casu cum ex parte actoris fuerit transactio perfectè impleta, datur in præ. verb. directa. & quod dicitur [vtilis.] exponitur. id est, efficax: vt in gl. parua. & est datiua, nō natiua. vt l. iurisgentiū. §. j. verb. & ideo puto. ff. de pact. & ideo tex. dum dicit. [danda est.] debet exponi. i. cōpetit. nō autem datur à lege. Sed glo. ibi sentit contrariū. dū dicit à lege. quæ gl. cōtrariatur præce
denti gl. & sic videtur velle q; sit vtilis, nō directa: & datiua, non natiua: sed tūc oporteret dicere q; actrix nō impleuerit perfectè. sed si hoc est, non deberet dari vtilis præ. verb. sed de dolo. vt in l. actione dicit Bart. q; ibi nō datur de dolo: quia actio fuit extincta facto actoris acceptilantis: ideo magis potest impingere reo dolū, quod transactio non seruatur. quia hic fuit extincta morte istius matris. vnde non sicut hæredes eius possunt impingere do lum alteri parti: ideo de æquitate subuenitur per vtilem act. præ. ver. & tunc dicit esse casum huius l. subtilem & singularem. sed tunc oporteret dicere quòd ista mater promisit pro se, & hæredes suos amplius non redire ad querelam: & hoc non est adhuc impletum: cum hæredes eius possint agere adhuc de facto. sed hoc est diuinare. quia in tex. non dicitur. & ponendo q; promiserit simpliciter, non censetur promisisse nisi de se, cū querela non trāsmittatur ad hæredes & si ita sit ex parte actricis, iecutum est implementum postquam est mortua, & amplius agi nō potest, ergo deberet dari directa. Sol. dicit Bal. subtiliter si volumus impropriare hāc literā, dicit [vtilis.] & dū dicit [danda.] dic q; qñ ex parte actoris secutum est implementū, aut illud contingit facto actoris, vt quia solū promisit desistere à lite præsenti, & desti
tit. & tunc datur directa datiua. vt dixi §. Aut contingit sine facto suo casu fortuito: vt quia promisit amplius non agere querela, & postea mortua est. & sic amplius agere non potest post mortē, & tunc non datur directa, sed vtilis & iste sit casus huius l. & sic in duobus casibus potest dari vtilis præ. ver. s. in casu dato à Barto. scilicet quando non est secutum implementum, tamē extincta est sine facto actoris, vel quando est secutum, non tamen facto actoris, sed casu. vt in casu dato à Bal. Sed extra istos casus daretur de dolo. vt in l. actiones. & ista sunt valde subtilia & speculatiua. Pro declaratione primæ gloss. oppo. contra text. qui præsumit quòd sit extincta querela. nam aut dicimus quòd sit extincta per renuntiationem matris, & falsum est per l. si instituta. ff. de inofficio. testamen. vbi mater posset ad eam redire, si non seruarentur sibi promissa. & not. in seq. glo. quæ incipit. [sed per matrem.] Aut dicimus quòd fuerit extincta per mortem, & adhuc videtur falsum: quia ista querela fuit in iudicium deducta per matrem, & sic præparata, & per cōsequens transmittitur ad hæredes. vt in l. posthumus. §. fina. cum l. sequen. ff. de inoffi. test. Glo. ista vult in effectu quòd fuerit extincta per mortem. Et ad hoc vltimum cōtrarium respondet. quòd procederet si à lite nō fuisset recessum: sed postquam est recessum, sicut extinguitur lis
4 & instantia: ita & effectus ille transmissionis ad hæredes. †Ex quo no. sing. secundùm Barto. quòd leges dicentes quòd actiones ad hæredem non transitoriæ per lit. contest. fiant transitoriæ: limitantur secundùm istum tex. cum glo. nisi à lit. contest. fuerit per consensum partium recessum. quod tene menti. Sed contra extra gloss. quia licet instantia sit peremptа, effectus tamē introductus per lit. contest. non permittitur. puta interruptio præscriptionis, & mala fides persumpta, & etiam ille de quo dixi, vt actio sit perpetua, & facta transmissibilis. vt not. in l. ij. j. de fruct. & lit. expen. & in l. cum lite mota. iudica. solui. Solut. verum est quando esset extincta lapsu temporis, vt triennij: secus si de cō
sensu

sensu partium. Tene menti. quia hoc alibi non ita bene habetur. Bal. dicit se dubitare de hoc dicto, nam per renuntiationē matris nec querela est extincta ipso iure, nec etiam instātia super ea inchoata. vt patet ex illa l. si instituta. vbi pōt redire tā ad querelam quàm ad instantiā, si non seruetur promissa: ergo nō est sublatus effectus transmissionis causatus ab ea. nam illa instantia trālmititur, ergo & querela propter hoc ipse intelligit q; hic fuit renuntiatum expresse isti querelæ & etiam instantiæ. & ideo etiā ipsa mater non posset ad eam redire. sed in l. si instituta. non fuit renūtiatum liti vel instantiæ, licet fuerit transactum: sed solū distulit non prosequendo. & tunc transmitteretur ad hæredes. & puto q; bene dicat. & do. Raph. sibi appropriat nō nominando Bal. & te
net idem per l. Papinianus. §. j. ff. inoffi. testa. q; per solam renuntiationem litis sit extincta lis, & etiam querela ipso iure, sicut extinguuntur actiones ex delicto. vt in vltima gl. huius l. hodie vero dicit gl. q; transmitteretur querela ad delcendentes etiam nō præparata. & sic corrigeretur ista lex. inquantum vult q; nō fuerit transmissa ad istos delcendentes. quia fuit recessum à lite. certè scām Bal. si per recessum à lite fuit sublata querela, quia fuit renuntiatum liti, etiam causæ non transmittentur etiam ad delcē dētes. nam tunc transmittitur quando sibi non est renuntiatum. vt in l. si quis filium. j. de inoff. testa. sed si nō fuit renuntiatū liti: sed solum distulit, tunc etiam olim tēpore huius l. per mortē non extinguitur iste effectus, postquā durat ista instantia, & trālmitteretur etiam ad extraneos hæredes. ista sunt valde speculatiua. In gl. quæ incipit. [sed per matrem posset.] Tu distingue vt §. dixi. q; aut transegit, sed nō renūciauit liti. & verum est hoc q; dicit gl. & ita loquitur. l. illa si instituta. Aut renuntiauit liti. & tūc ipsa
5 mater potest. vt in fi. huius l. per ll. quas allegat. †An autem cum quis renuntiant propter aliquid sibi dandum vel fiēdum, videatur renuntiatio cōditionalis vel modalis, si aliud nō apparet. dic
a secundùm doct. notabiliter q; potius modalis quam conditionalis per l. quæro §. inter locatorem. ff. loca inquātum dicit dari exceptionem, quia modus non impedit substantiam dispositionis: ex quo sequitur q; si teneris mihi actione iniuriarū, quæ tollitur ipso iure per pactū. vt in l. si tibi. §. quædam. ff. de pac. & ego remitto eam, & tu promittis mihi dare decem, talis actio est sublata: quia videor eam remisisse vt des. & iste modus non impedit remissionem. nō aut si des. quia tūc impediret. ex quo sequitur q; licet nō des, nō possum ad illā actionē redire: quia ipso iure sublata: nec agere possum vt reponas te in pristinam obligationem: quia illa per pactū nō restauratur. l. si vnus. §. sed si pactum conuentū. ff. de pac. & sic habes necesse recurrere ad actionē de dolo vt §. eo. l. actione. si nō interuenerit stipulatio, & ego nō perfectè impleui: quia promisi nō agere. & vide q; not. gl. in c. causa inter se. de elect. quæ vult in effectu q; quando remissio nō repetit in se conditionē expressam vel tacitam, seu modū, vt est renūtiatio beneficij, quæ debet fieri purè, licet aduersarius nō seruet promissam, nunquam potest redire ad beneficiū primū. & allegat istā l.
6 †In gl. fi. ✳ibi. [licet ipsa prævenerit.] vult ergo ista gl. q; contra-
↪ctus innominatus quādo ex vna parte venit datio, ex altera venit factū. si quæritur an sit cōtractus facio vt des, an verò do vt facias. vt sciamus an detur actio de dolo, quæ datur quādo est facio vt des, an præ. ver. quę datur quādo est. do vt facias. debemus inspicere modū ineūdi seu cōtrahendi. quia si primò fuit conuentū de dādo, vt hic fuit. dū dicit. [ita vt partem bonorū,] & postea de faciēdo. dū dicit. [& à lite discederet.] dicatur do vt facias. & ideo detur actio præs. ver. licet fuerit præuētū in faciēdo. vt hic fuit scām gl. sed cōuerso si diceret facio vt des, daret de dolo vt l. naturalis. §. q; si faciā. de prę. ver. quam alle. gl. per cōtraria. Sed Pe. dicit q; imò cognoscitur ex modo implēdi. Bart. truffatur de istis duobus. & dicit nō esse inspiciendū modū ineundi vel implēdi: sed q; est vnus contractus. qui ex vna parte dicit facio vt des, ex altera parte dicit do vt facias. sicut cōtractus emptiōis & venditionis est vnus, & tamē ex vna parte dicitur venditio, ex altera dicit emptio. & idem in locatione & cōductione. ex parte ergo eius qui fecit cōtra nō dantem datur actio de dolo. sed ex parte eius qui dedit cōtra nō faciētem datur actio præ. ver. Sed secū dū hoc ob. cōtrariū. quia hic ex parte matris quæ fecit cōtra non dantē debet dari de dolo: & hic dicit q; datur præ. ver. qñ nō interuenit stipulatio. Sed rñdeo q; ille. §. q; si faciā. locū habet qñ ex eo q; ego feci nihil tibi adest vt si fuit factū q; manumitterē seruū meū, & tu dares mihi. x. si manumisisti, & a tamē nō das. habeo actionē de dolo: quia nihil tibi adest. etiam iusPatronatus. sed mihi quando verò tibi adest, vt erat hic: quia hæres scriptus ex renūtiatiōe matris cōsequebatur bona q; poterāt auferri, & tūc datur præ. ver. calus est hic. per quē limitat ille. §. b q; si faciā. & hoc voluit gl. Bal. reprehendit Bar. sed indebitè. dicit enim q; Bart. de vno cōtractu facit duos, sed salua reuerētia sua, vt patet ex p̄dictis. ideo nō est curādum de
7 sua reprehēlione. †In gl. i. §. ti. j. l. cū ꝓponas. c illa l. obstat in duobus primò qa contra reū nō seruātem trālactionē actor pōt ad actio nē primā redire & hoc not. & quātū ad hoc gl. nō dat solutionē. Sed tu solue. q; ibi actio prima nō erat extincta ipso iure, qa per pactū tm hic sic: sicut in l. actiōe. §. e. Et si dicatur poterit agivt ie reponat in pristinā actio nē. vt l. si qs accepto tulerit. ff. de cōdit. ob. cau. Rndeo q; nō est verū. quia loquit i obligatiōe vel actione q; pōt oriri ex cōuētiōe partiū. hic in q̄rela q; nō orit ex cōuētiōe sed ex legis dispositiōe: sicut & actiōes orietes ex dilectо. vt in l. si vnus. §. pactus. ver. sed si pactū cōuētū. ff. de pac. Icdò ob. illa. l. qa ibi cōtra reū nō seruantē nō pōt agi. p̄. ver. si nō interuenit stipulatio vt impleat cōtra cū. & hic dr̄ q; sic in fi. gl. dicit esse speciale in filijs, vt postq; nō possūt redire ad querelā extinctā, ne pdāt successionē paternā vel auitā, habeāt præ. ver. quare aūt fuerit extincta gl. tāgit duas opi. & vna est q; fuerit extincta per mortē, licet fuisset præparata, qa desisit à p̄paratiōe vt in gl. j. altera est q; fuit extincta sola renūciatione matris, quia est odiosa: & alsimilat actionibus orietibus ex delicto: quæ solo pacto nudo tollūtur ipso iure. vt l. si tibi. §. quædam. ff. de pac. Doc. hoc vltimū reprehēdunt. quia secūdum hoc etiā ipsa mater si viueret, nō posset ad eā redire. cuius cōtrariū dicit gl. prędcēs. quę incipit [sed per matrē.] ego. §. dixi q; illa lex si instituta. in qua illa gl. le fundat, nō loquitur in renūtiante querelæ sed solū in transigente & differente prosequi litē: sed si renuntiasset liti & causæ, licet sub spe aliquid recipiendi, quia tamē renūtiatio est pura, licet modalis, nō impediretur effectus renūtia. & sic esset extincta ipso iure. nec ipsa mater ad eā redire posset vt l. Papinianus. §. j. ff inof. test. ff. & l. nā & si parētibus. §. j. e. tit. Et sic ista glo. vī melius dicere: tū quātū ad solutionē cōtrarij de l. cū ꝓponas. q; sit specia
le in filijs. est refugiū miserorū: imò etiā hic hērdes extranei istius mris possent agere. scdm doc. vera solutio est q; i l. cōtraria actor nō impleuit plenè transactionē, qa promisit nō petere, & adhuc viuebat. & petere poterat: vnde pōt petere vt sibi impleat. sed hic impleuerat perfectè: qa promiserat solū à lite discedere, & hoc fecit: vel si promisit nūquā amplius agere, per eius mortē hæc promissio est impleta in primo casu. quia implemētū peruenit facto suo, agitur præs. ver. directa secundo casu. quia cōtingit sine facto suo. s. per mortē, agit prę. ver. vtili. scdm diuersos intellectus. vt dixi. §. secundùm Bal. Et ex his remanet ista lex cum suis glo. valde declarata. & omnia sunt valde speculatiua.

c ¶ Modalis. Circa hoc vide q; no. Bart. & ibi Imo. expressi⁹ in l. a testatore. ff. de condi. & demon. & quod dicit Franc. de are. in suo consi. cl. in prin. Cur.

b ¶ Transactio. Adde glos. in §. j. in auc. vt dif. iu. laſ. in l. j. i ij. col. vers. iij. principa liter no. ff. de transac. Bar. in l. mandato generali. ff. de procu.

c ¶ Vel si liberam. Ad hanc l. vide Petr. de Ancha. in c. qui ad agendum. de procu. libr. vj. & ibi an ista l. habeat locum, quā do transactio nō esset proficua domino. pro quo facit quod no. Bal. in rubr. ff. de exercit. vbi in mandato quantuncunq; generali veniunt ea quæ mandanti profi cua sunt. Et etiā adde quod ista lex non videtur habere locū in reb⁹ minimis. tux ta ea quæ ponit Innocē. in c. tua nos. de arbit. & Ange. in l. mandato generali. ff. de procur. & hic adde quæ habes hic ad Alex. notata per me. Cur.

2 ☞ *Compromissum de iure & de facto quòd sit quædam transactio.*
Procurator quando posit transigere?

1 Ransactionis. †Procurator constitutus ad agendum transigere non po-
2 test. h. d. †Et eodem modo nec compromittere. cum compromissum de iure & de facto sit quædam transactio. b vt in auth. si verò. j. de iudi. iuncto. c. per tuas. de arbit. & no. in c. qui ad agendum. de procu. li. vj. Item in procuratore constituto ad exigēdū. vt j. de noua. l. nō abstulit. In gl. fi. ibi [vel si li-
c beram.] declara hoc quādo habet liberam administrationem cum nium bonorum, vel habet liberam administrationem in lite. & causa illa in qua transegit, secus si in lite tantum: quia non posset transigere de causa principali sed solum super instantia. vt not.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Vel dubitat. Adde circa hoc Bal.in l.fi. col.ij.ver. & est notā dū.j.de edi.di.Adria. tol. & in l. quisquis. l.quorū app.nō reci. & ibi habes q licet nō acquiratur libellus, tamē summatē debet cōstare de posſessione.Cur.

b ¶Ex quo ſequitur. Adde quæ dicantur exceptiones litis finitæ,& impeditiuę litis ingreſſum & an tunc impediāt cōpromiſſum, vide latè p do.Maria. ſozi.I suo cōſi.xxxviij.col. ij. cū duab.ſeq.in verſi. aſſumo nunc. St.

c ¶Innominatus. Adde Bart. in l.ij. ff. de iureiur. Bal.in rubri. C.de rerū permu. & per Alex. de imo. in cōſi.xl.in prin. in v. vol.Fran.Cur.

d ¶Cōcordia fratrum. An cōcordia & pax differātvide per Bal. & Angel.in l.j. ff.de pact.Bald.in rub. de treug.& pac.Et quæ dicatur plena cōcordia.adde gl.in c.licet de clem.Doc.in.c.cū nobis olim.eo.tit. in c.j.de poſtu.præl.gl. & Doc.ſ.c.ad aures. q.met.cau. diffuſè p Fely. in c. nō poteſt. de re iud.co.viij.verſi.verisimiliter dicit.& adde q cōcordia dicitur à cordis cōiunctione.&eſt duplex.ita Bal.in ſuo tracta. ſchiſma.quē ponit in rub.j.ſi quis ali. teſt. prohi.co.xij.ver.hoc itaq; ſ.miſſo. & ver. & eſt notandū. Cur.

e ¶Ad vitā ſuā. Adde text. in c. in ciuitate. de vſur. Iaſo. diffuſè in l.j. C. de ſum. trinita.

per Bar.ff.de procu.l.mandato.& l.qui Romæ.§.Callimachus.de ver.obl.& probatur in d.c.qui ad agendum.

☞Tranſactio proprie ſit, quando agitur ut reus detractori,& actor deſiſtat à lite.

Sicut ex parte debitoris quando eſt dies & pœna non habet locum purgatio moræ:ita ex parte actoris qui promiſit dare.

Quid ſi non eſt dies & pœna: ſed dies tantùm,uel pœna tantùm.

Ille qui eſt in poſſeſſione ſi ab aliquo turbatur. uel dubitat turbari,uel inquietari, poteſt implorare officium iudicis de plano abſque libello,ut illum prohibeat, uel ium fieri uetet.

Quid ad repellendum uim de futuro?

Quid in eo qui non poſsidet, ſed detinet ut quia miſſus in tenutam bonorum,& dubitat turbari?

LEX IX.

SI ſuper poſſeſsiõe.

Poteſt fieri tranſactio ꝟt actor det aliquid reo, & reus cedat liti, & actor ſi non dederit j.certū tēpus, agere poſtea nullo modo poſsit.h.d. ratio dubitā di in primo dicto erat. †quia propriè tranſactio fit quādo agitur vt reus det actori. & actor deſiſtat à lite.nā tranſactio dicitur receſſus à lite. & ille dicitur recedere qui litē mouit.& ideo propriè loquēdo actor dicit transigere,nō reus.vt not.ſ.e.l.ij.hic autē fit ecōuerſo,quia actor dat reo,& reus cedit liti.nō autē propriè recedit. tamē adhuc iſta l.vult q dicatur trāſactio.Tene mēti. In ſecundo dicto ratio dubitādi erat.quia tranſactio nō dicitur niſi aliquo dato vel retēto. vt j.e.l.tranſactio nullo dato. ſed hic fuit actum q ſi actor nō dederit j. certū tempus, reus ſit ppetuò ſecurus. nec actor amplius agere poſsit.& tamen reus nihil dedit pro hac ſecuritate.Sed certè ſufficit q fuerit cōuentū vt actor det.& reus cedat.ſicut econuerſo vt reus det, & actor à lite diſcedat.ſi ergo nō dat,nō propterea reſcinditur trāſactio,ſed implet.nā hic cōtingit culpa non dantis.†In tex.ibi.[pati nō debere.] no.ex hoc text.q ſicut ex parte debitoris quando eſt dies & pœna, non habet locū purgatio moræ.vt in l.magnā.j. de cōtra.& cō.ſti.ita ex parte actoris.quia iſte actor promiſit dare.x.j.certū diē:& ſi nō daret,vlterius quæſtionē nō faceret.nec diſtinguit an poſsit purgare morā incontinēti,vel nō.Sed cōtra.quia ex parte actoris qñ agit de actiõe cō ſeruāda locū habet purgatio j.paucos dies.vt in l.ſi ita qs.§.Seia. ff.de ver.ob.Sol.& tene mēti qñ nō eſt dies & pœna,ſed dies tantū,tūc habet locū diſtinctio an tractet de veteri actione cōſeruāda.& pōt actor purgare morā.j.paucos dies. vt ibi.aut de actiõe nouiter quærēda,& tūc ſecus.vt in l. Thais.§.intra.ff.de fideicō. lib.Si verò eſt dies & pœna,nō adhibetur dicta diſtinctio: imò etiā ſi agit de veteri cōſeruanda,locū non habet purgatio. vt eſt

4 caſus hic.& pluries iſtā l.ad hoc allegaui. †In tex.ibi. [vim fieri prohibebit.] Not.& tene menti q ille qui eſt in poſſeſsione ſi ab

a aliquo turbatur,vel dubitat turbari vel inquietari,pōt implorare iudicis officiū de pleno abſq; libello vt illū ,phibeat, vel vim fieri vetet.cōcor.l.fi.ff.de offi.pro.cæ.& in l.ſi ſeruus. ī fi.j. quod cū eo.Sed cōtra.imò vī q debeat dare libellū.& ordinariè procedere in interdicto vti poſsidetis.Sol.ad prohibendū & ad impediendū vim de præſenti pōt vti via ſupradicta ſummaria ne partes veniāt ad arma.vt l.æquiſsimū.ff.de vſufr. ſed ad repellendū vim de futuro,vt declaretur poſſeſsio, & q nō poſsit de iure turbari,neceſſe eſt ordinariè agere.& ita loquitur cōtrarium. Circa quod vide quod no.Inn.in c.cū veniſſent.de inſti.& in c.in præ-

5 ſentia.de prob.†Quid autē ſi aliqs nō poſsidet, ſed detinet. vt gamiſſus in tenutā bonorū,& dubitat turbari. vide quod no. ponit Bar.& plenè in l.j.§.neceſſariò.ff.ſi mu.ven.no. & etiam vide id quod no.Bal.in l.ſi.j.de edic.diui adria.tol.in fi.ij.col.

2 ☞Exceptio tranſactionis poteſt opponi ad litis conteſtationem impediendam ſicut exceptio rei iudicatæ.

3 *Tranſactio licet ſit contractus innominatus,tamen in ea odio litis ne reſuſcitetur, non habet locum pœnitentia etiam re integra.*

LEX X.

1 ERatris tui. †Lex iſta allegatur principaliter ad duo primò q exceptio tranſactiõis dicitur exceptio litis finitæ.vt colligitur ibi. [nullus & enim &c.] †Ex quo ſequitur b q poteſt opponi ad litē

2 cōte.impediendā.ſic exceptio rei iud.& iuriſiur.vt eſt caſus in c.

b j.de li.con.lib.vj & in l.eleganter.§.ſi poſt ff.de condi.inde. †Se-

3 cundò alleg.q licet tranſactio ſit contractus innominatus,'tamē

c in ea odio litis ne reſuſcitetur non habet locum pœnitentia etiā re integra.quia iſte frater volebat recedere à tranſactiõe per pœnitentiā.quia adhuc ſibi non erat obſeruata tranſactio. videbat q poſſet per l.ſi pecuniā.ff.de condi. ob cau.ſed illa l. intelligitur in alijs contractibus innominatis qui non fiunt ad litem finiendam.ſed ſi tranſactio fuiſſet ſibi ſeruata,non eſſet dubium quod ab ea non poſſet recedere.ſicut in alijs contractibus innominatis quia res non eſſet integra.Sed quid ſi non erat ſeruata,nec volebat ſeruare aduerſarius,an poſsit adhuc recedere? dic q ſi poterat agere ad obſeruantiam tranſactionis, repellatur à veniendo contra odio litium per l.ſi pro fundo.j.e.Sed ſi nō poterat agere tunc non poteſt contrauenire.vt l.cum proponas.ſ.ti.j.De præcedenti caſu tamen eſt dubium.quia qui non ſeruat tranſactionem,videtur q non poſsit obijcere aduerſario q nō veniat contra:ſed agat ad obſeruantiam.quia q ipſe nō facit,non pōt impugnare aduerſario.Et de hoc plenius dicā in l.ſi pro fundo.j.eo.

2 ☞*Probabilis eſt conuentio,per quam retinetur concordia fratrum,& tollitur votum captandæ mortis.*

Quando ex aliqua conuentione uel actu poteſt quis recipere utilitatem ſicut & damnū: licet caſualiter receperit,non eſt iuſta cauſa petendi reſtitutionem in integrum, etiā ſi ſit minor,tanquam fuerit læſus.

Quid in dote?

3 *Qui emit ab aliquo Abbate fructus alicuius poſſeſsionis ad uitam ſuam dando puta. ce. ſi uixit tanto tempore quòd fructus aſcendunt ad ualorem.cccc.an ſalua conſcientia teneatur reſtituere,tanquam ſit uſura?*

LEX XI.

1 DE fideicommiſſo. †Quando reciprocū fideicōmiſſum remittitur,neutra pars lædi videtur.h.d.& reputat Bart.hāc l.notabilem.quam inducit ad vnam q.§.in prima conſtitutione huius voluminis.†No.probabilem eſſe conuentionem

2 d per quam retinetur concordia fratrum,& tollitur votum captā dæ mortis.facit quod not.in l.cum pater.§.euictis.ff.de le.ij.Item no.in fi.quod quando ex aliqua conuentione vel actu pōt quis recipere vtilitatem ſicut & damnum, licet caſualiter receperit, non eſt iuſta cauſa petendi reſtitutionem in integrum , etiam ſi ſit minor:tanquam fuerit læſus.quia hanc læſionem debet compenſare cum vtilitate quam poterat conſequi:& ſic propter dubium euentum reputatur damnoſa:licet ſecuto euentu cōſequatur damnum.Facit in ratione ſui.l.ſi ea lege.j.deviuris.hoc tamē in dote non procedit.quia non ſufficit q poſsit vtilitatem conſequi.niſi realiter fuit conſecutus , ad hoc vt dicatur effecta dotis conditio melior:vt ff.de pac.do.l.Atticilinus.in fi. & ibi not. per

3 Bar.expreſsè.†Et iſta l.poteſt induci ad illā q.quando quis emit

c ab aliquo abbatè fructus alicuius poſſeſsionis ad vitam ſuam,' dando ponamus.cc.& q poſsit vti & frui tali poſſeſsiõe quouſq; vixerit,&contingat quòd ipſe vixit tanto tempore quòd fructus aſcendunt ad valorem.cccc.vtrum ſalua conſcientia teneatur reſtituere,tanquam ſit vſura?& facit iſte text. q non quia ſi fuiſſet mortuus eodem anno,tota quantitas remanſiſſet penes monaſterium,& ſic ille quaſi nihil vel parum habuiſſet:debet ergo monaſterium compenſare illud damnum cum hac vtilitate,quam cōſequi poterat,& ſic ratione dubij euentus videtur fuiſſe conuentio licita.de hoc per Cyn.in d.l.ſi ea.per Inno.in c. in ciuitate de vſu.&c.

3 ☞*Syndici conſtituti à toto populo ſeu adunantia generali,generaliter ad negotia ciuitatis,uel à concilio ſeu conciliis oportunis repræſentantibus totū populi,ſunt legitimi adminiſtratores,ſicut tutor & curator:& habent adminiſtrationē cū libera.*

3 *Populus ſeu adunantia,uel concilium,loco domini habentur,& poſſunt etiam debitum liquidum donare.*

Quid in prioribus,ſeu anciana.

Donare

4 *Donare de alieno dicitur ambitio.*

Decreta etiam decurionum ambitioſa reſcinduntur.

Negligentia adminiſtratoris ſeu prælati plus poteſt nocere domino,ſeu ciuitati, uel eccleſiæ,quàm ipſius contractus.

Prælatus tutor uel curator habent liberam adminiſtrationem, etiam ſi eis non concedatur.

5 *Tutor uel curator non poſſunt tranſigere ſuper re immobili minoris,etiam ſi cauſa eſſet dubia:niſi etiam interueniat decretum iudicis.*

Quid in patre legitimo adminiſtratore filij tranſigente?

Quid in epiſcopo?

6 *Adminiſtrator legitimus an poſsit remittere uſuras?*

Tutor an poſsit facere pacem de offenſa uel morte patris pupilli?

LEX XII.

1 PRæſes. †Adminiſtrator legitimus poteſt tranſigere de re dubia,ſed debitum liquidū remitterenō poteſt.h.d.Intelligē primum dictum. quando expedit ei cuius negotia adminiſtrat,propter nimiam dubietatem,quia dubitat q feratur ſententia contra eum:ſecus ſi non expedit,quia facta fortè diligenti inquiſitione potuiſſent reperiri probationes.& hoc totum relinquitur arbitrio iudicis diſcutiendum an bona fide ſe habuerint,vel non:ſed quando debitum eſt liquidum,tunc clarum eſt quod non expedit:& talis remiſsio haberet vim dona.& ſic nō cadit ſub legitima adminiſtra. quia donare non eſt adminiſtrare,ſed perdere.ideo ſemper intelligitur exceptuata de omni generali adminiſtratione.vt l. contra

2 iuris.in fi.ff.de pac.facit l.ab agnato.ff.de cura. fu . & de dona. l. filius. In tex.ibi.[adminiſtratores ciuitatis.]& dic vt ſunt ſyndici conſtituti à toto populo,ſeu ab adunantia generali generaliter ad negotia ciuitatis,vel à concilio ſeu conciliſs opportunis,quæ repræſentant totum populum.vt not.in l.ſed ſi ex dolo.§.j. ff. de dolo.& j. quæ ſit lon.con.ſuper rubrica.tales enim ſyndici ſunt legitimi adminiſtratores,ſicut tutor& curator.l.munerū.§.defenſores.ff.de mu.& ho.iuncta.l.j.§.quibus.& l.nulli.ff.quod cuiuſ. vni no.& ſic habet adminiſtrationem cum libera.vt hic colligiē. aliàs etiam ſuper re dubia nō poſſunt tranſigere ſine ſpeciali mā-

3 dato.vt ſ.eo.l.tranſactionis placitum.& ita voluit gl.in l.mandato.ff.de procu.†Sed ipſe populus ſeu adunantia vel etiam concilium loco domini habentur:& poſſent etiam liquidum debitum donare,priores verò ſeu Anciani nec habentur loco dominorū, nec legitimorum adminiſtratorum.vnde nec ſuper re dubia poſſent tranſigere ſine ſpeciali mandato.vt no.gl.in l.item magiſtri. ff.de pactis.& talibus aſsimilantur Venetijs domini conſiliarij domini ducis.& hoc de iure communi:ſalua ordinatione ſtatutorum,ſi qua eſſet in contrarium.Similiter poteſtas ciuitatis,licet deficiente alio legitimo adminiſtratore poſsit agere pro ciuitate, vt no.gl.in l.nulli præalle.non tamen poſſet tranſigere etiā ſuper re dubia.quia non habet mandatum ad gerendum negotia , ſed ad reddendum ius . Et in defectum ad agendum.& hoc voluit hic Cyn. qui allegat l.prohibere.§.planè.ff.quod vi aut clam. In tex.ibi.[ambitioſè.]i.per gratiam,quam voluerūt illi facere, vt

4 acquirerent amicitiam tecum.†& ſic not.q donare de alieno dicitur ambitio.& decreta etiam decurionum ambitioſa reſcindun tur.vt in l.ambitioſa.ff.de decre.ab or.fa. In glo.ibi. [l.aduerſus.] dic q nō interuenit remiſsio,ſed negligentia adminiſtratoris nō exigentis,quæ poteſt plus præiudicare domino ſeu ciuitati quā ipſius cōtractus,ſeu remiſsio:ſicut negligētia prælati plus poteſt nocere eccleſiæ quàm ipſius contractus.vt l.iubemus nullā.cum ibi no.iuncta.l.iubemus la grande ſ.de ſac.lan.ec. Ad q ff.de publicanis.l.fi.§.ſi quis profeſſus.In gl.ibi vt prælato,tutore, vel curatore.dic qui habent liberam adminiſtrationem,etiam ſi ſpecialiter eis non concedatur.ſecus in adminiſtratoribus nō legitimis, in quibus requiritur ſpecialis conceſsio.vt l.quam Tuberonis.§.

5 alia eſt cauſa.ff.de pecu. Dicit autem hic Bal. †quod ſi tutor vel curator tranſigeret ſuper re immobili,non ſufficeret q cauſa eſſet dubia:niſi etiam interueniret decretum iudicis.ſine quo non poſſunt alienari immobilia minoris.& actio etiam perſonalis cō petens pro tali reputatur res immobilis.vt not.j.ſi aduer.tran. l.j. Fallit in epiſcopo tranſigente.& etiam in patre legitimo adminiſtratore.in quibus non requiritur alterius decretum , ſed ſufficit quod res ſit dubia.& dicit Inno.hoc tenere in prælato.in c.de cę tero.de tranſac.& Azo.in patre in ſumma.de bo. quæ lib. quod eſt ſing.menti tenendum.Cum enim iſti habeant vſumfructum plus iuris habent in adminiſtrando quā tu a tor & curator, qui ſunt nudi:ſicut & in conſtituendo procuratorem: q facere poſſunt ante lit.conte.tanquam domini.vt no.in l.j. j.de bo.ma.& tamen tutor & curator nō. vt

6 in.l.necp.j.de proc.†In glo.ibi. [ſed quid ſi nō ambitioſè.]dic.i.nō cōtemplatiōe eius cui remittitur,vt velit ſibi gratiā facere: ſed cōtemplatione eius cuius negotia adminiſtrāt,vt nō incidāt in peccatum recipiendo vſuras.vel quia aliter expedit eis vt ſi remit b teretet iniuriam,ne incurrerēt inimicitiam,& aliquid deteriùs in futurū.gl.hic ſentit q hic poſſet fieri licet debitū eſſet liquidū. Pla. cō tra,& iſtam rationem videntur communiter tenere Doc.dicētes q ambitioſè dicitur fieri quicquid ſit cōtra iuris diſpoſitionem.Iac.but.cuius opi. mihi placet diſtinguit modo quo ſ.dixi.q aut remittūt vſuram contemplatione dūtaxat eius qui habet ſoluere. & procedat opinio Pla.quia tunc eſt ambitioſa. Aut hoc faciūt contemplatione eius cuius negotia adminiſtrāt.& tunc procedat alia opi.& ex qualita te perſonarum & modo remittendi poterit hoc conſtare. facit q no.Bal.& ibi etiā tetigi in l.pactū curatoris.ſ.tit.j.ſcilicet an poſſit tutor facere pacem de offenſa vel morte patris pupilli.quia poteſt,ſi expedit pupillo.vt ibi no.

¶Quod metus cauſa. Adde quòd hoc fallit in matrimonio contracto per metū: quia eſt ipſo iure nullum.vt in l.Tiria. in princi.ff.de ver. oblig.l.ſi mulier. in §.ſi dos.ff.quod me.cau. c.cum locū. de ſponſ. gl.in c.ij.de eo q dux in ma.quam pol.per adul.

Quando plura allegantur.Adde Barto. in l.diuus.ff.de re iu. c. licet cauſam. de prob.doct.in c. examinata.de iudi.

2 ☞*Ad hoc ut competat actio directa quod metus cauſa,ex uerbis & mente edicti prætoris poſiti in l.j.ff.quod met.cau.requiritur metus iuſtiſsimus, ſcilicet mortis, uel cruciatus corporis & quid de utilit?*

Quid ad hoc ut competat officium iudicis ad reſcindendum?

3 *Ad hoc ut competat condictio ex lege,ſufficit impulſio facti per iudicem, uel alium ſuperiorem habentem poteſtatem uel iuriſdictionem.*

4 *Metus uel dolus per quæ indicia probetur?*

5 *Quando allegantur plura impertinentia, & poſtea unum pertinens,conſueuimus uti iſtis uerbis,quia confutatis primis dicimus,alia ratio reformat pactum.*

6 *Quando plura allegantur,quorum quodlibet per ſe ſufficit,ſi eſt uerū, licet unū non probetur,ſufficit quod probetur aliud.*

7 *Quando narrantur plura in libello,an requiratur omnium probatio?*

8 *Licet appareat in primo cōtractu uel promiſsione interueniſſe mutuum,& aliquid aliud poſtea fiat pro executione uel confirmatione illius contractus ex interuallo,an præſumatur idem metus interueniſſe?*

LEX XIII.

1 INterpoſitas. †Tranſactio facta iuſto metu, rata non habetur & inter domi

2 num & ſeruum non valet tranſactio.h.d.† Not. melio em text.quem habeamus de hoc.q ad hoc vt cōpetat

a actio directa q metus cauſa ex verbis & mente edicti prætoris poſiti.in l.j.ff.q met.cau.requiritur metus iuſtiſsimus.ſ. mortis , vel cruciatus corporis,aliàs illa actio directa non competit.quod non ita bene declaratur in illo tit.ſed quantum ad hoc vt cōpetat vtilis actio ex mente tantum,& tamen ex verbis,non requiritur tantus metus.ſed ſufficit ille de quo in l.iſti quidem.in fi.eo.tit.ff. Item quantum,ad hoc vt competat officium iudicis ad reſcindē dam,adhuc non requiritur tātus meus:ſed ſufficit ille de quo habetur in tribus ll.hic allegatis in gloſ.j.ſ.in l.fi.§.ſi fœnerator.ff.e. ti.& de var.cog.l.medicus.& qua.re.ac.non da.l j.§.quæ onerandæ,quæ leges ponūt diuerſos caſus,& diuerſos metus qui faciūt

3 competere iud.offic.†Item ad hoc vt cōpetat condictio ex lege ſufficit impreſsio facta per iudicē vel alium ſuperiorem habentē poteſtatemvel iuriſdictionem.vt in l.ſi per impreſsionem.j.q me. cauſa.& iſta gl.ſemper alleg.nec habemus meliorem.In ver. [ad

4 vim tamē.]†No.q metus vel dolus non probatur per extrinſecaindicia.ſed oportet probari plenè, vel per indicia appropinquantia.vt in l.dolum.j.de dolo.& quę ſint indicia extrinſeca,& nō appropinquātia gl.hic ſuper verbo[qualitas.]ponit tria: quā no.Adde quartum ſi diceret ſe pro modico remiſiſſe magnam quantitatem,& q non eſt veriſimile quod hoc fecerit ſponte.

5 Nam hoc non ſufficit ad probandum metum vel dolum. † Itē no.hic illa verba per quæ ſemper allegatur.dum dicit. [alia ratio pactum reformat.]nam quādo allegantur plura impertinentia, & poſtea vnū pertinens,cōſueuimus vti iſtis verbis.quia confu-

6 tatis primis,dicimus alia ratio pactum reformat.† & ſic nota .q

b quādo plura allegātur,bquorū quodlibet per ſe ſufficit,ſi eſt verū licet vnū nō probetur,ſufficit q probetur aliud, facit qđ not.gl.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Intelligendū. Adde Io de Imo. in l. quod iussit. ad fi. ff. de re iudi. Bal. in c. presentata. in ij. col. de testib. Alex. de imo. consil. xcv. incip. visis pro cōsil. in j. col. in ij. vo. & p Ro. cōs. cccx. circa fi. p Frā. de are. in suo cōsil. lxviij. & per Alexan. in consil. xxxiij. col. ij. ver. circa secundā. & ver. vñ per dictā. in fi. col. ad 8 q̄ oſtendēdū. in j. vo. & per Feli. in c. inter monasteriū. col. xvj. extrà de re iud. Fran. Cur.

b ¶De arbitramento. De ista materia vide per Doc. in c. quinta uallis. de iureiur.

in c.ij. extra de rescript. †& vide quod not. Cy. in l. cū te. j. de prob. qui dicit q̄ quando narrantur plura in libello, nō requirit probatio omnium. sed sufficit probare vnū de substantialibus. Sed Inno. in c. ex parte. de priui. dicit q̄ quādocunq; aliquid narratur in libello per modum causæ ad intentionē agentis, semper est necesse illud probare, tanquā substātiale: quod perpetuò tene mēti: quia potest de facto frequenter cōtingere. & melius intelliges in practica quā possit dari intelligendum verbis. †No. etiā gl. 8 super verbo [qualitas.] quia licet appareat in primo contractu vel promissione interuenisse metum & aliquid aliud postea fiat pro executione vel cōfirmatione illius cōtractus ex interuallo, non propter ea præsumitur idē metus interfuisse in hoc secūdo, quod apparet interuenisse in primo. sed est necesse probare q̄ interuenerit, vel q̄ durabat eadem causa metus: aliàs per sequentē videtur metus præcedens purgatus. vt j. quod met. causa. l. ij. & ff. de condi. ob turp. cau. l. pe. Sed quando fieret incontinenti, præsumeretur fieri eodē metu durante. facit quod not. in l. per retentionem. j. de vsur. In vlt. gl. distingue. aut dominus paciscitur cū seruo suo super alio quàm super libertate. & non valet. nec sibi obligatur. vt hic. Aut super libertate, & tunc aut erat res dubia, & valet. vt in l. fin. j. e. an esset seruus vel non. aut erat clarum q̄ erat seruus, & tunc aut paciscitur cū eo: & non valet. aut cum alio. & tunc secus. vt in ll. hic alle. in gloss.

2 ☞ *Si actor qui transegit & obtulit se restituturum pecuniā quam receperat, & non uult restituere: tamen mouit litem de nouo, & reus sponte litigat, & uult rehabere pecuniam, qua actione eam recuperabit?*

3 *Si actor restituit pecuniam, & tunc agit, & reus excipit de transactione, an actor habebit necesse replicare de recessu facto ab ea de communi consensu?*

Si prima actio erat sublata ipso iure, & actor restituerat pecuniam, & uult agere contra reum, quomodo subuenitur sibi postquam recessum est à transactione de communi consensu?

An posset recedi à prima sententia, & ferri secunda quæ ualeat iure sententiæ?

4 *An ualeat secundum arbitramentum contra primum, & an ualebit contra sententiam iudicis?*

5 *Postquam recessum est à transactione de cōmuni consensu, an actor possit redire ad priorem instantiam inchoatam, an autem habeat inchoare nouam?*

LEX XIIII.

1 SI diuersa. †A transactione potest recedi de cōi consensu utriusq; partis. h. d. Sed vnius tantū non. vt ſ. e. l. fratris. & ratio dubitandi in hac l. proueniebat ex illa l. fratris. quia odio litis per pœnitē

2 tiam non potest recedi à transactione. sed respondeo vt dixi. †Et pone hic casum q̄ reus dedit actori certam quantitatē, & actor promisit ipsum amplius non molestare, postea molestabat, & offerebat se restituturū quod acceperat, reus in hoc cōsensit, dicitū hic q̄ hoc pōt fieri. sed glo. videtur intelligere q̄ actor dedit reo, super verbo [pecunia.] dum dicit ibi. [transactionis nomine data.] Sed tunc non bene adaptarentur quæstiones sequentes, quæ ponūtur in gl. & aduerte. quia tex. hic vult quādo cōsenserunt partes vt recederetur à transactione. & in cōsensu perseuerauerunt. quia actor restituit pecuniā quā receperat. & reus spōte suscepit iudiciū quod actor moueret, nō opponēdo exceptionem transactionis. Sed quæstiones quæ colligūtur ex gl. locū habent quādo nō perseuerauerūt in tali cōsensu, & tunc occurrūt quæstiones. Primò si actor obtulit se restituturū pecuniā quam receperat, & nunc nō vult restituere. tamē mouit litē de nouo. & reus sponte litigat. & vult rehabere pecuniā. qua actione ipse recuperat? Ista gl. vult q̄ per condictionem indebiti. Doc. volunt q̄ per cōdictionē sine causa. quia nō fuit soluta vt debita: sed ob causam transactionis, quæ reducta est ad non causam propter

3 recessum. vt in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi. inde. †Alia q. currit econuerso. si actor restituit pecuniam, & nunc agit. & reus excipit. de transact. an actor habeat necesse replicare de recessu facto ab ea de communi consensu: an autē non habeat necesse, & sic ipso iure admittatur. & glos. se. tenet q̄ nō admittitur ipso iure: sed habet necesse replicare. & si hoc non faceret, succūberet. vt in l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. & ibi glos. quæ incipit in opponēdo. quia primo modo fuit de nō petēdo. & iste recessus habet vim pacti de petēdo. Itē occurrit aliud dubiū. prima actio erat sublata ipso iure, & actor restituerat pecuniam, & uult agere cōtra reum actione prima, quomodo subuenitur sibi postquā recessum est à trāsactione de communi cōsensu? gl. tenet q̄ restituitur vtilis actio. per ll. quæ nihil faciunt. quia loquuntur in eo qui restitutus est in integrū, & sic datur sibi vtilis rescissoria. nos loquimur in eo qui nō est restitutus. Doc. dicunt si est talis actio quæ possit resuscitari ex cōuentione partium, poterit agi cōdi. sine causa, vt se reponat in pristinā obligationem. Si nō potest resuscitari, potest procedere dictum gl. q̄ detur vtilis per l. quā gl. allegat. l. pupilli. §. j. ff. de solu. vbi est casus, & ibi tangitur p Bart. Vltimò gl. format opi. ineptam de. l. j. j. quando prouo. nō est necesse. nam ista l. vult q̄ de cōi cōsensu partiū possit recedi à trāsac. Lex cōtraria vult q̄ post latam sententiā quæ transiuit in rem iudicatam nō possit dari alia sententia cōtraria illi. q̄ gl. intelligit etiam de cōsensu partium. sed quid ad propositum? nam dicitur ibi q̄ de consensu partium nō possit recedi à sententia lata. si enim hoc diceret, cōtrariaretur huic. quia ista dicit q̄ bene pōt recedi à trāsact. & sententia & trāsactio æquiparantur quātum ad finē litis. nec est verū q̄ nō possit recedi à sententia. imò potest sibi renūtiari per eū pro quo lata est sententia. vt no. in l. duobus. ff. de excep. rei iud. Breuiter intētio gl. fuit ista q̄ hic pōt recedi à trāsactione prima, & fieri secūda trāsactio, quæ valebit iure trālac. sed ibi non potest fieri sententia secūda quæ valeat iure sententiæ. Quæ est ratio diuersitatis? Rūdeo. quia trāsactio est cōtractus, & innititur consensui partiū, & ab illo sumit robur: sed sententia nō innititur cōsensui partiū, sed iuri publico. vnde partiū cōsensus nō attenditur, vt faciat eam valere iure sententiæ: si iure publico, nō potest valere. sed bene pōt facere vt valeat iure cōtractus. vt l. ij. j. cōmunitriusl. iu. illud tamen est verum q̄ si sententia secūda ferretur ex eisdē actis: vt etiā si de cōsensu partiū, nō valeat iure sniæ: sed iure pacti. & per hoc videtur recessum à prima iure renuntiatiōis: quod facere potuerūt. Sed si partes vno cōtextu repeterent oīa acta secūdū ea quæ no. in l. mutari. ff. de procu. tunc dico valeret iure sententiæ. Si autem partes nō cōsentiūt q̄ recedatur à prima, & feratur secūda etiā ex processu diuerso agitato cōtra inuitum, & sic cōtraria primę, tūc iste est casus illius l. secūdum verū intellectū: qui vult q̄ nō valeat secūda. sed q̄ stetur primæ: quia nec ei

4 videtur renūtiatum. †Sed qualiter sit illud intelligēdum? vide p

a Io. an. qui melius distinguit quàm aliquis in c. inter monasteriū. de re iudic. in nouella. Cætera hic vide per Bal. qui tāgit aliquas

b quæstiones de arbitramēto, b an valeat secūdum cōtra primū, &

5 an valeat cōtra sententiam iudicis. †Quærit hic Bar. & nō soluit, an in casu huius l. postquā est actū q̄ sit recessum à trāsactione, possit actor redire ad primam instantiam inchoatam. An aūt habeat inchoare nouā. & pro ista secūda parte facit tex. dū dicit [causam ex integro.] In cōtrarium facit q̄ no. j. siue apud. in fi. per eū dem. j. eo. De hoc vidi pluries dubitari in examinibus. quia ista l. cōsueuit dari in pūcīis. veritas est vt distinguamus. aut cū trāsegerūt actor renūtiauit instantiæ seu liti & causæ, & tūc instātia est ipso iure finita per l. postquam liti. ſ. tit. j. Ideo habet inchoari de nouo super veteri actione, quæ rō est extincta. aut fuit renūtiatum expressè instantiæ seu liti: sed solùm facta trāsactio prout dixi. ſ. eo: in l. cum mota. in casu. l. ſi instituta. in prin. ff. de inoff. testa. & tūc aut actio fuit extincta ipso iure per acceptila. & idē. qa perempta act. cēsetur etiam perempta instātia super ea inchoata. vt in d. l. cū mota. aut actio fuit extincta ipso iure: & tūc aut reus iam seruauit pro parte sua trālac. & idem. vt in casu huius l. vbi reus iam soluerat actori. quia tūc instantia perimitur. aut nōdum impleuerat, & tunc censetur instantia perempta, postquam ei nō est expressè renuntiatum, & actio non est extincta. vnde sicut actor potest redire ad eandem instantiam contra reum non seruantem, quando non est recessum à transactione. vt l. siue apud. cum ibi no. in fi. j. eo. est recessum de communi consensu. vt sit eadem ratio. & per hoc quod not. idem Bart. post Cy. in l. ſi maior. j. eo. & in l. ſi ex falsis. circa medium.

a ☞ *Si transactio fiat per acceptilationem præcedente Aquiliana stipulatione, & reus non obseruat transactionem, qualiter prouidebitur actori, qui non potest ad actionem primam redire?*

3 *Qualiter debeat consultor respondere rustico qui uadit ad eum pro consilio, & non portat instrumenta sua, sed simplici uerbo narrat casum, & quid si alius iurisp*

iurisperitus indiscretè interrogavet?

4 *Quilibet actio (etiam realis) potest deduci in aquilianā stipulationem, & quæ sit eius forma remiss.*

LEX XV.

1 VT responsum. †Si transactio fiat per acceptilationem præcedente aquiliana stipulatione, non potest actor ad pristinam actionem redire. & si reus non obseruet transactionem. h. d. concor. ſ. eod. l. actione. In tex. ibi [insere pacti.] & vult dicere. in hac supplicatione seu libello quem mihi porrexisti, inseras tenorem instrumenti transactionis quam fecisti cum aduersario tuo: vt possim comprehendere an fuerit facta per simplex pactum. & tunc te non obseruante pactum potuit redire ad actionem primam. & si excipias de transactione, replicabit de dolo: quia eam non obseruas. vt in. l. cum proponas. ſ. ti. j. An interuenerit acceptilatio præcedente stipulatione aquiliana. & tunc omnis actio fuit sublata non solum personalis, imò & realis vel mixta. vt petitio hæreditatis, vel rei vendicatio & tamen etiā te non seruante transactionem non potest ad pristinam actionē redire. & si cōtra fecerit, tanquam ineptè agēs debet succumbere. quia nemo sine

2 actione experitur. †Qualiter ergo sibi prouidebitur si nō obseruas? Respondeo si ipse impleuit ex parte sua perfectè, agatur p̄script. ver. vt impleas. vel ex stipulatione, si interuenit. vt ſ. e. l. cū mota. & etiam potest agere condictione ob causam vt se reponat in pristinam obligationem, si est talis quæ ex conuentione possit contrahi. vt in l. ſi quis accepto. de cōdi. ob causam. aliàs secus. vt in actione reali, vel mixta, quæ non oriuntur ex cōuentione: sed ex iure q̄ quis habet in re, q̄ sola cōuentione nō restituitur. vt dixi. in l. cum mota. Sed si non impleuit perfectè ex parte sua. dic

3 vt no. in l. actione. †Et no. hic contra rusticos qui veniunt ad cōsultorem pro habendo consilio, & non portant sua instrumenta, sed simplici verbo narrant casum, vt debeat eis responderi portis instrumenta, aliàs nō possum cōprehendere veritatē: nec debent obiurgari ex indiscreta consultatione: cū faciant ex rusticita

a te. nō sic ſi alius iurisperitus indiscretè interrogaret. a nam dicunt Doc. q̄ bene pōt eis respōderi rusticaliter. Aut tenō intelligo, aut stulta est cōsultatio tua. vt ff. de testa. l. Domitius. & habet in l. ij. de ori. iur. vbi Iurisconsultus obiurgauit quendam peritū patritiū, qui indiscretè interrogauit, dicens q̄ turpe erat patritio viro ignorare iura inter quæ quotidie versabat. †No. etiā in fi. q̄ quelibet

4 actio etiam realis potest deduci in aquilianam stipu. cuius formā vide per Iurisco. in l. & vno. ſ. j. ff. de acceptila.

a *Si in rescripto continetur quòd iudex cognoscat non obstāte transactione, quòd hoc nō sufficiat, nisi dicatur non obstante aliqua lege contrariorum disponente.*

3 *Differentia inter instantiam, causam, & litem.*

4 *An ualeat compromissum factum post sententiam quæ transiuit in rem iudicatam.*

LEX XVI.

1 QUasi. †Per rescriptū principis nō rescindit trāsactio. h. d. sicut nec sententia. vt ſ. senten. re. nō posſ. l. fi. Et pone hic casum q̄ trāsegi tecum, postea impetrauit iudicem à te super debito super quo trāsegi nō facta mentione de transactione, certè si facio te citari corā iudice, & tu compares, & excipis de transactione iam facta, & facias de ea fidem, iudex debet pronūciare rescriptū esse surreptitium: quia si de transactione fecissem mētionem, tale rescriptum nō obtinuissem. quia non est intentio principis lites sopitas per transactionem vel sententiam resuscitare: & sic pronūtiabit senō esse iudicem competētem. exceptio ergo transac. nō solùm opponitur ad impediēdum lit. cōtest. sed etiam ad infringēdum relati ptum, & ad elidendū iurisd. Hoc voluit expressè gl. in c. j. de lit. cō test. lib. vj. in fi. gl. magnæ: quæ ponit practicam illius. c. sed si age rem coram ordinario, nō posset opponi ad iurisdictionem impediendam: sed ad impediendam litis conte. & similiter posset opponi corā delegato, si excipiens nollet apponere ad rescriptum.

2 vt in d. c. j. secundum alium intellectum. †Sed quid si continetur in rescripto q̄ iudex cognoscat nō obstante transac. Respondeo

b adhuc nō sufficit. b nisi dicatur nō obstante aliqua lege contrariū disponente: quia præsumitur impetratum per obreptionem & importunitatem: cum nō sit intētio principis resuscitare lites finitas, nec derogare conuentionibus partium. vt c. ex multiplici. de decimis. vnde hoc rescriptum habet clausulam derogatoriam huius l. Est ergo necesse quod de hac l. saltem fiat mentio in genere, put in simili. ſ. de sum. trini. l. ij. & in l. ſi qs i a prin. testamēti de leg. iij. & tūc bene valebit rescriptū. licet sit iniustū. Sed an sit necesse facere spālem mētionē de hac l. gl. hic in fi. sensit q̄ sic. de hoc no. in auē. hoc inter libe-

b ros. j. de testa. Sed communiter tenetur cōtra q̄ sufficiant verba generalia. ſ. nō obstāte quacūque lege cōtrarium disponēte. de hoc plenissimè per Io. an. in c. j. de excess. præl. li. vj. in nouella. vbi recitat plures opi-

3 ☩ In gl. j. ibi. [sed post litem cōtest. incipit esse lis.] subaudi desinet vocari causa. sed ista opi. est falsa: quia etiā post lit. cōtest. dicitur

c causa vt in ij. opin. hic recitata. sed nec illa est vera, dum vult q̄ lis dicatur ante & post quia est contra tex. in c. ex parte vestra. de ver. ſign. vbi lis dicitur solū post lit. cōtest. Et sic ista q. non bene declaratur per gl. nec per Doct. Tu ergo dic melius vt dixi in l.

c postquam liti. ſ. tit. j. q̄ habemus tria vocabula. ſ. instantiam. & ista importat dūtaxat ordinem & strepitum iudicij. & incipit à contestatione litis. vt in l. properādum. post prī. j. de iudi. Item habemus causam. & ista importat negotium principale. & similiter incipit à contestatione. nec ante dicitur causa inchoata. vt l. fi. ſ. illud. j. de temp. app. & d ibi no. Item habemus litem. & istud vocabulum est generalius. quia comprehendit tam instantiam quàm negotium principale. & similiter incipit à cōtestatione. vt d. c. ex parte vestra. habemus & quartum vocabulum. ſ. controuersiam. & ista est ante lit. contest. Postquam tamē partes comparuerunt coram iudice, & aliquid egerunt. vt in l. diuus. de per. her. postea desinit vocari cō trouersia. habemus & quintum. ſ. iudiciū. q̄ potest cōprehendere omnia ista. In ea glos. ibi. ſ. [ſi quis] dic & ſ. eod. l. ij. vbi est casus q̄ sufficit timor litis futuræ vt possit transigi. In ea gl. gl. ibi. [ea. l. ſ. si post.] hoc verū nisi partes expressè renuncient sententiæ: quod facere possunt. vt dixi in l. præceden

4 ti. † Et eodem modo si quæritur an valeat compromissum factum post sententiā quę transiuit in rem iudi. nam si in eo dicatur nō obstante sententia valet: & censetur ei renūtiatum. quod etiam voluit Bal. in l. præcedenti si diuer a. aliàs non valet. vt in c. exposita. extrà de arbi.

a ¶Interrogaret. Et q̄ fit rescindendū explicitè interrogauit im plicitè. vide Bal. in l. precibus. in prin. j. de impube. & alijs substi. Fran. Cur.

b ¶Non sufficit. Adde q̄ imò videtur q̄ sufficiat. quia si princeps dicit nō obstāte trāsactiōe, verisimiliter scitur trāsactionē esse factā. & lōgē magis prouidet contra trāsactionē quādo ita loquitur, quàm quādo in genere dicit nō obstante. l. causas vel liites. per ea quæ dicit Barto. in l. ſi quis in prin. testamenti. ff. de leg. iij. & ita Franc. de Are hic Cur.

c ¶Post litem conte. dicitur causa. Adde auth. qui semel. & in corpore vnde sumit. C. quomodo & quā do. iu. glosſ. ſi. in c. ex parte. el ij. de ver. ſig. doct. in cle. ij. de his cōte. gl. in c. sup quę stionū. de offi. dele.

d ¶Vel pro &. De hac dictione vel quando ponatur pro &. & quando prodest in cōtractibus & in vltimis volunta. vide in cle. sæpe de verb. ſig. & per Car. maximē in cle. plerisq; de ele. per Ale. de Imo. in consi. xxij. col. j. & col. se. & i cōsi. lxxx. col. ij. ver. hoc autem & ibi quid in ſtatutis. in primo vol. Et quando copula, & ponatur pro vel. per eundē Ale. in consil. xl viij. col. ij. versi. nā natura. & in cōsi. xlix. col. iij. in prin. in j. vol. in consi. lv. col. ij. versi. præterea dato. & in cōsi. cxvj. in iiij. col. in ij. vo. & de dictione vel. & d copula & per eundē Alex. in cōsil. cccvij. col. ij. in prī. in ij. vo. & in consi. xvij. colū. j. in iij. volu. Franc. Cur.

2 ☞ *Casus in quibus potest quis exceptionem obijcere, & aduersarium repellere, & nihilominus repetere data: & etiam pœnam.*

3 *An extra illos casus non posit peti res & pœna?*

4 *In alternatiua rerum debitarum electio est debitoris, sed in alternatiua remediorum uel securitatum pro debitis, si competant ex una dispositione, electio est illius cui competunt.*

LEX XVII.

1 CVm proponas. †Potest q̄ datum est repeti, & exceptio opponi, si in transactiōe fuit apposita clausula rato manente pacto aliàs sola exceptio ponitur. h. d. secundum Bar. In tex. ibi vel pacto stari, [vel data restitui.] Dic q̄ vtrunq; vel ponitur

d pro &. d Volebat enim vtrunq; ſ. restitui tibi data illi, postquam illam transactionem impugnat, veniendo contra quia non debet consequi commodum ex eo quod impugnat. in regula iuris. & ipsam à lite repellere per exceptionem transac. & pacti & respondetur quòd hoc facere potes si in casu quo veniat contra, promisit tibi restituere data firma, & rata manente transactione.

Et si ista clausula non fuit apposita, potes duntaxat exceptionem obijcere: sed data repetere non ✱ potes. hoc vltimum intellige, quando non potes ✱ simul habere vtrunque:

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 ¶ Pacto. Adde de ista clausula. l. qui filius. ff. de trãsact. doc. in l. ita stipulatus. ff. de ver. ob. glo. & doc. in c. fi. de loca. Et etiam adde q̃ hæc clausula operat euã vt pœna cedat lucro creditoris. l. id quod. cũ glo. ff. de sol. Itẽ operatur quia stipulatio pœnalis nõ nouat præcedẽtem. de quo per Bart. in l. insulã. in ij. q. ff. de ver. ob. & per eũdẽ in l. pactũ. ẽ. tit. j. & adde q̃ si transactio interponeret super actione bonæ fidei. puto q̃ hæc clausula rato manẽte pacto subintelligeret, ex quo in cõtractib⁹ bonæ fidei subintelligitur per no. p Bald. in l. pactũ. col. iij. ẽ. tit j. Et eo maximè, q̃a talis trãsactio hoc casu iudicaret bonæ fidei. l. sub prætextu. j. eod. & etiã adde q̃ hęc clausula æquiparat iuramẽto. Bart. in l. si quis maior. colũ. ij. in prin. ver. idẽ dico. & ibi Bal. in vlti. col. j. eod. & Alex. in l. ita stipulatus. in fi. ff. de verb. obli. & de hac clausula vide etiã aliquid p Abb. in c. cùm inter R. de ele. & an trãsactio dicat cõtract⁹ bonæ fidei. vide p Alex. de imo. in consi. xlix. maximè col. vj. in iij. vol. Fran. Cur.

sed si vis vti exceptione, illa debes esse contentus: & data non repetes: sed si exceptionem non obijceres & velles repetere data, bene posses. vt in l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pact. vbi est in electione tua. vt etiam vult hic gl. Item si opposuisses exceptionẽ, & in eo succubuisses, nõ potes redire ad repetitionem datorũ. vt l. elegãter. §. pe. ff. de cõdi. inde. † In gl. mag. ibi. [vt j. e. vbi &c.] & sic recolligo tres casus. in quibus potest quis exceptionẽ obijcere, & aduersariũ repellere: & nihilominus repetere data, & etiam pœnam. Primus est. quando apposita est clausula rato manente pacto. vt in ista l. Secundus est. quãdo non est apposita: tamen actio prima erat sublata ipso iure per acceptilationem. vt j. eo. l. vbi pactũ. Secus quando nõ erat sublata ipso iure: tamẽ interuenerat iuramentum de non veniendo contra. vt j. eo. l. si quis maior. adde quartũ casum in quo potest quis petere rẽ & pœnam. s. quãdo pœna fuit apposita loco particularis interesse. quod præsumitur quãdo nõ æquualet totali. vt in l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de act. & ob. Item adde quintũ. quãdo fuit apposita loco cõtemptus, & petitur ex diuersa causa. vt si promisisti nõ venire contra laudũ sub certa pœna, sed ei parere. si non pares: ego possum petere pœnam. & vltra hoc possum agere actione prima ad debitũ. quia ago ex diuersis causis. s. ad pœnam virtute cõpromissi: & ad debitum primũ virtute primæ actionis. & iste est casus in l. si quis rẽ. ff. de arbi. sed si agerẽ ex eadẽ causa, puta ago ex cõpromisso, vel ex laudo ad obseruantiã eius, & ex eodẽ compromisso ago ad pœnã. tunc nõ possum conseq̃ vtrunq; si nõ fuit apposita clausula. & ista fuit opi. Pet. satis singularis. quã hic recitat Cy. & etiã Bar. eam tenet pro intellectu illius l. si quis rem. ↪ in l. si ita stipulatus. in xj. opp. vltimæ partis. ✳ de ver. obli. ✳ sed Bal. in l. j. j. de his quæ pœ. not. in fi. vij. opposi. videtur reprobare hanc opi. in prin. casus. & vult q̃ etiam si agatur ex diuersis causis, non posse peti pœnam & res. sed præcedens op. verior est & pulchrior. quia probatur in illa l. si quis rem. † Extra istos casus nõ potest peti res & pœna: sed si petitur, quid si desistat petit? distingue. aut præcedens obligatio fuit nouata per stipulationem pœnalem. quod quando sit dicitur in l. si ita stipulatus. de verbo. obli. & tunc non potest peti nisi pœna: etiam si sit minor quàm res, val totale interesse. vt l. j. ff. de penu. lega. Aut non fuit nouata, & tunc aut præcedit conuentio liberatoria, quæ non nouatur per stipulationem pœnalem. & est in electione eius cui competit exceptio an obijciat exceptionem & tunc non petit pœnam. vt hic in fi. nisi (vt dixi) in exceptione opposita succũberet. aut petit pœnam, & tunc excep. non potest obijcere. vt in l. rescriptũ. §. si pacto. ff. de pac. Si verò præcedit cõuentio obligatoria, quia promisisti aliquid facere sub pœna, & non facis, tunc quatenus est plus in vna quàm in alia possum agere ex vtraque scilicet ex promissione prima ad rem vel interesse: quo consecuto ex stipulatione speciali, quatenus succedit interesse vt l. prędia. ff. de act. emp. & l. si quis à socio. ff. pro socio. Quatenus autẽ concurrunt agi non potest. nisi ex vna. & hæc sunt quæ tanguntur per Iaco. de Bel. in quadam sua disputatione quam posuit in l. si pacto. ẽ. tit. j. de qua facit mentionem Io. an. in c. bonafides. de reg. iur. in mercu. & Cy. voluit hic tangere, sed imperfectè locutus est. † In gloss. fin. ibi. [tu dic in electione repetentis]: sed contrà. quòd imò in electione illius à quo repetitur, l. plerunque. ff. de iure dotium. in fine. Solu. dicunt Docto. quòd interdum mihi competit vnum remedium ad duo alternatiuè, si promisisti mihi stichum aut pamphilum, & tunc electio pertinet ad te debitorem. vt ibi. Interdum competunt duo remedia alternatiuè: puta exceptio, vel actio; & tunc electio pertinet ad me. vt in hac glos. primum dictum procedit in alternatiua rerum debitarum: sed in alternatiua remediorum vel securitatum pro debitis, si competant ex vna dispositione, electio est illius cui cõpetunt vt si teneris mihi in cẽtũ, postea promisisti vel soluere in tali termino, vel dare mihi pignora, vel repręsentare te coram iudice detinendũ in carceribus sub tali pœna. omnia ista veniunt pro securitate debiti mei. Ideo adueniente termino nõ potes obijcere, ego nolo soluere, vel me repræsentare, sed dare tibi pignora, imò est in electione mea q̃ illorum remediorum velim. vt in l. quamuis. ff. de pig. ac. secundũ Gul. ibidem. & facit. l. causam. §. puellam. ff. de manumis.

2 ☞ *In criminalibus in quibus non ingeritur pœna sanguinis, non licet transigere uel pacisci sine licentia iudicis, & impetratione abolitionis.*

3 *Quæ dicatur pœna capitalis?*

4 *Quòd in crimine adulterij non liceat transigere.*

5 *Si fiat transactio in criminalibus, quo ad quos effectus operetur talis, & quo ad quos nõ si fiat sine licentia iudicis?*

6 *Licet in crimine falsi non imponatur pœna sanguinis, tamen ita vituperatur homo condemnatus de falso quòd uix audet comparere inter homines: ideo assimilatur pœnæ mortis.*

7 *Reus uel accusatus transigendo uel pacisendo cum accusatore, an habeatur pro confesso & an pro condemnato?*

1 IVbemus in omnibus. †Super cauſa ſtatus poteſt fieri transactio.h.d.in effectu.& hoc quādo transactio tēdit in fauorem ſtatus:vt quia litigo cum aliquo, dicēs ipſum eſſe ſeruum meum,vel aſcriptitium,ipſe dat mihi certam ſummam:& conſentio quod remaneat in ſua libertate.nam poſſum cōſentire in mei præiudicium,& facere ipſum liberum.Sed quid econtrà.ſi do tibi,& ipſe conſentit remanere in ſua ſeruitute.gloſſ.dicit quod non valet:per l.nec ſi volens.infrà de libera. li cauſa.& quia cōtra bonos mores:& quia remanēdo in ſeruitute non poſſet illam rem habere.Doctores dicunt hoc eſſe verū, ſi conſtaret ipſum eſſe liberum hominem.quia non poteſt facere ſe ſeruum,niſi ſe vendat ad pretium participādum: ſed ſi erat dubium,dicunt transactionem valere per hanc l.quæ loquitur ſimpliciter:& quia multa valent ratione dubij:quæ ſi eſſent certa,non valerent:vt nota.in l.ſi putas.j.de petitio.hæredita. & l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi.nec obſtat vltima ratio: quia bene poteſt ſeruus de facto tenere pecuniam: tamen conniuentibus oculis domini ſui, id eſt domino patiente: vt lege,quarta.ff.de manumiſſio. Et nota prædicta pro concordijs & transactionibus quæ fiunt per Papam cum communitatibus terrarum eccleſiæ. Exemplum in Bononia:quæ eſt eccleſiæ Romanæ quò ad plenam iuriſditionem:ſi Papa concordat cum eis quod debeant certum cenſum in anno: & ſtent in ſua libertate quò ad omnia: quod talis compoſitio valeat: nec debeat per ſucceſſorem eius retractari. †Vltimò gloſſa quærit quid in mo-
2 nacho:ſi ſit quæſtio inter Abbatem & quendam alium, quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Vsq; ad qđ tẽpus. Adde Bar.ī l.in oīb⁹. in fi.cū gl.ff.de diuer. & rep. p̄scri. & adde qđ iste error calculi ita pōt allegari in cā appellatiōis, sicut in causa principali etiā si esset deductus in cā principali. ita ipse Paul.de Cast.in cōsi. 110.x.incipiē. in casu p̄senti. in nouiss. Franc.Cur.

b ¶Snīa pro parte valere. Adde Ang. in l. sancimus.in j.no. C. de pac.Car.in c.Raynuti⁹.in ȳ.no.de test. et qñ error expressus in snīa.vide p Are.in cōsi.lxxv.in cōsi.cj. & cōsi.cx.& in cōsi. clvij.Franc.Cur.

c ¶Recedēdum à cōi opi.Adde Io.and.ī c. j.de consti.Abb. in c. prudētiā.& in c.quæ rēti.de offi. delega. p eundē in c. tua nos. de vsu.& per eūdē et ibi nouiss.in c.j. de cō stit.Alex. de Imol.in consi.ȳ.colū. v. & in cōsi.xxvij. colū.iij. circa fi.ī ȳ. vol. Cur.

Abbas dicit esse monachum.et ipse negat, & transigunt.quia ipse dat certā pecuniam Abbati.& Abbas cōsentit quod remaneat laicus.vel ecōtrà.gl.in prin.dicit valere trās act.si interueniat decretū epī.certè nec epūs hoc posset q̄si est monachus,efficiat laicus nam etiā de Papa dubitatur an hoc possit. vt in cap.cū ad monasteriū.in fi.de sta. regoportet ergo quod ista qō.dirimat per sententiā diffinitiuā,quia illa habebitur pro veritate.Sed ecōuerso bene est in sua potestate facere se monachū,licet cōtrà nō sit propter hoc non vitiat transactio. sed propter aliud videretur vitiari:quia continet simoniam,recipiēdo pecuniā ab Abbate, vt remaneat monachus. Tene menti perpetuò.

De errore calculi. Rubrica.

1 *Si inter duos mercatores pluries fuerit saldata ratio & summata,si tamen alter ipsorum dicat fuisse commissum errorem in calculo,iterum debet calculari.*
Error calculi,usque ad quantum tempus possit allegari?
3 *Sententia in qua est expressus error calculi,uel summæ,an sit nulla? & nu.5.*
4 *Quid si error non fuit expressus in sententia?*

LEX VNICA.

Errorem. †Si ī calculo sit errorū, potest iæpius retractari. nisi super errore sit iudicatum,vel transactū,& in

↝ debitū ✳per errorē calculi✳promissum condicitur. hoc dicit secundū Bar.vel sic secundū Bal.licet pluries in calculo sit erratū & licet etiā in stipulationē deuenerit, adhuc pōt retractari, nisi

2 sit sup eo trāslactū,vel iudicatū.h.d.†In tex.ibi.[vnde rationes.] per istū tex.dicit Bald.quod licet inter duos mercatores pluries fuerit saldata ratio & summata,si tñ alter ipsorū dicat fuisse commissum errorem in calculo,iterum debet calculari . Sed contrà. quia nunquam erit finis.Respon.iudex dabit calculationem:cuius relationi stabitur nisi probetur contra. vt in l.ȳ. j. de vsur. & fruc.leg.& ita not.Barto.in l.instar.j.de iure fis. lib.x. Sed vsque

a ad quod tempus[a] poterit allegari error calculi?dic vt ibi per eū & per glo.in l.calcularij.ff.de admi.re.ad ciui.perti.q̄ dicit q̄ víque ad xxx. annos. ibi tamen loquitur in computatione facta per administratores publicos super administratione alterius administrationis:& in damnum reipublicæ sed non fuit error, sed gratia:quia admiserunt aliquas expensas, quas non debuerunt admittere.& tunc potest allegari vsq; ad decēnium. vide de hoc per Barto.in d.l.instar.Item dicit Bal.per istum versi.quòd licet fuerit facta confessio,& pluries reiterata,non tamē nocet. quod intellige si per errorem fuit omissa. sed si ex certa scientia, tunc nocet quia si non fuisset reiterata,posset adhuc infringi probato contrario per l.cum falsa.suprà de iur.& fac.igno.secus si est reiterata etiam semel.ita simpliciter colligitur ex tex. & ex not. per Barto.in l.cum scimus.j.de agri.& censi.post princi.lib. xj.& sic extra iudicium.sed in iudicio nocet etiam si non sit reiterata. vt in l.ȳ.j.de confes.& quod not. in l.rura.j. de omni agro deser.lib.

3 xj.†In tex.ibi.[si res iudicatæ nō sunt.] hoc potest intelligi duobus modis.Primò quando fuit iudicatum post motam controuersiam de errore,& sic super ipso errore & tunc si tenetur quæstio erroris sit s.tit.primo l.actione in fine.& l. si ex falsis. Secundò quando non fuerit mota quæstio erroris, tamen fuit iudicatum super quantitate per errorem assummata. puta fuit assummata ratio pro omnibus deductis & computatis restas debitor meus in centum, & de hoc confecta est scriptura confessionis vel promissionis : quia promisisti illa centum mihi dare ad mei petitionem,cū tamen reuera non restares debitor in tanta quantitate:sed in maiori,vel in minori,certè si peto centum,et lata est sententia pro me, in qua non est appellatum. nec ego amplius potero quærere de errore,nec tu.licet q.erroris nunquam fuerit not.etiam quod dixi in d.l.si ex falsis.In glo. magna ibi. [solutio distingue.]hæc vera.sed in primo membro distinctionis.ȳ. fuit error expressus in sententia si dixit iudex: quia constabat nobis Titiū teneri Seio in quīquaginta ex tali causa. Itē in xxv.ex alia causa:ideo condemnatus ipsum in centum:& sic condemnauit in xxv.vltra.sed si diceret per errorem calculi,quasi xxv.faciant centum. Quæritur vtrum sententia erit nulla solum in xxv. in quibus fuit erratum:gloss.ibi sentit quod in totum sit nulla: & idem in fi.voluit gloss.quæ est in l.fina.ff.de iurisdi.omnium iudicum.quia in vno articulo vel summa non potest sententia pro

b te[b] valere,& pro parte non:vt in l.in hoc iudicio.ff.famil. erciſc. sed in diuersis articulis secus:vt l.etiam.ff.de mino.& hanc partem communiter tenent Docto.contrarium; tamen determinauit gloss.in l.ȳ.j.de re iudicata.quod non est nulla nisi in xxv.Et hanc tenet hic dominus Rapha. respondeo ad iura allegata in contrarium:dicit tamen non esse recedendum à communi opi-

c nione[c] in iudicando.sed pone quòd iudex condemnauit in minus quàm debuerit:putat quòd constat nobis talem teneri tali in xx.ex tali causa:& in xxv.ex alia causa, ideo condemnamus in xl.dixit Iaco.de Raue.quod censebitur condemnatus in xlv. in l.qui quartam.ff.de legatis j.arguendo de sententia testatoris ad sententiam iudicis.& Pet.& Cy.non audent recedere[d] ab ista opinione:licet eam non reprobent,nec approbent.Breuiter rídiculum est dicere quòd in casu præcedenti non valeat in summa expressa in isto casu : valeat etiam in non expressa in sententia: ideo verius videtur dicere quod in totum sit nulla, quia debuit in illis quinque eum condemnare,vel absoluere,si fuerunt petita.aliàs sententia est nulla:vt no.in l.j.j.si aduer.rem iudi.& ff.de

4 doli excep.l.apud Celsum.§.quare.el primo. †Circa secundū membrum gloss. quando error non fuit expressus in sententia, posito quòd colligatur ex actis gloss.tenet ad sententiam valere. Vltramonta.dicunt contra.cum sententia referatur ad acta:vt l. ait prætor.§.j.ff.de re iudicata.& infrà de senten. quæ sine certa quacti.profe.l.hæc sententia.& sic error qui colligitur ex actis, censetur contineri in sententia.Barto.dicit hoc verum si iudex se referat expresè ad acta:vt quia dicat,quia constat nobis talē teneri tali in c.vt apparet ex actis, & ex instrumentis productis in causa,cùm tamen in vno non contineatur nisi quinquaginta, & in alio xxv.idem condemnamus ipsum in c.nam tunc fatetur Bartol.quod licet ista non exprimantur in sententia, tamen erit nulla:quia censentur expressa,postquam se retulit ad instrumēta:vt l.asse toto.ff.de hęre.insti.sed si non retulit se expresè, tunc quædam sunt acta ad quæ de necessitate refertur, vt libellus.l. vt fundus.ff.communi diuidun.vel sententia primi iudicis appella.Et hoc casu si in sententia vel in libello primi iudicis contineatur error,non valebit sententia secundi iudicis: etiam si expresè non referat se ad illa quæ censentur referri præsumptione iuris,sed si sint talia acta ad quæ de necessitate non refertur, tunc nisi se referat error contractus in illis non censetur contineri in sententia : & sic erit inualida : hæc sunt verba notabilia Bartol.& Bald.simpliciter tenet gloss.quod etiam si referat expresè ad acta , sententia non sit nulla : quia si iudex dicat:cum constat nobis ex dictis talis testis Titium teneri tali in c.cum tamen illi non fuerint exminati,vel si fuerint,hoc non probant,nihilominus valet condemnatio:vt not.Innocen.& Ioan.Andr.in c.quoniam contra falsam.de probatio.& in c.cum Bertoldus.de re iudic.aliud ergo quod est exprimatur specificè,tunc non valet propter defectum formæ:& aliud quod exprimatur implicitè : quia tunc non est defectus formę secundùm Bald.ad quod facit quod in simili habetur in l.si quis legatum.ff.de fal.iuncta l.si quis aliquid.§.testamentum.ff.de pœnis.& ista opi.fortè verior est:prædicta in sententia quæ innititur voluntati & authoritati iudi.transact.verò quæ innittitur voluntati partium, si non continet errorem expressum,clarum est quod non est nulla: nec venit annullanda:licet facta fuerit super quantitate assummata per errorem calculi:& imponit finem quæstioni de errore,& ita intelligitur iste text. †Sed si continet expressum errorem, glossa

5 vult quod nihilominus valeat mero iure : sed rescindatur quatenus fuerit error licet Vltramonta.teneant quod ipso iure non valeat,propter defectum consensus.Doctores nostri dicunt quod non est defectus consensus,quia non fuit erratum in substantia libus,qui error inducit defectum consensus:vt in l. in venditionibus.ff.de contrahen.emptio.sed est defectus in causa. Nam si promittis mihi centū,credens te ad ipsa teneri,quod cum nō tenearis,bene consentis in promittendo:ideo obligaris:vt hic in fi. literę.Sed si in causa erras,& hic deficit consensus:quia credis te teneri

teneri,& propter hoc consentis promittere,& ille error non vitiat nec promissionem,nec transactionem dominij si solueris. vt in toto titu.de condi.indebi.Et hæc vera sed inquantum glo.dicit transactionem debere rescindi in effectu,quatenus est erratū domi.Raph.multū miratur.dicit quod videtur contra hunc tex. qui dicit quod transactio imponit finem errori calculi: sed non perpendit quod glo.loquitur & debet intelligi qñ in transactione continetur error expressus.sed tex.loquitur quando non continetur.& ita colligitur ex dictis Bal.hic.

De postulando. Rubrica.

2 *An ex sententia condemnatoria,oriatur naturalis obligatio?*
3 *Si aliquis per sententiam diffinitiuam fuit prohibitus postulare perpetuò,uel ad tempus uel simpliciter ab uno iudice ordinario,puta potestate paduæ,an possit postulare in alia ciuitate,uel etiam in eadem coram alio iudice?*

LEX. I.

1 Vm à. †Prohibitus perpetuò postulare, repellitur à postulādo.h.d.vel sic. Qui non appellat cum potest, videtur acquiescere sententiæ.h.d.secūdū Bar.In tex.ibi. [proibitus.] dic scilicet per sententiam diffinitiuam.et sic causa cognita.& præcedente accusatione, vel inquisitione:quia fortè fecerat pactum de quota litis.vt j.eod.l. si qui aduocatorum.vel quia monitus à iudice:vt officium aduoc.iuueret pro aliquo,sine iusta causa recusauit.vt j.eo.ti.l. prouidē dū.circa medium.ibi.si quis verò monitus.Et q̄ loquatur quando per sentētiam diffinitiuā:patet in verbo.[non appellaueris.] quoniam ab interlocutoria non appellatur.Si ergo per interlo. non præcedente accusatione vel inquisitione,vt quia fortè nimis garrulabat,non potuisset iudex perpetuò ipsum prohibere, nisi quousq; durat officium eius.quod solebat durare per annū. & ita loquitur.l.j.ff.de pœ.Et si fuisset dictū perpetuò,non valeret:nisi quousq; durat officium:quia si non valet q̄ ago vt ago: valet vt valere potest.vt l.si tam augusti.ff.de serui.Quid autē si

a hoc verbum perpetuò[a] non fuisset appositum in sententia? dic si erat interlocuto.idē vt ȳ.dixi.Si verò diffinitiua:tūc aut fuit dictum prohibeo te postulare ad tempus, nec specificat quantū:tūc videtur prohibitus vsq ad decenniū.vt in l.si diuturno. ff.de pœnis.Si verò simpliciter,tunc videtur prohibitus ppetuò vt l.iurisperitos.§.j.seu in prin.ff.de excu.tut.vbi illud q̄ non habet expressum tempus,intelligitur perpetuum.Et ex prædictis patet q̄ si legatus de latere ponit interdictū in ciuitate, nō per

b modum sententiæ diffinitiuæ,durat quousq; officium eius.[b] vt l.si certarum.§.fi.ff.de test.mil.& idem si iudex exponit aliquem ad confinia non pręcedente processu,& diffinitiua sentētia secū

2 dū Bal.† In tex.ibi.[placitis.]in hoc fundatur summarii Bar. q̄ qui non appellat cum possit,videtur consentire in sententia secus si nō poterat:vt quia erat tertia appellatio.Et ex hoc decidi tur qō.an ex sentētia cōdēnatoria oriatur naturalis obligatio.nā cū ista naturalis oriatur ex consensu.l.stichū.§.naturalis. de sol. debet distingui,aut potuit appellare,& non appellauit,& oritur arg.huius.l.Aut non potuit,& tunc secus cum lata sit in inuitū. l.inter stipulantem.§.j.ff.de verbo.obli.tamen Bal.in l.Iul. ff. de condi.inde.determinat adhuc idem cum naturalis obligatio nō solum oriatur ex consensu:sed etiam ex omni æquitate.l.iurisgē tium.vt l.cum amplius.§.is natura debet.de reg.iur.Sed equitas iurisgentium est vt magistratibus pareamus.vt l.veluti.ff.de iusti.& iu.Illa tamen quæ oritur ex consensu potior est : quia fortius habet fundamentum.& ideo non potest tolli per sententiā. vt in dicta.l.Iuli.sed illa quæ fuit orta ex sententia sine consensu posset tolli per alteram sententiam ipso iure.vt in l.prout quisq. de sol.Posset tamen dici quod iste text.non loquitur de placito partis:sed præfecti qui tulit sententiam.& sic non facit pro Bar. secundùm do.Rapha.In glo.mag.in ver.[Item quod dicit.]dic

3 glo.in eo quod sequitur loquitur inuolutè.† Quæritur ergo pro declaratione glo.ȳ.visum est de tempore, quæritur de loco. Si aliquis per sententiam diffinitiuam fuit prohibitus postulare perpetuò,vel ad tempus,vel simpliciter ab vno iudice ordinario,puta potestate Paduæ,vtrum possit postulare in alia ciuitate,vel etiam in eadem coram alio iudice? & glo.distinguit inter expressam prohibitionem,& tacitam.& videtur innuere in ver. bis suis quòd tam possit operari tacita quā a expressa.Sed ista non est intentio gloss. est distinguendum aut fuerit prohibitus ex alio quo delicto quod infamiam nō irrogat. vt l.si qui aduocatorum.j.eo.& in l.prouidendum.versi.si quis verò,quo casu requiritur b expressa prohibitio, & tunc prohibetur in alio loco postulare.Aut fuit prohibitus ,propter aliquod crimen quod irrogat infamiā, & fuit condemnatus ad pœnam delicti,ex positus ad confinia , vel punitus in pœna pecuniaria,vel corporali.quo casu est infamis:etiam si iudex expresè non dicat, vt in l.nō potest.ff.de fur.Et sic potest prohiberi expresè,si iudex dicat:& etiam tacitè,si iudex non dicat.& hoc operatur infamia quæ ipsum comitatur:sicut lepra leprosum.ad quemcunq; locū iret.vt no.in l.ex ea.ff.eo.& tunc glo. distinguit. Aut Pœna delicti erat perpetua,aut temporalis:si erat temporalis,aut fuit acta vel minuta causa cognita,& tunc censetur cum infamia dispensatum.& sic non prohibetur in alio loco.per l. quid ergo. §. pœna grauior.ff.de infa.l.& si fueritor.j.eodem tit.& l.si Possidium. Aut non fuit acta:vel diminuta:vel si fuit, non tamen causa cognita:& tunc durat infamia:& prohibetur in alio loco. non eo quòd iudex qui ipsum condemnauit.potuerit corrigere effectum sententiæ ad alium locum.arg.in l.cùm vnus §.is qui. ff.de bon.auto.iudi.pos.sed ex dispositiōe iuris communis quæ repellit infamem à postulando.de qua infamia in quocunq; loco poterit opponi.vt in dicta l.ex ea.

¶Verbū ppetuò. ad de Raph.Ful.cō.clvij.inci.In cā benedicti polastri.Ale. ī imo.ī cō.lx. inci. omisso multiloquio ī j.volu.

¶Quousq; officiū et⁹.Quid de statutis eorū,an sint ppetua vid̄ per Doc.in c. fi. de offi.lega.Doc.ī c. j de of.le.Car.ī c. cū oēs.de cōsti.ī pe.col. Archi.in §.j. iij. dist.

LEX. II.

1 Nec cæterorum. †Liberti possunt esse aduocati,si sunt literati.sicut inge nui.hoc dicit.

2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ fuit inuenta contra confessionem & promissionē, quæ fiunt sub spe futuræ numerationis,uel alterius causæ de futuro,quæ postea non est secuta,& competit etiam condictio sine causa.& nu.4.*
3 *Ille qui patitur contra se labi tempus præscriptionis,censetur consentire quod debitor sit liberatus,& tollitur ciuilis obligatio.*
4 *Exceptio non numeratæ pecuniæ est temporalis:& durat biennio.*
5 *Confessio facta sub spe causæ secuturæ,quæ non est secuta : & lapsum sit biennium, an præiudicet confitenti?*

LEX. III.

1 Si sub specie. †Si sub specie patrocinij præstandi sibi promiserit quis aliquam quantitatem tanquam sibi mutuatam, cum nō esset,& patrocinium non præstetur, cuius est exceptio non numeratæ pecuniæ.& etiam condicere potest liberationem infra tempora debita hoc dicit.Et reputat Barto.istam.l. valde difficilem.sed mihi non sic videtur.rectè intelligendo.sed

2 potest summari generalius hoc modo.† Confessio de recepto. & etiam promisio facta contemplatione alicuius causæ secutæ licet non spe futuræ numerationis,si illa causa non sequatur,potest infringi per exceptionem non nume.pecu.etiam per condictionem sine causa,sicut si facta fuisset spe futuræ numerationis quæ non fuit secuta.& hoc si infra tempora debita.ideſt biennium constat hoc dicit.Præmitte q̄ exceptio non nu.pe. vel in factū.de quibus loquitur tit.de non nu.pec.locū sibi vendicant. & ad hoc fuerunt inuentæ quādo quis cōfitetur se recepisse spe futuræ numerationis:cū tamen non receperit, & promisit restituere:nec postea secuta est numeratio.quo casu si sola confessio interuenit,locū habet exceptio nō nume.pec.si verò interuenit etiam promissio,locū habet exceptio in factū.vt j.de nō nume. pecu.l.cū vltra.Sed quid si fuit facta non spe futuræ numeratio nis:sed alterius causæ secuturæ,quæ tamen nō est secuta?licet in hoc tex.non dicatur,sed debet suppleri:vt si requiro aduocatū ,p patrocinio,& cū nō habeam pecuniam in promptu,ipse vult q̄ confitear recepisse ab eo.x.tanquā mutuata.& quod promittam per stipulationē sibi:restituere ad suum beneplacitū:postea non præstat mihi patrocinium:quia fortè concordaui cū parte.ipse autem petit à me istā pecuniam tanquam mutuatā.& producit instrumentū cōfessionis.ego autē excipio quòd nullam pecuniā vnquā mihi mutuauit:ipse hoc fatetur:sed dicit qđ ego promisi,& fui confessus sub spe vt mihi patrociniū præstaret:ideo nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Aduocatus qui paciscitur. Adde glo. in l. sumptus. ff. de pac. Bar. in l. j. §. si cui. ff. de var. & extraord. cog. Spec. in tit. de sa. ti. §. sequitur. ver. personæ. & ibi Ioan. Andræ.

possum obijcere exceptionē non nu. pecu. vel in factum, quæ nō fuerūt inuentæ nisi. 5 vt s. dixi. certè hic dicit q̄ imò possum ga licet emanauerint sub spe futuri patrocinij: ex quo tñ non est præstitū, ratio suadet qđ possim illas exceptiones obijcere sicut sub spe futuræ numerationis, quę nō esset secuta. dummodo tēpora nō transiuerint. s. bien nīj: sed possum eā iam condicere liberationē. Sed si tēpus transierit innuit, text. q̄ nō possum obijcere. & istud est verum quantū ad hoc vt transferatur onus probandi in aduersarium quod mihi numerauit: quia transacto biennio præsumitur pro confessione mea quòd mihi numerauit, nisi probem cōtrarium. & iste est 3 verus intellectus. †In tex. ibi. [consensum ac fidem accommoda sti.] Not. secūm Doc. quod ille qui patiē cōtra se labi tēpus p̄scriptionis, censetur consentire qđ debitor sit liberatus & sic videt 1 q̄ per præscriptionem tollatur naturalis obligatio de ciuili autē non est dubium cū præscriptio sit de iure ciuili. Cōtrarium tñ vi detur no. in l. fi. ff. rem rat. hab. q̄ tollitur ciuilis tantū, & non naturalis. nam iste cōsensus est informis, & nō ordinatus ad tollen 4 dam obligationem. †Not. etiam hic q̄ exceptio non nu. pec. est temporalis: & durat biennio tantū. Sed contrà: quia quę temporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiēdum. vt l. purè. in fin. ff. de do. exce. Solu. ibi in exceptione doli propriè sumpta, quæ tendit ad elidendū exceptionem agentis perpetuò sed exceptio non nume. pec. non tendit directò ad elidendum: sed ad transferendum onus probandi in aduersarium et ad faciendum q̄ confessio non noceat confitenti, vt ex ea possit se aduersarius fundare. Si enim confiteor me recepisse pecuniam mutuo: talis confessio deberet regulariter probare contra me, absq; alia probatione, si facta est te præsente, vel te absente, interueniente nuntio vel epistola. vt in l. Publia. §. fi. ff. depos. & tñ statuit contrarium in tit. de non nu. pecu. quia frequenter fiunt confessiones spe futuræ numerationis. & numeratio non sequitur: ideo quo; q̄ lapsum sit biennium, creditor ex illa confessione non potest se fundare: sed habet necesse alio modo probare numerationem: lapso verò biennio secus nisi confitens p̄bet contrariū qđ facere potest: quia confessio nō immutat veritatem. vt l. cū falsa. ff. de iur. & fac. igno. Et eodem modo respondeo ad aliud de quo potest obijci contra fi. huius l. nam regulariter conditiones cùm sint actiones personales, sunt perpetuæ saltem vsq; ad xxx. annos. vt in l. ij. j. de constitu. pecu. & tamen conditio est temporalis vsq; ad biennium, & non vltra: ille qui confessus est se recepisse mutuo: & promisit restituere, pōt condicere confessionem infra biennium, & non vltra. si fundat se in numeratione non facta. vt hic patet iuncto fi. qui habet limitari per istum text. In gl. mag. ibi. [& hoc in id &c.] vt intelligas hanc glo. quæ loquitur inuolutè & sibijpsi videtur cōtrariari: quia hic vnū dicit in prin. & aliud in fi. Forma igitur oppositionē sic. nam videtur qđ non habeat locum exceptio non nu. pec. quia quādo quis confitetur se recepisse mutuo non spe futuræ numerationis, sed ob aliam causam de præterito verā, vel de futuro, q̄ postea est secuta, non habet locum dicta exceptio. vt l. si ex pretio. j. si cer. pet. Sed hic fuit huiusmodi: ga sub spe patrocinij præstandi. si ergo illud est præstitum, debet cessare dicta exceptio. Glo. timore huius contrarij dicit q̄ ista l. non debet intelligi quando fuit confessus. & promisit maiorem quantitatē quā illi deberetur pro patrocinio. vt si debebantur decem: & promisit xx. tunc in x. quæ debentur non habet locū exceptio: sed in residuo locū habet. Ista est diuisio ad istū tex. q̄ loquit̄ de toto eo quod promissum est. Ideo dic quod ista opi. haberet locū si patrocinium fuisset præstitum. & tunc procederet solu. gl. Sed hic debet intelligi qñ non est præstitum: ga partes fortè venerunt ad concordiā. & sic in tota summa obstat exceptio: dubium autem erat hoc quod suprà dixi. ga exceptio non nume. pecu. fuit inuenta contra confessionem & promissionē, quæ fiunt sub spe futuræ numerationis. Certè ista l. hoc inducit de nouo. vt habeat locū etiam quando sub spe alterius causæ de futuro: quæ postea nō est secuta. Et hoc tene menti. Si autem de præterito, vt si tenebar tibi in centū ex vna causa. & confiteor illa habere penes me ex causa mutui: tunc non habet locum dicta exceptio & si eam oppono, tu potes eam excludere proponendo & probando debitū præcedens. vt in l. singularia. cū ibi not. si cer. pet. & eo. tit. j. l. si ex pretio. Ex hoc apparet solu. quæstionis formatæ per gl.† Quid iuris si lapsum est biennium? nā glo. refert tres opi. Tu dic breuiter. Aut patrocinīū nō est secutū. & tunc confessio nocet confitenti in tota quantitate: nisi probet simulationē, q̄ fuit facta confessio sub spe futuri patrocinij, quod secutū nō est: non spe futuræ numerationis: quia tunc haberet necesse probare numerationē non fuisse secutam. quod esset difficile. Sed hoc non esset difficile probare per testes qui interfuerunt conuentioni: sed si patrocinīū fuit secutū: tunc vsq; ad quantitatem debitam pro patrocinio: etiam si nō esset lapsum biennīū, non haberet locū exceptio: propter præcedentem oppositionem, multominus post. sed in eo quod excedit, lapso biennio præiudicaret confessio: nisi probaretur simulatio vt dixi: & ita reducitur ad concordiam finis glo. cum principio.

LEX IIII.

VElamento. †Not. in hanc l. q̄ licet iudex non audierit aduocatū alterius partis: 1
quia erat absens, & noluit ipsum expectare, licet pars instabat vt expectaretur, vel erat præsens, & non fuit visum iudici necessariū audire aduocatos: vel etiam audiuit aduocatum vnius partis, & non alterius, non propterea sententia lata contra aliū est nulla. Fallit in causa fiscali. vt j. de sentē. aduer. fis. la. j. lib. xij. Et idem videtur in causa ecclesię: quę est eodē modo priuilegiata. vt ibi not. Ex hoc etiam patet quod non est danda dilatio pro aduocato habendo. Quod est verū post litem cœptam. sed ante sic. ff. ex quib. cau. ma. l. ait prætor. §. j. & etiā post datur ex causa. vt si sit mortuus iste qui habebat, vel se absentauit. vt eo. ti. l. sed & si per prætorem. §. pe. & in l. necnon. eo. ti. secundum Cy. licet si non detur, non sit sententia nulla: vt hic. De hoc vide in capitu. j. vt lit. non contest. in gl. ij. & per Imol.

2 ☞ *Fama & honor debet præferri omni lucro.*
3 *Aduocatus an possit pacisci cum clientulo, de certa quantitate solita & moderata, siue perdat, siue uincat?*

LEX V.

1 SI qui aduocatorum, †Aduocatus qui
1a paciscitur[a] cū clien
tulo de quota litis, repellet̄ur ab officio aduocationis. h. d. Patitur etiam aliam pœnā. deq ua in l. si remunerā
di. §. fi. ff. manda. & idem in procura. vt ibi patet. & in l. litem. j. de
2 procura. †In tex. ibi. [existimationi:] idest famæ & honori suo. & sic no. famam & honorem præferendū omni lucro. facit l. Iul. ff. si quis omis. cau. test. & l. miles. §. socer. in fin. de adulte. secundum Cy. In tex. ibi. [certæ partis.] dic: scilicet quotę vt dimidię, tertiæ, vel quartæ. Certè etiā si non sub nomine quotæ. vt si erat quæstio de hæreditate, & pactus est de vna re hæreditaria. cū sit eadem ratio. Secus si de alia re q̄ non erat in controuersia secundum Bal. sed salua reuerentia: ga eadē est ratio prohibitionis: qa inducitur aduocatus ad calūniandū. Dic ergo quod vbicunq; pactū confertur in euentū victoriæ: puta si vincā tibi hanc quę
stionem, volo habere tantū: si non vincā. nihil volo habere: sed volo te iuuasse gratis: semper pactū est reprobatū, ratione prædicta. quoniā vt vincat, vtetur omni calūnia et falsitate: quibus poterit. & conabitur per fas & nefas vincere. & ista fuit causa prohibitionis. & satis colligitur ex dicta l. si remunerandi. §. fi. & l. salariū. ff. man. †Tunc aūt pactum est licitū, quando non confer
3 tur totaliter in euentū litis, vt quādo paciscitur de certa quantitate solita, & moderata, siue vincat, siue perdat. nam tunc cessat ratio calumniæ. & si vltra hoc paciscereturq̄ in casu victoriæ aliquid plus consequatur. dic q̄ nō esset licitū. vt l. j. §. & si nomine. ff. de va. & ex. cog. quia postquā in omnem euentū habet certum salarium: non sic mouebitur ad calūniandum pro illo modico pluri. Quantum autem si non esset taxatū, iudicis arbitrio relinquitur. sed do. Rapha. dicit hic se intelligere istum tex. quādo post litem finitam paciscitur aliquid dare nomine palmarij. id est victoriæ. nō autem quando post litem cœptam. & dicit se postea reperisse Pet. hoc idem tenentem in dicta l. item infrà de procu. & tunc non esset dubium. vnde præcedens intellectus videtur mihi verior & rationabilior. vide quod not. in l. sumptus. ff. de pact.

3 ☞ *Excipiens de crimnibus contra personas testium, non debet prorumpere ad uerba iniuriosa ultra quam litis utilitas exposcat: aliàs tenetur actione iniuriarum, & quando uideatur utilitas litis exposcere?*

Lex

LEX VI.

QVisquis vult. Lex ista primò prohibet aduocatis quatuor. vsque ibi [apud.] Secundò permittit vsq; ibi. [quisquis.] Tertiò præcipit. & est l. moralis. & pulchrè dictata. Et dicit Bald. quòd qui eā seruaret, reputaretur & esset optimus aduocatus. †Not. in prima parte post princi. ibi. [aduocatus & iu
1 dex.] hoc potest intelligi tribus modis. primo quod ille qui fuit
a aduocatus[a] in vna causa, non possit postea in eadem esse iudex. quod intellige: scilicet delegatus: sed ordinarius sic. & no. in Spe. de iudi. dele. §. superest. vers. Item si fuit aduocatus. vt probatur in l. prætor. ff. de iur. om. iud. debet tamen causam delegare ordinarius, si ab eo petatur: cum sit suspectus propter officium aduocationis: quia videtur habere affectum ad causam in qua fuit ad uocatus. & ista est iusta causa recusandi. & sic habet iurisditionē mero iure: sed delegatus videtur quod ipso iure non habeat: vt sit aliqua differentia inter delegatum & ordinarium. Secundò potest intelligi econuerso q̄ ille qui fuit iudex in causa, non possit finito officio esse aduocatus in eadem. Cy. non tenet hoc: quia non est eadem causa suspitionis. Iudex enim non præsumit̄ habere affectionem plus ad vnam dartem quàm ad alteram. Mihi videtur, & ita vidi fieri: & est honestum quod si dedit sententiā in vna causa pro vna parte, non possit finito officio suo in causa appellationis sumere officium aduocationis pro illa parte: vel saltem non debeat: quia tunc resultat suspitio q̄ faueret illi parti: vel quòd intellexerit se cum illa: sed si non oderat sententiam, se curè. potest acceptare officium. Tertio modo potest intelligi q̄ eodem tempore quo quis est iudex non debeat tanquam aduocatus vnius ex partibus, allegare pro ipsa. Et ita faciunt cauti iudices quando vna pars ducit aduocatum, & altera non. nam dicunt illi. ducas aduocatum tuum, vt respondeat aduocato alterius partis: quia non intēdo esse iudex & aduocatus pro te. Sed præsentibus aduocatis vtriusq; partis, si alter ipsorum deficeret in respondendo, potest supplere de iure: allegando meliorem le
gem, vel rationem. vt infrà vt quæ desunt aduoc. l. vnica. Et istā
2 credo fuisse mentem huius literæ.† In tex. ibi. [prorūpant.] Not. argumentum cum quis excipit de criminibus contra personas testium, non debet prorumpere ad verba iniuriosa. vltra quam litis vtilitas exposcat aliàs tenetur ac. iniuriarum. & ita fieri vidi facit l. si verò pro condemnato. §. j. ff. qui satisda. cog. & quando videatur vtilitas litis exposcere. dic vt in l. quæ oīa. ff. de procu.

2 ☞ *Si una pars assumpsit omnes aduocatos meliores pro se: & iudex compellat aliquos ex illis dimittere illam partem, & assumere aduocatos pro altera, & si hoc recusant sine iusta causa, possunt perpetuò priuari officio aduocationis.*
3 *Statutum potest disponere quòd nullus ex litigatoribus debeat in causa sumere consiliū in scriptis, & cum sigillo, nisi ab uno doctore huius ciuitatis: seu ex his hic manentibus: aliàs perdat causam.*
4 *Qui subtrahit alteri parti suas probationes uel defensiones, subtrah endo instrumentum, uel corrumpendo testes, uel eis minādo quòd nō debeāt testificari pro altera parte: si conuincatur de hoc, debet causam perdere.*

LEX VII.

PRouidendum. Tria sunt dicta huius l. se 3
cundùm ibi. [si quis verò]
1 tertium ibi [si quis autem.] †No. ex prima parte q̄ si vna pars assumpsit pro se omnes meliores aduocatos potest iudex ad instantiam alterius compellere aliquos ex illis dimittere illam partem, & assumere aduocatos pre altera. Et ita pluries vidi fieri. licet gl. dicat q̄ istud fiebat olim qñ salariū dabatur de publico: hodie nō: cū detur a clientulis: vnde licet vnicuique facere facta sua prout melius potest. Sed contrarium patet ex fi. huius. l. quia videtur facere malitiosè, vt subtrahat alteri parti paris defensionis copiam: ideò debet puniri. vt ibi. & fa
2 cit. ff. de offi. procō. l. nec quicquam. §. obseruare. & §. fi. Item not. tex. secūdo dicto q̄ si tales aduocati quibus iudex præcipit. vt s. dixit. recusant hoc facere sine iusta causa, possunt perpetuò priuari officio aduocationis. istud nunquam vidi obseruari: esset autem iusta causa recusandi, quando sciret partem illam non fo
uere instam causam secundùm Guid. de suza. per. l. rem non no
3 uam. §. patroni. j. de iudi. †Ex tertio dicto no. pro statuto huius ciuitatis. quo cauetur q̄ nullus ex litigantibus debeat in causa sumere consilium in scriptis, & cum sigillo, nisi ab vno doctore huius ciuitatis, seu ex his hic manentibus, aliàs perdat causam; & hoc fuit statutum: quia semel fecit quidam consuli pro se ab vno doctore: & postea subscribi ab omnibus alijs vnde nō reperiebatur qui vellet alteram partem iuuare. Et ex hoc resultat præsumptio contra talem facientem quod foueat iniustam cau
b sam. Gl. tñ hic dicit q̄ non ppterea debet causam perdere.† sed Cyn. dicit contrariū in additiōibus. q̄ ille q̄ subtrahit alteri parti suas probationes vel defensiones: puta subtrahendo instrumentū, vel corrumpēdo testes, vel eis minādo q̄ non debeāt testificari pro altera parte, si conuincatur de hoc: debet causam perdere per. l. si de possessione. j. de proba. & per. l. ij. §. j. ff. de iure fisc. vbi est text. notabilis de hoc. & ibi per Bar in d. l. si de possessione. Ad q̄ facit. c. peruenit. extrà de rest. cog. & c. constitutus. in fi. & q̄ no. Inn. in. c. intimauit. de testi. & hoc fortè voluit dicere iste tex. in fi. q̄ experiretur authoritatem iudiciariam à se lesam. Tene menti: quia singulare est: licet rarò practicetur: sed vnus bonus aduocatus qui recordet̄ de his, multùm potest prodesse suo clientulo. & iterum tene menti.

a ¶Ille q̄ fuit aduocatus. Adde Inn. Ant. de but. & Doc. in c. litte fragabili. de offi. or. Ant. de bu. in c. dilecto. de testi. Phili. in c. postremò. de app. b ¶De hoc nomine p̄uaricator, qualiter ex sententia Labeōis à varia certatiōe tractū sit, & qs ppriè p̄uaricator dicatur. aduocar⁹. aūt nō nisi impropriè. vide l. j. ff. eo. titu.

De aduocatis diuersorum iudiciorum. *Rubrica.*

1 ☞ *Aduocatus qui colludit cum aduersario, uel patitur ipsum uincere, dicitur præuaricator impropriè, & quis dicatur prævaricator? & quod sit crimen publicum.*
5 *Quid in procuratore?*
4 *Detecto crimine procuratoris uel aduocati, & ipse condemnatur criminaliter, sententia retractatur: & causa de nouo agitatur: & si lata est sententia, an sit nulla ipso iure? & nume. 5.*
5 *Sententia lata contra absentem, interueniente dolo partis, & falsis allegationibus, est nulla.*
6 *Sententia contra aduocatum qui prævaricatus est, an faciat fidem in causa ciuili contra alteram partem, ut per hoc rescindatur sententia, absque eo quòd probetur iterum prævaricatio?*

LEX. I.

1 SI patronum. †Ex prævaricatione aduocati punit̄ aduocatus: sentē
tia rescinditur, & causa restauratur. h. d. secun dū Jac. bu. & est difficilis ista. l. in sui materia. & quo tidiana. & Cy. hic multa dicit: vel sic secundùm Barto. prævaricatio aduocati probata facit eum puniri, & sententiam rescindi: sed non probata facit vt puniatur accusator, & sententia firma permaneat. hoc dicit.† Not. qđ aduocatus qui colludit cum aduersario, vel patitur ipsum vin
b cere, dicitur prævaricator.† quod est verum impropriè. nam propriè loquendo non dicitur prævaricator nisi ille qui accusat aliquem de publico crimine. & postea patitur ipsum absolui, fortè corruptus ab eo. & sic prodit rempublicam: cuius interest delicta puniri: & tunc tale crimen est publicum: sed hic prodit personam priuatam. ideò impropriè dicitur. & crimen est priuatū. & hæc habentur in l. j. ff. de priua. deli.† Sed quid in procuratore 3
glo. j. de procu. super rubrica. videtur sentire quod non committat crimen prævaricationis. cum dicit quod aduocatus accusatat crimen prævaricationis. cum dicit quod aduocatus accusatur de dicto crimine: sed contra procuratorem agitur de dolo, si collusit cum aduersario. Certè non video differentiam: vnde puto quod ita impropriè dicatur prævaricari procurator, sicut aduocatus: & posit de hoc crimine puniri, & pœna est extraor. vt in l. j. ff. de præua. Quinimò maius est periculum in procuratore. in cuius persona substantiatur iudicium. & maius damnum facere potest: cum teneat omnes terminos litis. non sicut aduo
4 catus.† Item nor. quod detecto crimine procuratoris vel aduocati: & ipse condemnatur criminaliter, sententia retractatur. & causa de nouo agitatur. Sed est dubium an ipso iure sit nulla. qđ innuit iste tex. prima facie. an sit rescindenda per restī. in integ. quod videtur per. l. minor autem magistratus. §. j. ff. de mino. de qua glo. oppo. Fuerunt diuersæ opi. quas glo. recitat & finaliter distinguit: an interuenerit corruptio per pecuniam: & est ipso iure nulla. vt l. venales. j. quando prouo. non est ne. An per gratiā: & tunc non est necessaria restitutio. vt l. seruo inuito. §. cum prætor. ff. ad trebel. Petr. dicit quod ista distinctio bene reperitur in iudice corrupto: in quo substātiatur iudicium. cum tres personæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 ¶ Præsentia. In teste qñ pñtia includat̃ fit intelligẽtiam. vide per Abb. in c. puenit. de testi. cogẽ. per Alex. de Imol. in consil. v. col. iiij. ver. vr̃ igitur in consil. lxxij. col. j. & cõsil. lxxiij. col. ij. circa med. in j. volu. & in consil. cxxxij. col. ij. ver. ſimõ quar tus. in ij. volu. Et adde q̃ pro eo quod dicit hic Pau. de Cast. ad excusandũ notarium de falso. facit quod dicit Card. in suo cõsi. ccxxxij. col. ij. in pria. vbi existẽs in loco præsumitur scire, et intelligere ea quæ gerũtur in loco. facit etiam id q̃d dicitur, quod quælibet causa etiam bestialis, excusat à dolo. l. igitur. ſ. pe. ff. de lib. cau. no. gl. in l. j. in fi. ff. de abige. et in l. placiũ. la. ĩ. C. ad l. faui. de plagiũ. Cur.

sint necessariæ ad substantiam iudiciũ: scilicet iudicis, actoris, & rei. vt in c. forus. de verbo. sig. Sed in persona aduocati nõ substantiatur iudiciũ. cũ possit esse sine aduo. vt ſ. ti. j. l. velamento. & ideo tenet indistinctè necessariã fore restitutionẽ: etiã ſi interuenerit corruptio per pecuniã: quod etiam tenet hic Bar. & Iac. de are. dicit quod ſi interuenit pecunia: tunc pars aduersa perdit causam. vt j. de pœ. iu. q. ma. indi. p totũ & l. ij. de cõdi. ob tur. cau. & sic sententia pro se lata erit nulla. prout dicit gl. tamẽ tunc non habet locũ iste tex. dũ dicit q̃ de principali causa denuò quæretur. & sic innuit q̃ debeat videri quis fouet iustã causam. Et pro isto debeat alia sententia ferri, sed in casu p̃dicto hoc non fiet. imò ſi altera pars erat rea. habebitur pro conficta: etiã ſi fouebit iustam causam & condẽnabitur ſi erat actrix reus absoluetur. ſi verò nõ interuenit pecunia: tunc est necessaria restitutio. sed Cy. dicit quod ſi interuenit dolus alterius partis: licet sine pecunia, & collusio cum aduocato, non est necessaria restitutio imò est ipso iure nulla. & ita intelligit: hanc l. ſi verò non interuenit dolus, vel collusio alterius partis. sed duntaxat malitia aduocati: tunc erit necessaria restitutio. & ita intelligit leges in contrarium allegatas. Sed certè quando non interuenit dolus, vel collusio aduersarij, videtur quòd restitutio non sit concedenda: quia non debet sibi nocere malitia aduocati alterius partis. Sed imputet sibi qui talem aduocatum pro se habuit. vnde debeat agere contra ipsum de dolo ad interesse. vt in l. ſi dolo. ff. de dolo. & ſi non est soluendo: tunc poterit agere de dolo contra partem aduersam, vel in factum: ne ex dolo aduocati mei lucretur cum dãno meo. vt in l. & eleganter. ſ. pe. eo. ti. iuncta l. fi. in prin. ff. de eo per quẽ fac. erit. niſi aduersarius meus sit paratus subire iudiciũ de nouo. non obſt. ſnia pro se lata, ac ſi lata non esset. vt d. ſ. pe. dũtamen notaꝫ de malitia aduocati per priꝰ: ſi tñ aduocatus fuisset vſus aliqua falsitate, propter quam esset lata ſnia: tũc esset danda restitutio. & hoc casu intelligunt̃. ll. cõtrariæ. Ex quibus potes distinguere per teipsum. Dicit etiã Cy. hic q̃d ita demũ sententia rescindit̃, ſi interuenit præuaricatio aduocati: ſi probatur q̃d propter illã lata fuit aliàs quia fieri potuit, etiã ſi præuaricatio non interuenisset, non sufficeret parti allegare & p̃bare præuaricationẽ, sicut in ſimili qñ in causa fuerunt p̃ducti falſi testes, vel inſtrã: quia niſi probetur q̃ iudex fuerit motus ex illis, non propterea sententia rescindit̃. vt l. iij. j. ſi ex fal. inſtru. † Itẽ dicit Bart. q̃d ſi lata est ſnia contra absentẽ interueniente dolo partis, & falſis allegationibus, ſine dubio esset nulla. vt in l. ſi prætor. ſ. Marcellus. ff. de iudi. aut igitur interuenit dolus partis, & corruptio per pecuniam, & tũc sententia est nulla: & causa de nouo agitaꝫ: & ferẽ alia ſnia cõtra aduersariũ secundũ Iac. de are. Aut interuenit dolus partis, non corruptio per pecuniã: & tunc aut est lata cõtra absentẽ, & ſnia est nulla: & cã de nouo agitatur & fertur pro illo qui rep eritur fouere iustitiã, & ita potest procedere iste tex. Aut fuit lata contra presentem. & tunc adhuc Cy. tenet eam non valere ipso iure sed Pet. & Bar. contradicentes dicunt q̃ est necessaria restitutio. Aut non interuenit dolus alterius partis: sed aduocati duntaxat & tunc nec est nulla ſnia, nec rescindit̃ per restitutionẽ in integrum, niſi aliqua falsitas fuerit admiſſa: sed agitur contra aduocatũ de dolo ad interesse: ſi tñ nõ est soluẽdo, in subſidium recurritur contra partẽ quæ obtinuit: ne lucretur in dãnum alterius ex dolo aduocati: & tũc ſerua q̃d ſ. dixi. Et posset etiã restitutio pœnę peti. Ex iſtis apparet quod in casu huius l. ſi interueniſſet dolus aduersarij, iſte ordo de quo hic, vt primò accuſeꝫ aduocatus. non est necessarius ſecundũ Bal. sed potest incipere à causa ciuili, & petendo iterum pronuntiari, & deducere præuaricatio nẽ aduocati per modum incidentis. facit q̃d no. glo. in l. fi. j. de fi. inſtru. q̃ vult q̃ nõ sit necesse per prius accuſare de crimine falſi criminaliter. vt in l. damus. j. de fal. sed põt incipere à ciuili. nec dolus habet beneficium ordinis ſecundũ Bal. † Sed an ſententia contra aduocatũ qui præuaricatus est, facit fidem in causa ciuili contra alteram partem: vt per hoc reſcindatur ſententia, absq; eo q̃ probetur iterum priuatio dic quòd ſic. ſi in illo iudicio criminali præuarica. pars p̃ qua fuit lata ſnia fuit citata pro suo interesse. & hoc tenuit Cyn. hic facit q̃d no. in l. in causa. la. j. ſ. interdum. ff. de minori. & j. ſi propter pub. pen. l. ſi deſerta. vel sciuerit causam illam agitari, & non cõparuerit pro suo interesse. vt l. pe. ſ. sed scientibus. ff. de re iudi. aliàs secus. vt in c. inter quatuor. de maio. & obe. & ff. de adult. l. denuntiaſſe. ſ. fin. vbi ſententia lata contra vnum ex delinquentibus, nõ nocet alteri. quod intellige vt ſ. dixi. aliquando tñ secus. qñ ex tali ſententia quæ facit ius. vt ſuprà ſtatu. vt l. ingenuũ. de ſta. ho. vel ſuper querela inofficl. Papi. ſ. fi. ff. de inofficl. teſt. tunc enim ſententia lata contra illum ad quem causa pertinet, nocet aliꝭ etiam ignorantibus, & non citatis. Et circa hoc vide quod no. post Dy. Barto. in l. cum filius. de verb. ob. Rogo vos caueatis ab iſtis præuaricationibus, ne eueniat vobis quod euenit in persona Oldradi. q̃ postea dolore triſtitiaq; mortem obiit.

De errore aduocatorum. *Rubrica.*

2 ☞ *Si aduocatus facit unam interrogationem aduerſario: & ille reſpondeat pro ſuo clientulo præſente, prodest illi.*
3 *Si aduocatus parte ſua præſente, reſpondet libello, confitendo uel negando, fit litis conteſtatio: nec ipſe aduocatus efficitur dominus litis, & quid in procuratore?*
4 *An poſit dici præſentia ſine intelligẽtia: & an notarius cauſæ antequam ſcribat debeat interrogare partem: an intellexerit dicta per aduocatum ſuum?*

LEX I.

1 LEA que. † Dicta per aduocatũ præſente ſuo clientulo & tacẽte cẽſetur dicta per clientulũ. h. d. ſ. quantũ ad duos effectus. ſ. vt illi noceãt ſi ſunt nociua. vt in gl. niſi fuerint infra triduum per clientulum reuocata. vt j. eo. l. fi. quæ limitat iſtã: q̃d qualiter intelligaꝫ dicã tibi. † Itẽ quantũ ad hoc vt illi proficiãt ſi ſunt ꝓficua. Vñ ſi aduocatus facit vnã interrogationẽ aduerſario, & ille rñdeat p̃ ſuo clientulo, p̃derit illi ſecundũ Doc. nõ ſic ſi fuiſſet facta à quodã extraneo. & hoc not. quia factum aduocati: licet in eo nõ ſubſtantietur lis, prodeſt clientulo: ſi
3 cut factũ procuratoris, quod non est penitus extraneo. † In tex. ibi. [ab ipſis dominis litium &c.] no. q̃ p̃ iſtũ tex. dicit Bal. q̃d ſi aduocatus parte ſua preſente rñdet libello, cõfitendo vel negando, fit lit. conte. ſicut ſi ipſa pars reſpõderet: vel eius procurator. nec efficitur ipſe aduocatus dñs litis: ſed ipſe principalis, acſi ab ipſo fuiſſet facta rñſio. vt hic colligit̃. quoniã appellat iſtũ principalẽ dñm litis. nõ ſic in procuratore reſpondente libello parte ſua preſente. qñ ipſe efficeretur dñs litis, vel inſtantiæ: cum in ipſo ſubſtantietur iudicium. poſito etiam q̃ pars fuerit præſens: nã non cenſeꝫ reſponſio partis: ſed ſua. ar. ff. de verb. ob. l. ſi procuratori præſentis. vbi ſi p̃curator ſtipulatur præſente parte ſua procuratorio noĩe illius, acquiriꝫ ſibi directa, & dño vtilis. & ſic non poterit reuocari ipſo inuito vel aduerſario: niſi ex iuſta cauſa. vt l. poſt litem. de procu. Tene menti quia multũ aperit intel
4 lectum huius l. † In gl. j. ibi. [& intelligentibus.] dic hoc non expediebat dicere ſecũdũ Bar. poſtquã text. dicit [p̃ſentibus &c.] quia nõ dicit̃ præſens qui nõ intelligit l. ſi quis litigatorum. ſ. coram. ff. de arbi. dicit Bal. per hoc q̃ notarius cauſę qñ aduocatus loquit̃ literaliter parte ſua præſente debet esſe cautus q̃ nõ ſcribat parte præſente: niſi priꝰ interroget partem: an intellexerit aduocatũ ſuũ. & ſi dicat q̃ nõ. vulgarizet ſibi dicta per aduocatum: aliàs poſſet accuſari de falſo, dicẽdo parte præſente, vt non intellexit: ſed certè puto ipſum excuſandũ per l. ſi dictũ. ſ. ſi præſente. ff. de euic. qui tex. vtitur verbis quibus gl. hic. Et ſic innuit
a q̃ poſsit dici præſentia ª ſine intelligẽtia. nõ tñ est perfecta: quia corporalis, nõ mẽtalis: & ſic non ex toto dixit notarius falſum, cenſeꝫ potius dixiſſe per errorẽ quàm ex malitia. vt j. de his qui ſibi aſcri. in te. l. ſi. nec ex toto est falſum quod primordio veritate iuuatur. vt in l. cũ filius. ſ. hęres meus. ff. de leg. ij. & vide ſuper iſta gl. quod no. Bar. in l. j. in fi. ff. de autho. tuto. & aliam gl. quæ est j. ſi maior factus alie. fac. l. fi. in gl. mag. poſt prin. ibi cũ dicit: aliàs perinde habetur ac ſi non eſſet præſens. Est ergo præſens re vera: licet fingatur non esſe per illam glo. ergo notarius excuſatur. quia habuit reſpectum ad veritatem; quod nota perpetuò.

Syndici

2 ☞ *Syndici comitatus qui tenentur denuntiare maleficia infra tantum tempus, ſi faciunt ſibi ſcribi denũtiationem, quam poſtea portant ad iudicem, & in ea continetur error in nomine malefactoris, qualiter excuſentur, niſi potuerint legere & intelligere, & aſcribatur error ſcribenti.*
3 *Si quis porrigit aliquam ſcripturam in iudicio, in qua continetur aliquid contra ſe, illud ſibi nocet: niſi probet illud per errorem fuiſſe factũ. & qualiter probetur error?*
4 *Si in libello ſupplicatorio narrem principi me fuiſſe tibi condemnatum in centum, tamen hoc non eſſet uerum: & petij mihi iudicem concedi, qui me reſtituat in integrũ an hoc mihi præiudicet?*
Quid ſi dixi me condemnatum pro maleficio, & petij mihi remitti partem pœnæ: cùm nunquam fui condemnatus, uel ſi fui, non in tanta quantitate?
5 *Si aliquis reſpondendo poſitioni dicat quod credit: prout continetur in tali inſtrumento, & in illo inſtrumento: eo inſpecto, non continetur illud quod continet poſitio. ſed alio modo, talis poſitio non dicitur confeſſata.*
6 *Pluralitas non præſumitur.*

LEX. II.

1 ERrores. † Error ſcribentis libellum ſupplicatorium vel conuentionale nõ nocet par
2 ti eo probato. h. d. † No. primò ſecundùm Iaco. but. ad exculationem ſyndicorum comitatus, qui tenẽtur de nuntiare maleficia infra tantum tempus, aliàs puniuntur, & debent denuntiari ſecundùm veritatem, & cum plurimũ ſint rudes & illiterati vadunt ad notarium, & faciunt ſibi ſcribi denũtiationem, quam poſtea portãt ad iudicem: nã ſi in ea cõtineꝫ error puta. in nomine malefactoris, hoc non debet nocere ſyndico quaſi hoc factum fuerit errore ſcribentis: non ex: malitia ipſius ſyndici. & tene menti: quia poſtquam ſcriptura eſt aliena. non ſua, licet per ipſum porrigatur: potius præſumitur error ſcribentis, quam ipſius porrigentis. quod perpetuò tene menti. Quod puto verum. niſi talis ſit qui potuit libellum legere, & intellige. nam tunc præſumitur quod viderit & legerit. arg. in l. nõ est ferendus. ff. de tranſ. & ſic error aſcribitur ſibi: nõ aũt ſcribẽti. † Itẽ
3 no. hic limitationem ad id q̃ habeꝫ in l. cum præcũ. j. de lib. cau. per gl. q̃ ille qui porrigit aliquam ſcripturã in iudicio, in qua cõtinetur aliquid contra ſe, quod illud ſibi nocet: ſiue ſit actor ſiue reus. nam hoc est verum. niſi probet illud per errorem fuiſſe factum: vt in hac l. In dubio autem non intelligitur factum per errorem, vt ibi. & ita intelligit̃ gl. q̃ est in l. rura. de oĩ agro de ſer. li. xj. probatur aũt error probando rẽ aliter ſe habere. q̃ dic. vt in l. ſi poſt diuiſionem. ſ. de iur. & fac. igno. per Bar. & plenius p
4 eundẽ. in l. nõ fatetur. ff. de confeſ. † Itẽ not. ſecũdũ Bal. q̃ ſi in libello ſupplicatorio narrem principi me fuiſſe tibi condẽnatũ in centũ cũ tñ hoc non eſſet verũ: & petij mihi iudicẽ concedi, qui me reſtituat in iure. vel dixi me condẽnatũ pro maleficio: et petij mihi remitti partẽ pœnæ: cũ tñ nũquã fuerim cõdẽnatus, vel ſi fui, nõ in tãta quantitate: q̃ hoc mihi non nocet: probata veritate in contrariũ. ad hoc vide bo. tex. cũ gl. in l. ij. ſ. finali. ff. de iure fiſ. & in l. forma. ſ. j. ff. de cẽſi. & ibi gl. diſtinguit. aut dicit per errorẽ iuris: & tunc non nocet mihi ſi ſum talis q̃d excuſer à iuris ignorantia. vt ruſticus miles, minor. aut mulier. vt l. cũ de indebito. ff. de proba. aliàs nocebit. Aut per errorẽ facti. & tunc indiſtinctè non nocet. & hoc qñ extra iudiciũ: ſed in iudicio videtur diſtinguendũ: an lis ſit conteſtata, vel non. vt no. gl. in l. qui familiæ. ff. fami. erc. & per Bar. in l. ex hac ſcriptura. in fi. ff. de dona. In gl. fi. ibi. [eoipſo quod non probatur. contra. dic q̃ est contra.] dic q̃d est cõtra iſtũ tex. qui dicit [manifeſtè probare] ſecũdũ Bar. Certè iſta ſol. põt. ſaluari. ſi iſta negatiua non erat fortè coarctata loco & tẽpore: quia ſimpliciter dicebaꝫ q̃ erã condẽnatus in. l. & 2
nõ dicebaꝫ per quẽ iudicẽ, & quo tpe: & est impoſsibile probare contrariũ. & ideo ſufficit me negare nũquã fuiſſe cõdẽnatũ, poſt quã ſcriptura non fuit facta per me: ſed per aliũ, nec per me intellecta: niſi pars aduerſa probet contrariũ. ſed ſi fuiſſet per me facta, aut intellecta, tunc noceret mihi: quia in præſump. iuris. quę 3
est q̃ non præſumitur aliquid factum niſi probetur. vt not. in l. quecunq;. de publiciana. fuit receſſum per meã confeſsionem ſecundũ Bal. quæ intelligo cũ prædicta ũiſtinctione. Si verò negatiua erat coarctata loco vel tẽpore: quia dicebaꝫ q̃ fuerã cõdẽnatus per talẽ poteſtatẽ qui fuit hic tali tpe, tunc procedit ſequẽs ſol. quia poſſunt inſpici illi libri cõdẽnationũ in camera factarũ à dicto poteſtate. & ſi ibi non reperitur dicta cõdemnatio, vel reperitur aliter facta quam dicatur probaꝫ negatiua de directo: ga per inſpectionem ſcripturæ. probaꝫ negatiua ſcripturæ. vt l. fi. j.
5 de re. cre. & l. Titiæ textores ff. de le. j. & ibi q. Bar. † Ex. h. d. Bal. q̃ ſi aliquis rñdẽdo poſitioni. dicit q̃ credit prout continetur in tali inſtrumento, & illo inſtrumento inſpecto non continetur illud q̃d continet poſitio: ſed alio modo: talis poſitio nõ dicitur confeſſata. Tene mẽti facit l. edita in fi. ſ. de eden. cũ ibi not. Vltimò op. Bar. ſecundũ Iac. but. hoc modo. ſi in libello dicebatur q̃ eram condemnatus in quinquaginta, & ego produco condemnationẽ, in qua non erãt condẽnatus niſi in xx. videtur per hoc non probare contrariũ nam licet iſta condemnatio non contineat niſi xx. potuit tamen esſe alia, quæ continebat quinquaginta & de illa intelligatur confeſsio contenta in libello. dicit Bar. q̃d b
ſi hoc dicatur per alterã partem: ego debeo esſe cautus quod faciam vnam poſitionẽ qualiter non fui condemnatus niſi ſemel. & faciam ſibi reſponderi per partem aduerſam. Certè ſi altera pars reſpondebit nõ credit: quia fortè non est certa iſtud con ſilium nihil mihi proderit. vnde non probabitur negatiua. vnde dicit Iac. butri. & Bal. quod niſi producatur alia ſententia per te tenens quinquaginta non præſumitur fuiſ
6 ſe lata alia ſentẽtia quã illa quã ego p̃duco: † qa pluralitas nõ p̃
a ſumiꝫ. iuxta no. in l. qui iuraſſe. ſ. ſi pater. & l. eũ qui ſ. in populi ribus. ff. de iureiuran. Et hoc tene menti: quia est ſing. ad quod facit quod not. per Bar. in l. triticum. de verbo. obliga. l. ſi ſeruum. ſ. inter duos. de lega. ij. & per Bald. in l. fina. infra. de re. cred.

No. cautel.

a ¶ Pluralitas. Qñ pluralitas præſumaꝫ. vi de aliqd p Bal. in l. neque natales. col. ij. ver. circa hoc. c. de ꝓba. Bal. l. ſi duo. ſ. j. ff. de arbi. per Alex. de imo. in l. is q̃ re. ff. ꝓ pu. iud. & in l. Diuꝰ. ff. de cui. reo. & in l. ſi in rẽ. ff. de rei vẽ. in poſt. ad Bar. ꝓ Anc. de bu. in c. in pientia de ꝓba. et ꝓ Alex. in cõ. iuij. col. j. in. fi. & cxix. col. iij. in. j. vo. Cur.

2 ☞ *Illa quæ poſſunt fieri uſque ad ſententiam, poſſunt etiam fieri poſt ſi à ſententia fuit appellatum: quia pro non lata habetur: & reponitur pars in terminis in quibus erat ante ipſam latam, & tempore litis conteſta. ut nõ probatum probetur, & non allegatum allegetur. ſecus ſi ſententia tranſiuit in rem iudicatam.*
3 *Confeſſus poteſt appellare ad hoc ut ſuam confeſſionem tanquam erroneã reuocet in cauſa appellationis: ſed & conuictus per teſtes non appellat & quid in condemnato ex præſumptione iuris & de iure?*
Incontinenti dicitur fieri, quod ſit infra triduum.
Quid in pactis?

LEX. III.

1 SEntẽtijs. † Error aduocati potest reuocari vſque ad triduum: & etiam poſt vſque ad ſententiam: & ſi fuit appellatum, etiam poſt ſententiam in cauſa appellationis. hoc dicit. Sed quid poteſt dicere quod poteſt reuocari infra triduum, cum poſsit etiã poſt vſque ad ſententiam? & glo. & doc. ſe inuoluunt. & cum reuerentia eorum non intelligunt. nam ſine miniſterio hoc dicitur hic. & in c. omnis. de ſenſi. vnde dic. & iſtud videtur ſentire Albe. & etiam glo. in d. c. omnis & glo. hic videlicet quòd ſi aduocatus aliquid dicat vel confiteatur contra me, ſi infra triduum reuoco confeſsionem ſuam, hoc ſolum mihi ſufficit. vſq; eo quod probem contrarium, vt illa mihi non noceat: nec habeatur pro facta à me: etiam ſi fuit præſens & intelligens: ſed ſi non reuoco infra triduum: tunc ſi fuit præſens, habetur perinde ac ſi à me fuiſſet facta. vt l. j. ſ. eodẽ & ſic poſſum reuocare tanquam confeſsionem meam vſque ad ſententiam: ſed tunc habeo neceſſe probare contrarium per modos tactos in l. præcedenti. & iſte est verus intellectus huius. l. † Not. quod illa quę poſſunt etiam fieri 2
vſq; ad ſniam, p̃nt etiã fieri poſt, ſi à ſnia fuit appellatũ: ga p̃ non lata habeꝫ. & reponiꝫ pars in terminis in qbus erat ante ipſam latã, & tẽpore conteſtationis lit. vt non probatũ probetur, & nõ allegatum allegetur. ſecus ſi ſententia tranſiuit in rem iudicatam: & ad hoc vide bo, text. in l. creditur. ſ. iuſſus. ff. de appel. † ex quo 3
ſequitur quod confeſſus poteſt appellare, ad hoc vt ſuam confeſsionem tanquam erroneam reuocet in cauſa appellationis: ſed & conuictus per teſtes non appellat. vt infra. quo. appel. non re. l. ij. & quod not. per glo. in c. romana. de appel. libr. vj. & in ſ. ſi autem poſt. quæ incipit not. & idem vbicunque quis est condemnatus ex præſumptione iuris & de iure. vt not. Bald. ſingu. infra de adult. l. antepenul. Item not. quod incontinenti dicitur
b fieri q̃ fit j. triduũ. & ſic facit pro illis qui offerũt ſe incontinenti probaturos ſecundũ Bal. hoc tamen nõ est ſimpliciter verum. nam non dicit̃ incontinenti pactum appoſitũ, niſi opponaꝫ an

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Cõsuetudine. Qui consuetudo debet allegari et probari. Adde I. si qs reũ. j. de cu. reo. Bart. in l. oẽs populi. ad fl. ff. de iusti. & iure. Ange. & idẽ Paul. in l. cũ prolatis. ff. de re iudi. & Abb. in c. pastoralis. de fi. instr. Et adde q Frã. de Arg. in consi. xvij. col. j. in prin. allegãdo Ant. de but. i e. fl. de cõsue. dicit q vbi consuetudo est notoria iudex. de ea põt se informare. Cur.

b ¶ Pro me. Adde de hoc vt per Ludo. ro. in consil. ccccxxxij. & do. d Rot. decisio. cclxxxij. in fi. de fide instr. in nouis. Bal. in addi. Spe. in tit. de ap pel. ver. officiũ iudicis. & in tit. de instr. edi. vers. ꝓductio. & ibi Spe. ver. vlti. no. & Alexã. de Imo. in consi. cxxxvj. in secũ do vol. Cur.

tequã partes diuertãt ad aliũ pactum extra ncum. vt not. in l. bonefidei. ff. de pact. Erat autẽ hic casus: qa iudex dedit cõtra me sententiam virtute cuiusdam confessionis eroneæ factæ per aduocatum meũ me præsente, & me non reuocante: nec postea appellaui. & postea petebam illam rescindi, tanquã fundatam in errore aduocati mei. qui non debet mihi nocere: & Imperator respondet quod tunc non nocet, quando fuit reuocatus infra triduum: & tunc sufficit sola reuocatio. vel post vsq; ad sententiã secundùm glo. & tunc requiritur q probetur error. & neutrum horum factum fuit: ideo per rescriptũ non debet sniа rescindi.

Vt quæ desunt aduocatis partium iudex suppleat. Rubrica.

Statuta non sunt necessariò allegãda, & posito q, non fuerint allegata, iudex potest ferre sententiam secundum formam statutorum: consuetudo uerò est allegãda, & probanda.

Iudex an & quando possit supplere de facto, & quando uideatur supplere de facto, et quæ sunt illa quæ debeat facere ad instantiam partis. & nu. 4. & 5.

Si reperitur sententia lata pro me contra te, nec apparet ad cuius instantiam lata fuerit an ualeat?

Quando produco instrumentum, si protestor q produco in his quæ faciunt pro me tantum, & non in his quæ contra: an ista protestatio prosit, an uerò possit iudex ferre sententiam pro reo, si continetur aliquid in instrumento in eius fauorem?

LEX VNICA.

2 NOn dubitandum. †Iudex põt supplere de iure, in his in quibus aduocati partium deficiunt. ad hoc allegatur iste tex. non autem in facto. & h. d. glo. Et glo. quæ sunt in ista l. & etiam super rubrica, parum vtiliter exemplificant istam l. Tu pone exemplum hoc modo. quod aduocati partium allegauerunt coram iudice & in voce & in scriptis: tamen iudici (qui erat valens) non satisfaciũt illæ allegationes, & ipse recordatur de aliqua l. vel de aliquo dicto doct. quæ vel quod determinat quæstionem pro vna parte. & tamen aduocatus illius partis non allegauit, vel de aliquo statuto quod etiam determinat, & pro parte non fuit allegatum. Ipse ergo iudex qui dat sententiam pro illa parte, fundando se in d. l. vel statuto, altera pars in syndicatu conqueritur de iudice: dicens quod ipse habuit secundùm allegata & probata iudicare, non de capite suo. vt l. illicitas. §. veritas. de offi. præsi. ff. & q illa lex vel dictum vel statutũ non fuerant allegata per aduocatum alterius partis. Ideo nõ debuit se in illis fundare: sed in allegationibus sui aduocati, quę erant multò meliores quàm aduocati alterius partis. et iudex hoc fatetur: & tamen dedit sententiam pro altera parte, motus de capite suo, quęritur quid iuris? Certè pars non habet ius conquærendi de iudice: quia iudici hoc facere licuit in his quæ iuris sunt. etiam parte hoc non allegante. hoc dicit ista l. †Not. glo. secundũ Bald. quòd statuta non sunt necessariò alleganda. & posito quòd non fuerint allegata, iudex potest ferre sententiam secundùm formam statutorum non sic in consuetudine. a quæ est alleganda & probanda: quia de ea non sic cõstat iudici sicut de statutis. cum sint ipse statuta seruare, quę tradunt sibi. Nec obst. l. quisquis. ff. de posth. vbi non debet quis esse iudex & aduocatus, & hic videtur fuisse aduocatus pro illa parte, allegando ea q̃ non fuerunt allegata per eam, vel per eius aduocatum: quia hoc non fecit vt aduocatus: sed vt iudex. tunc autem videtur facere vt aduocatus, quãdo assumeret onus pro vna parte non habente aduocatum, allegando & respondendo aduocato alterius partis. & vide de materia huius l. in Spe. * de dispu. & alle. ad no. in §. satis clarè. & quod no. in c. j. * de postu. præla. & tene menti hæc omnia, quę quotidie practicãtur. †Restat nunc videre vtrum iudex possit supplere de facto. & dicit hæc glo. quòd non. & hoc est videndum primò quãdo videatur supplere de facto. circa quod est sciendũ quod quædã sunt quæ pertinent ad officiũ iudicis, vt reiicere libellũ ineptum. vt l. j. de offi. asse. Itẽ dare dilationẽ partibus. vt in l. à procedẽte. j. de dila. Itẽ dare interloc. vel diffi. vt j. quomodo & q̃n iudex. per totum & de senten. Item alia facere de quibus in l. j. ff. de iurisdic. om. iudi. & ista debent fieri per iudicem parte, petente vel ad partis instantiam, & quando ita facit, non videt supplere de facto. sed si hoc faceret parte non petente ex suo officio: tũc diceretur supplere de facto. An autem hoc possit facere, & in quibus casibus plenissime tractat Bar. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dã. in fec. Sed quantum ad propositum, dic quod si negotium non est adhuc reductum coram iudice, regulariter non potest à seipso deducere parte non petente. vt in d. §. hoc autem iudicium, quia in causa priuata & ad priuatam vtilitatem non habet locum inquisitio, quę expeditur iudicis officio: nisi in certis casibus. vt in causa miserabilium personarum, vt in l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de officio præsi. & in causa vsurarum. vt in c. ad audientiam. de iureiuran. & quod ibi per Inno. sed in causa publica, & ad publicã vtilitatem, bene habet locum. vt no. in l. si vacãtia. j. de bonis vacan. lib. x. Et ista esset quædam inquisitio, si iudex me non petente compelleret debitorem meum ad mihi soluendum. vnde nec tenetur. vt d. §. hoc autem iudiciũ. Postquã verò negotium est deductum coram eo per me dantem libellum. & lit. contest. an possit dare dilationem alteri parti, vel mihi ad probandum, me vel illa non petente. & similiter an possit dare sententiam. tunc aut ambæ partes sunt præsentes, & potest maximè ex iusta causa, si videt perire instãtiam, & vult causam expedire, & hoc per l. properandum. post prin. j. de iud. vbi dicitur quod partes inuito iudice non possunt instantiam protelare: sed hic non posset ista facere parte non petente illud non esset verum: quia protelaret tacendo. Si verò partes non sunt præsentes: tunc non potest se impedire ex suo officio, & idem si vna pars est absens, & proceditur contra illam. non potest aliquid facere nisi altera pars te petente, quæ est præsens. vt l. ad peremptoriũ. ff. de iudi. † Et per hoc determinatur quæstio, si reperitur lata sententia pro me contra te, nec apparet ad cuius instantiam lata fuerit, an valeat. Bald. format hic hanc quæstio. Et in multis processibus ego hoc vidi. Breuiter si est lata pro actore, sine dubio valet: quia sufficit petitio sua quam facit in libello: licet eam postea non repetierit: sed si est lata pro reo tunc si apparet exactis quòd partibus præsentibus, præsumitur lata ad instantiam rei: si hoc non apparet: tunc distinguitur an fuerit lata contra actorem absentem. & videtur non valere: si non apparet an ad instantiam rei. Tene menti: quia dubium est pulchrum. & Bal. nõ firmat pedes. Quędam verò sunt quæ pertinent ad solicitudinem partis principaliter vt ꝓducere libellum exceptionis, & replicationes facere. Item inducere testes, & producere instrumenta. & in istis diceretur: tunc iudex supplere de facto, quando nõ expectaret quòd pars faceret: sed ipse à seipso faceret: & si quæritur an possit regulariter. dic quod non: quia habet iudicare secundùm allegata & probata per partes. vt l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsi. & ideo si pars non opponit exceptionem vel replicationem eo casu quo actor habet actionem, vel reus exceptionem, non potest iudex à seipso opponere. vt not. in l. si vnus. in §. pactus. in gl. in opponendo. ff. de pact. licet constet sibi nõ tamen vt iudici competere exceptionem, nõ sic si actor caret actione ipso iure. vt not. in l. vbi pactum. ff. de transact. Fallit tamen in aliquibus casibus. quãdo aliquid est sibi notum vt iudici, puta ex productis coram eo. vt si ex tenore libelli mei, vel etiam instrumenti à me producti apparet sibi competere exceptionem, nam licet non proponas, potest pro te dare sententiam. vt not. in l. ij. §. quod si actor. in glo. quæ incipit per hoc apparet. j. de iur. cal. & ff. de transac. l. age cũ geminiano. † Et ex hoc dicit Bal. magistraliter quod licet quãdo produco instrumentum, protestando, quòd produco in his quę faciunt pro me b duntaxat, non in his quæ contra, quòd ista protestatio mihi non prodest, quominus iudex possit ferre sententiam pro reo, si aliquid in instrumento continetur in eius fauorem: quia illud constat sibi vt iudici & mea protestatio non potest ligare manus eius in his quæ põt de iure facere. & allegat glo. pro hoc in l. j. §. editiones. ff. de eden. licet in contrariũ faciat quod habetur in Spec. de instru. edi. §. nunc videndum. versicu. quid si produco. & istũ casum pluries vidi de facto, & tene menti:

ti: quia sing. est. Secundò fallit in his quæ sunt notoria facti permanentis. vt in l. ij. circa fi. ff. de pœnis. & in l. j. cum ibi no. j. qui & aduer. quos. Et ideo si ex vulnere remansit cicatrix cùm illa possit videri ad oculum, non expedit q̃ qui pro vulnere agit ad pœnam propter circatricẽ, habeat necesse illam ꝓbare: quia notoria est, & iudex potest supplere de facto, subiiciendo rem oculis. Similiter si producatur decretũ alicuius iudicis ordinarij nõ est necessarium probari q̃ ille sit iudex vel potestas: quia iurisdictio ordinaria est notoria facti permanentis. vt no. in d. l. j. qui & aduersus quos. Tertiò fallit q̃n proceditur contra absentem, & potest peuenirí ad sententiam diffinitiuam. nã põt iudex perquirere veritatem pro absente, & inducere testes. per l. ampliorẽ in princ. j. de appel. & per auth. qui semel. quomodo & q̃n iud. ibi dũ dicit iudex perquisita veritate &c. fecũdũ Bar. & Bal. hic & in d. l. ampliorem. videtur hoc limitare. q̃n esset absens ex iusta causa: puta reipublice: aliàs dicit. ipse q̃ iudex potest supplere pro absente in his quæ producta sunt corã eo vel facta, vt inspiciat an faciant ꝓ eo: sed non potest inducere nouas probationes, vel noua instrumẽta à seipso. Tene menti hanc limitationẽ. Vltimò fallit, q̃n tendit ad vtilitatem publicam. vt l. quos prohibet. ff. de postul. ideo potest iudex ex officio suo etiam parte nõ petente repellere bannitum ab agendo. si statutum prohibet bãnitum audiri: quia hoc fit propter publicam vtilitatem. vt in d. l. quos prohibet. Cætera dic vt per Bar. in d. §. hoc autẽ iudicium.

Ex quib. causis infa. irro. Rubrica.

Quæro hic q̃d differt iste titu. ab alio. quẽ habemus in tribus libris. C. de infami. Rñ. iste tractat de causis ex quibus quis efficitur infamis. Ille de effectu infamiæ: quæ repellit à dignitate. & etiam ab officijs publicis. l. ij. §. miles. & ibi no. ff. eo. & adde q̃n infamia est summa, vt in quibuldam casibus, qui habentur in l. j. §. remouet. ff. de postu. & habetur per glo. ea. l. §. ait prætor. ver. hoc edicto: aliquando non ita magna. vt ibi no.

LEX. I.

1 INfamiæ. †Missus in carcere vel in vinculis causa maleficij inquirendi, non efficitur infamis. h. d. Secus si in pœnam. vt si fuit cõdemnatus ad carceres perpetuos ꝓpter eius delictum: vel etiam ad tempus. nam efficitur infamis ex genere pœnæ: sicut propter ictus fustium. vt l. ictus. ff. eo. licet de se nõ esset delictum famosum. Si ergo producitur aliquis contra me in testem: & ego abijcio q̃ non est habilis: quia est infamis, cum semel fuerit captus pro maleficio: puta pro furto, & stetit in carceribus per plures menses, & fortè fuit tortus, si non fuit repertum maleficium, & propter hoc fuit relaxatus, non procedit exceptio mea per hanc l. & per. l. nullam. j. eo.

2 ☞ *Damnatus de publico crimine, est infamis indistinctè: sed damnatus de priuato crimine non est infamis, nisi in tribus: scilicet actione furti, ui bonorum rap. & iniuriarum.*

3 *Publicani si exigant à transeuntibus ultra quàm debeant ad quid teneãtur?*

LEX. II.

1 NEque furti. †Damnatus de actione in factũ ex edicto de publicanis, non efficitur infamis. h. d. †Præmitte q̃ dãnatus de publico crimine a indistinctè, est infamis. vt in l. infamen. de publi. iudi. Sed dãnatus de priuato crimine, non est infamis. nisi in tribus: scilicet in act. furti. vi bo. rap. & iniur. vt. l. j. ff. eod. titu.

3 † Item præmitte q̃ contra publicanos emanauit edictum prætoris, quo cauetur q̃ si exigant à transeuntibus vltra quã debeant: teneantur restituere duplum per actionẽ in factũ. vt per totũ tit. de publicanis. cõtra quos etiã datur actio furti, si contra voluntatẽ trãseũtis indebitè rem suam arripiãt. vt. l. etiam. j. de fur. Dubitaẽ ergo si fuit actũ cõtra publicanũ ad duplum, an sit infamis & dicitur q̃ nõ: quia non est cõdẽnatus de crimine publico peculatus. q̃ est crimẽ publicũ: q̃n officialis extorquet pecunias publicas: nec etiã de crimine priuato famoso: quia non act. fur. nec vi bo. rapt. sed act. in factũ delecẽdẽte ex illo delicto. Nec obst. l. etiam. §. alle. quia ibi q̃n parte inuita rem suam aufert: tũc eñ cõmittit furtũ. q̃ est cõtrectatio rei alienæ cõtra voluntatẽ dñi. sed hoc soluit sponte inductus falsa suggestione à publicano. vnde furtum non committit.

a ¶ Dãnat⁹ de publico crimine. Adde. l. j. ff. de insa. glo. in c. multũ. ij. q. j. Car. in c. at si clerici. in fi. vlti. col. de iu. Paul. de cast. consi. lix.

2 ☞ *Iudici permissum est ex iusta causa, & ante sententiam minuere uel augere pœnas, & si sine iusta causa minuit, punitur illa pœna quam debuisset imponere. & nu. 8.*

3 *Gratia facta in uno, non extenditur ad aliud, si est mera gratia.*

4 *Causæ propter quas potest minui pœna delicti. & nume. 2. & 5.*

5 *An etiam sint iustæ causæ minuendi pœnas statutorum? Statutum quod qui aliquem occiderit decapitetur, & aliquis proijciendo lapidem, & non credens aliquem occidere, occidit, non debet decapitari.*

6 *Si iudex apponat hanc clausulam in sententia, quòd si sit lata in minori uel maiori pœna quàm lex uel statutum dicat, quòd ex nunc reducit eam ad pœnam à lege statutam: & si imposuit minorem pœnam, quod non censeatur cum infamia dispensatum.*

7 *Postquam iudex aliquem condemnauit ad certam pœnam, non potest post sententiam illã tollere, uel minuere, & si pronunciauit illum deliquisse, nec aliquam pœnam imposuit, non est in eius potestate eam imponere.*

8 *In criminalibus non requiritur conclusio libelli: sed in ciuilibus secus.*

LEX. III.

1 ET si seuerior. †Si pœna maleficij (causa cognita) fuerit per sententiam diminutam: infamia videtur esse remissa. h. d. secundũ Bar. Sic etiam econuerso si fuerit aucta. etiam sine causæ cognitione, censetur cũ infamia dispensatum. vt l. quid ergo §. pœna grauior. ff. eo. & j. l. proxi. secundũ vnã lect. & qualiter intelligatur ibi dicam. Præmitte q̃d si lex pro aliquo crimine publico imponit pœnam temporalem, quod etiam transacto illo tẽpore: & sic pœna finita nihilominus cõdẽnatus remanet in famis quia licet pœna sit temporalis: infamia tamen quæ infigit ossibus non est propriè pœna maleficij: sed sequella ipsius pœnæ remanet perpetua. vt j. eo. l. ad tẽpus. & quod est verum quãdo cõdemnato imponitur illa pœna quã lex statuit in illo crimine: sed si lex statuat maiorem pœnam perpetuam, vel etiam maioris temporis. & iudex ex iusta causa motus imponit pœnã temporalem, vel minoris tẽporis: tũc illa infamia durat quouisq; durat tps pœnæ: sed ipso finito finitur ipso iure: quia sicut illa est iusta causa minuendi pœnam maleficij. ita etiam faciendo finiri

2 infamiam: quæ est eius sequela. & hoc vult lex ista. † In text. ibi. [& si seuerior.] dic: scilicet attenta natura maleficij: sed attenta qualitate vel causa propter quam iudex fuit motus ad minuendam pœnam, non debebat dari seuerior sententia: quia propter illã cãm minuebatur delictũ. & hoc est ꝑmissum iudici ex iusta

cã minuere pœnas. ar. l. statuas *. ff. de acq. re. do. *. vt est casus hic quem tene mẽti. sed sine cã iusta nõ licet: imò punitur iudex illa pœna quam debuisset imponere. vt. s. ne sanctũ baptisma. l. fin. in fin. & l. seruum. in fin. j. ad legẽ iul. de vi publica. † In text. 3 ibi. [certis rationibus motus.] dic quæ minuebant delictum, vt si delinquẽs erat minor, vel deliquerat sine dolo. vt in exemplis glo. & ideo etiã pœna merebatur mitigari. Sed si illæ actiões nõ minuebant delictũ: tunc secus. quia non debuisset pœna minui. & si fuit diminuta indebitè, non debet diminui infamia: qa gratia facta in vno, cum sit ex mera gratia, non extenditur ad aliud vt in l. fi. de gene. abo. quam allegat glo. mag. in prin. pro contraria. In tex ibi. [transacto tẽpore] ergo illo tpe: durante bene est infamis. Secus si fuisset pœna aucta. quia tunc statim censeretur cum infamia dispensatum. vt. l. ordine. §. durioribus. ff. ad municipa. In gl. ibi. [vique dum durat &c.] dic scilicet tẽpus pœnæ: sed certè non esset differentia inter casum quando pœna fuit diminuta. & inter casum quando non fuit diminuta. nam etiam primo casu durante tempore pœnæ remanet infamis. & postea non. & glo. vult quod idem sit quando non est diminuta. dic ergo quod si non est diminuta. etia transacto tempore pœnæ durat infamia. vt infra. eo. l. ad tempus. & ff. de decur. l. ad tempus. & vide glo. in l. ordine. quæ hic allegatur in glo. quæ melius lo-
4 quitur quàm ista. † In glo. quæ incipit [pone] aduerte: quia exẽplificat hanc. l. duobus modis principaliter. Primo. quando pro crimine veniebat imponenda pœna perpetua, & fuit imposita temporalis. Secundo quando ad maius tempus: puta decenniũ. & fuit imposita ad minus: puta ad biennium. quod prosequere vt in glo. Item vult ista glo. quod causæ quę mouerunt iudicem ad minuendum pœnam, minuebant etiam delictum. vt minor, vel senior ætas. vel quia maleficium fuit commissum sine dolo.
5 † & dicit Cald. notabiliter quod iste sunt iuste causæ minuendi etiam pœnas statutorum: licet iudices iurẽt seruare statuta: quia

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Et ideo. Adhæc do crinā Paul. de Cast. addt. d. Alex. de imo. in cōsil. cxlitij. col. ij. a in secundo vol. & vi de addita ad Ang. de are. in trac. malefi. in verbo scienter. & do lose. & nouissi. in l. iij. §. quod ait prætor. ff. ne quis eum qui in ius voca. vi. exi. & cōtra iudices qui vo lunt seruare statuta ad vnguem. Adde eū dem Pau. de Cast. in consi. cclxxv. in secū da parte consiliorum nouorum. incipit. In causa incarceratorū. in ij. col. Fran. Cur.

b ¶ In criminalibus. Adde vt per Bart. in l. libellorū. ff. d accu. in l. ij. §. si publico. v. tertio q̄ro. ff. de adul. Bal. in l. edicta colū. xv. ā. de edendo. vbi dicit q̄ de consuetudine est quod conclu datur, peto ipsum cō dēnari secūdū formā iuris & statutorum. de quo latè per Ang. Are. in suo opere ma leficiorum. in versi. necnō ad querelam. col. xj. ver. procedamus vlterius. Franc. Cur.

per hoc non tollitur arbitrium quod datur iudici à iure cōmuni. vt ex iusta causa possit minuere pœnas à l. statutas. Et ideo a licet statutum dicat q̄ qui aliquem occiderit decapitetur. & quidā proijciendo lapidem & non credens aliquem occidere occidit: nō debet decapitari. & istum casum habui de facto. & quendam euasi à pœna mortis: quia iudices dicebant verba statuti debere seruari ad vnguem. & non debere fieri interpretationem vltra quā patiantur verba: licet de iure communi sit certū q̄ propter latam culpam sine dolo non debet puniri
2 pœna capitali l. in lege. ff. ad l. corne. de sica. Ego allegaui dictum Bald. in l. data. ante fi. ✱ j. de his qui accu. non poss. ✱ & etiam hic hoc tangit. & si non habuissem authoritatem Bald. quia non reperiebam aliquem hoc dicentem, fecissent illum decapitari. Tene menti. In glo. fi. post princ. ibi. ✱ [sed ibi loquitur] de ✱ indulgentia principis quē fecit post pœnę interpositionē dic et si de mera gratia remisit pœnam. & ista gratia nō extenditur ad infamiā. vt ibi. sed hic iudex de iustitia propter causas minorantes maleficium minorauit pœnam. vnde ea dem ratio est in tollendo infamiam non sic in mera gratia: qa sufficit si cui', vel in pauc̄is &c. vt j. de neg. gest. l. tutori. & intellige glo. quando princeps solū remisit pœnam ad quam erat condemnatus: sed si restituisset damnatum in ante. tunc censeretur remisse infamiam. per l. solet. ff. eo. & per l. j. §. de qua. ff. de post. se-
6 cundùm Bald. † In ea. gl. ibi. [& non per errorem.] per hoc patet q̄ si iudex apponat hanc clausulam in sentētia; q̄ si sit lata in minori vel in maiori pœna quā lex vel statutū statuat, q̄ ex nūc reducit eam ad pœnam à l. statutam. prout communiter iudices maleficiorum faciunt. & de quo etiam not. per Barto. in l. iudex postea quā. ff. de re iudi. quod licet imposuerit minorē pœnam non censetur cum infamia dispensatum quia patet ex ista clausula q̄ per errorē hoc fecit. In glo. ibi. [Item not.] dic. q̄ declaratio istius ver. oppo. de l. ad tempus. j. eod. & de l. ad tempus. ff. de decur. vbi transacto tempore pœnæ durat infamia: quidā dicūt q̄ ista l. debet intelligi quando crimen non erat famosum ibi qā erat: sed certè in primo casu etiam durante tempore non esset in famis cuius contrarium vult iste tex. ideo intellige istam l. etiam in crimine famoso. vt innuit tex. Et ad contraria respōde. vt §. di-
7 xi quia ibi nō fuit pœna minorata. hic sic. & ex iusta causa. † In glo. ibi. [vel post sententiam:] iunge istam cum præce. & dic q̄ postquā iudex aliquem condemnauit ad certam pœnam, non potest post sententiam illam tollere, vel minuere: etiā si sibi constat de innocentia. vel quod tantam pœnam non merebatur: sed est recurrendum ad superiorem. l. moris. §. istæ ferè. ff. de pœnis. & l. j. §. fi. de quæstio. & si pronuntiauit illum deliquisse: nec aliquam pœnam imposuit, adhuc non est in eius potestate eam imponere. Sed debet imponi illa quā lex statuit: sufficit enim in criminalibus ferri sententiam declaratoriā criminis: cum pœnæ
b sint à iure præfixæ in ordinarijs crimin̄ibus. & dicunt doct. per hoc q̄ in criminalibus b non requiritur conclusio libelli accusatorij, vt petat imponi talē pœnam: sed sufficit quod petat declarari ipsum deliquisse: licet secus in ciuilibus. vt no. in l. nec exemplum. j. de fal. per Cyn. sed ante sententiam latam iudici licitum est pœnam augere, vel minuere ex iusta causa. & in ista sententia. quia hoc facit iure permittente. Cætera dic. vt hic per Cy. & per Bald. qui plura loquuntur.

2 ☞ Si pœna fuit aucta: quando non censetur cum infamia dispensatum? & nu. 3.
3 Positus ad cōfinia, debet ipsa seruare, et nō excedere: aliàs nō gaudet bñficio de quo hic.

LEX IIII.

1 IPosidonium. †Si fuit imposita maior pœna quā debuit imponi, censetur cum infamia dispensatum. h. d. secundum vnam eōiu. secundum aliam dicit idem quod l. præcedens in hoc tamen differt: quia ibi quando per beneficium fuit remotus ab ordine, id est priuatus officijs communis. ista vero quando per annū fuit positus in exilio, cum debuerit poni per quinquennium. Bal. dicit quòd ista l. dicit vtrūq̄, scilicet quādo pœna fuit minorata ex iusta causa. & hoc vsq̄ ibi. [quoniam.] secūdò quando fuit aucta maiori crimine. & hoc ne text. improprietur tenendo tantum primam lec. quæ conguit fini, oportet impropriare tex. præce. dum dicit [in tempus anni relegatum:] vt exponatur. i. relegandum. & dum dicit postea. [quinque annis exilio &c.] oportet exponere. i. damnatū. & sic tempus pro parte exponi oportet: sed tenendo secundam lec. tex. nō impropriatur: sed finis legis non patitur eam dum dicit [sententiæ seueritas &c. Et sic fuit sententia seuerior quàm esse debuit. † Tenendo tamen primam lect. quod si pœna fuit aucta, censeatur cum infamia dispensatum. debet limitari duobus modis. primo quando pro pecuniaria pœna fuit imposita corporalis quæ censetur maior omni pecuniaria l. in seruorum. in fi. ff. de pœnis. Vel pro corporali seu personali minori fuit imposita maior. vt quia veniebat relegandus per annum, & fuit relegatus per quinquennium. Sed si pro pœna pecuniaria minori fuisset imposita maior pecuniaria: vt pro duplo quadruplum, non censeretur cum infamia dispensatū: vt l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. eod. Secunda limitatio debet intelligi quando fuit imposita maior, non propter aliquam causam quæ habeat augere delictum: sed propter aliquam iustā vel rationabilem. vt quia pluribus grassantibus fuit locus exemplo. vt si pro delicto veniebat imponenda pœna pecuniaria: sed quia plures tale delictum committebāt, fuit vni am putata manus: ad deterrendum delinquentes: tunc locum habet illa lec. vt no. in d. §. pœna grauior. quia postquam fuit grauatus in pœna: debet releuari in infamia, & idem si propter nullam iustam causam fuit in pœna grauatus. & hoc voluit dicere glos. in l. ordine. ff. ad muni. quòd quando pœna augetur, non requiritē quòd fiat ex iusta causa, vel causa cognita. ad hoc vt cum infamia censeatur dispensatum: licet secus quando minuitur. Sed si fuisset aucta propter aliquam qualitatem augentem delictum. Vt quia commissum de nocte, vel in platea, vel in palatio communis: vel in ecclesia. quæ oia augēt delictū. quæ omnia habentur in l. aut facta §. tempus. & in alijs. §. ff. de pœnis. tunc non diceretur lata seuerior sententia. nec videretur grauatus. in pœna. & per consequens cessaret ratio. de qua s. nec in infamia debeat releuari secundùm Pet. & Barto. qui sibi appropriat verba Pet.
3 in d. §. pœna grauior. & hic per Cy. † Vltimò not. ibi. [non excesisse] quod positus ad confinia, debet ipsa seruare: & non excedere: aliàs non gaudet beneficio de quo hic. imò tempus duplicatur. Tertiò limita. nisi quis fuerit condemnatus de crimine capitali: & sic perderet vitam, libertatem, vel ciuitatem. & eius status esset annihilatus. vt in l. cognitionum. §. consumitur. de var. & extraor. cog. vnde esset infamis. non obst. q̄ pœna fuerit diminuta. & hoc de mente doc. & adde quod not. s. eo. in glo. in l. j.

2 ☞ Qui lege prohibente fuerit de facto fustigatus, an incurrat infamiam?
3 Sufficit in crimine etiam ciuiliter intentato. i. ad pœnam explicandam parti sententiam declaratoriam ferri, absque condemnatione pœnæ.
4 Potest esse crimen, & tamen impunibile.

LEX V.

1 DEcuriones. †Cōdemnatus de crimine, vel in actione famosa est infamis: licet sit in dignitate constitutus. & habeat priuilegiū quòd non possit torqueri, vel fustigari. h. d. Nam reatus omnem honorē excludit. vt j. vbi sena. vel cla. l. j. priuilegiū ergo cō
2 cessum in vno, nō extendit ad aliud. † In tex. ibi. [prohibitum:] sed quid de facto fustigetur, an erit infamis? videt q̄ sic ex genere pœnæ. vt ff. eo. l. ictus. & j. eo. l. fustibus. tantū enim operatur genus pœnæ subsistente causa, quantū operatur condēnatio de crimine famoso secundū intellectū doc. in illis iuribus. Cōtrariū tñ videt postquā lege phibente hoc factū est. & hoc quantū ad infamiā iuris sed infamiā facti nō euitāt. vt no. j. e. l. nullā. in gl. j. In tex. ibi. [verū si iniuriā.] subaudi atrocē. vt ff. de iniurijs. l. diuus. p leui iniuria cōdēnatus nō est infamis: vt ibi colligit à cōtrario sensu. † In tex. ibi [te. fecisse.] No. q̄ sufficit in crimine etiā
3 ciuiliter intētato. i. ad pœnā explicandā parti sniam declaratiuā ferri absq; cōdēnatione pœnę. Q̄n enim criminaliter intētat, clarū est: qa tūc accusatione nō expedit petere illū cōdemnari ad talem

lem pœnā cū illa sit statuta à iure. vt l. j. ff. ad tur. Breuiter ī actione iniuriarū in qua nō est certa pœna statuta: sed cōmittit arbi- 1
trio iudicis acta æstimatione iniuriæ cū taxatione iudicis. vt no. in l. iniuriarū. ff. de iniur. non puto sufficere ferri sniam declaratiuam, nisi etiā cōdemnetur ad certam pœnam. quia actor ex illa sententia nullam pœnam certā posset petere: nisi fortè dicamus quod in executione sententiæ poterit fieri hæc declaratio iuxta nota. in simili. in l. j. ff. de eden. in princi. in glo. mag. in l. j. de leg. ij. per Bar. in fi. facit. infra eo. l. si te. versi. etiā probatur quod suffi cit sententia declaratiua: sic etiam in omni actione ciuili non solùm reali: sed in personali. l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbi. & 4
l. cum prætor. in princ. ff. de iudi. † In glo. ij. ibi. [non est remissa pœna ipso iure:] sed propter decurionatum infligi non potest. & sic not. secundùm Bald. quod potest esse crimem: & tamen est impunibile. nam si est tale crimen pro quo veniret imponenda pœna fustium, decurio illud committens diceretur cōmitte-
re crimen: & in pœnam fustium incideret mero iure. & tamen. a
illa non posset sibi imponi. vt in hac glo. & sic remanebit impunitum: sed certè posset pœna commutari, sicut fit commutatio in alio casu. l. legatū. ff. de vsufr. leg. Bald. tamen. ex ista gloss. arguit quod si statutum dicat quod offendens banitum non puniatur non sequitur propter ea quin ipsum offendens commitatur. non sequitur propter ea quin ipsum offendens commitat crimen: licet impunitum, & ideo si statutum diceret quod homicida non possit habere officium in communi propter eius crimen: talis occidens licet non puniatur de homicidio, non propterea poterit habere officium propter crimen quod commisit. Tale enim homicidium licet sit tolerabile, non tamen est probabile secundùm Bald. secus dicit ipse si statutum diceret quod licitum sit offendere bannitum. quia tunc offensa non dicitur esse crimen, vel delictum & tene menti.

a ☞ Damnatus in aliud opus publicum quam in metallum, per dit ciuitatem, non libertatē sed quando in metallum: perdit etiam libertatem.
3 Condemnatus ad standum in carceribus per decennium, eo finito licet sit infamis, si crimē erat famosum, & pœna non fuit alterata, remanebit liber & ciuis: sed si ad carceres perpetuos, est liber: sed non ciuis, si uerò in metallum, uel opus metallorum perpetuò, tunc nec liber, nec ciuis.

LEX VI.

1 ADtempus. †Legitur ista lex duobus modis. secundùm primam lect. quæ colligitur ex prima gl. & etiam ex vltima. h. d. Si pœna fuerit minorata sine causæ cognitione, seu sine iusta causa, etiam finito tempore pœnæ remanet perpetua infamia si crimen erat famosum. h. d. & sic supplet. l. & si seuerior. §. eo. quæ loquitur quando fuberat iusta causa minuendi hic non fuberat secundùm aliam lect. h. d. Quando pœna non alteratur: sed imponitur illa quæ à l. statuta est. licet finitum sit tempus pœnæ durat tamen infamia perpetua si crimen erat famosum. h. d. & ista est alia limitatio ad illam. l. & si seuerior. quod licet pœna sit temporalis: infamia tamen quæ non est propriè pœna: sed sequela eius, est perpetua. venio ad casum. In text. ibi. [in opus publicum dānati.] quia fuit cōdemnatus vt staret per decennium pro manuali ad portandum lapides, & calcem in quodam edificio qđ faciebat fieri respublica, quia commiserat crimen publicum, ex
2 quo condemnatus est infamis. l. infamen. ff. de publi. iudi. Sed erat dubium quantum duraret illa infamia. nam videbatur durare tantum quantum illa pœna. cuius contrarium hic dicitur, quia pœna finitur decennio: sed infamia durat perpetuò. † In gl. ij. circa princi. ibi. [quia tunc perdit ciuitatem.] dic quasi dicat non libertatem, & hoc quando in aliud opus publicum quā in metallum. vt §. posui exemplum sed quando in metallum, vel in opus metallorum. tunc perdit ciuitatem. & etiam libertatem. & hoc est quod sequitur in glo. & sic longa est differentia inter istas pœnas. Item glo. dicit quod adhuc est differentia inter pœ
3 nam metalli, & opus metallorum in alijs de quibus in glo. † Cōdemnatus autem ad standum in carceribus per decennium, finito decennio licet sit infamis, si crimen erat famosum, & pœna non fuit alterata: quia nec aucta, nec minuta, remanebit liber & ciuis. Sed si ad carceres perpetuos, est liber. sed non ciuis. Si verò in metallum, vel opus metallorum perpetuò, tunc nec liber, nec ciuis.

2 ☞ Condemnatus de furto: si post sententiam quæ trāsiuit in rem iudicatam potest probare q. non commisit furtum, licet non euitet pœnam dupli uel quadrupli: an tamen euitet infamiam?

LEX VIII.

a ¶ Condemnatus de furto. Adde gloss. & Bar. in l. j. ff. de infa. Bar. in l. athletas. in §. fi. ff. de infa. Spe. in ti. de reo. in §. nj. vers. & no. Pau. de Ca. in consilio lxxxiij.

SI furti. †Dānatus de furto est infamis. secus in damnato quia res furtiua reperta est penes eum. hoc dicit. In tex. ibi. [famæ damnum subijsti.] dic sic sola sententia condemnato riavel declaratoria criminis famosi facit cō demnatum infamen, absq; eo quod missa sit executioni in pœnam maleficij, & sic quó ad infamiam trahit secum executionē: sicut & sententia excommunicationis. vt no. in l. furti. §. j. ff. eo. titu. & l. si quis filio exhæredato. §. j. ff. de iniuſ. testa. † In tex. ibi. 2
[durior sententia.] dic quia condemnauit istam ad pœnam dupli. propter hoc solū q̄ res furtiua fuit reperta penes eam, quod fieri non debuit: imò in nulla pœna veniebat condemnanda. vt no. in l. in ciuile. j. de fur. licet aliqua suspicio sit contra eam nisi ostendat auctorem à quo habuit. Et aduerte quia Mar. glosſator ad istam legem dicebat q̄ tunc condemnatus de furto a est infamis. vt l. j. ff. eo. quando reuera furtum cōmisit: sed si potest probari q̄ non commisit, etiam post sententiam: licet non euitet pœnam dupli, vel quadrupli, ad quam fuit condemnatus: si sententia transiuit in rem iudicatam: quia fecit ius quó ad partem: licet sit iniqua l. præses. ff. de re iudi. & l. cum putarem. C. famī. ercis. bene tamē euitet infamiam per hanc l. Alij glossatores tenuerūt contrarium q̄ etiam infamiam non euitat: quia talis sententia habetur pro veritate & claudit os ipsi condēnato vt nō possit probare contrarium. & de hoc habetur per glo. in l. athletas. in fi. ff. eo. tit. Ad istam autem l. difficilis est responsio. quę videtur probare opi. Mar. glo. nititur soluere multis modis. & finaliter adhæret illi solutioni. q̄ in vltimo casu huius l. nō fuit proposita actio furti. quia tunc secuta condemnatione esset infamis: sed proposita fuit rei vendicatio, vel certi conditio. quę sol. mihi non placet: quia illæ actiones sunt merè persecutoriæ: nec fuisset ista condēnata ad pœnam. cuius contrariū vult iste tex. dum dicit. [durior sententia.] Ideo dic q̄ in primo casu huius l. loquitur qñ agens in libello narrauit q̄ illa subtraxerat, & petijt ipsam condemnari ad duplum. & ita factum est. vnde videtur intentasse actionē furti. & in illa secuta est condemnatio: sed in secundo casu narrauit q̄ res furtiua reperta est penes istam. Nec propterea dicebat istam subtraxisse. & tamen dicebat ipsam condemnari ad pœnā dupli, ac si cōtraxisset. & ita iudex facit. & sic apparet manifestè de iniquitate sententiæ: quia licet videatur intentasse actionem furti, ex quo petunt eam cōdemnari ad duplum: attamen ineptè postquam non narrauit illam subtraxisse. & ideo talis sententia tanquam lata ex inepta actione non infamat: & fortè sententia est ipso iure nulla: quia lata super inepta actione. vt no. insti. de obli. in prin. & per Bal. in l. actori. j. de iureiuran.

2 ☞ Licet quis audiat malè loqui de patria sua, & non respondeat uerbum pro defensione eius, ex hoc non efficitur infamis.
Quod sit idem si recusset ire in legationem pro patria, uel recipere aduocationem, uel procurationem.
3 Defendens patriam suam super actione famosa intentata contra eam, & succumbens, non est infamis.
An ille qui defenditur infametur, si pro eo ab initio interuenit procurator?

LEX IX.

1 NEminem. †In hac l. habetur duplex litera: scilicet negatiua. [ob non defensa &c.] Item affirmatiua. [ob defensa.] secundùm primam dicit q̄ licet quis non defendat patriam suam, nō propterea est infamis. † & sic no. q̄ licet quis audiat malè loqui de sua patria, & 2
non respondeat verbum pro defensione eius. ex hoc non efficitur infamis. Item si recusset ire in legationem pro patria, vel recipere aduocationem, vel procurationem, non propterea est infamis. videbatur cōtrariū. quasi esset malus & ingratus ciuis quasi non desiderans bonū publicum, neq; curans. Tene menti: quia nō potest obijci, si vocaretur ad aliquod officium publicum, tan quam inhabilis ex dictis causis: in multis tamen locis prouidetur per ordinationem in talia recusantes. vt Venetijs, & Floren-
3 tiæ. secundùm aliam literam legitur tribus modis in glo. † secundùm primam dicit q̄ defendens patriam suam super actione famosa intētata contra eam, & succūbens, nō est infamis. quia nō est cōdemnatus suo nomine, sed alieno. vt in l. j. ff. eo. & idem in

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Iniuria facta seruo. Adde quid de iniuria facta ecclesijs, & sacerdotibus, an censeat facta toti ciuitati, & toti populo. Vide per Paul. de Castro in l. si quis in hoc. C. de epi. & cle.

b ¶ Contrahitur infamia. An talis admittatur in testem ex necessitate cum formē tis. Vide in l. inuiti. & l. ob carmen. ff. de testi. doc. in l. j. C. de naufra. lib. xj. Bal. in l. ij. ff. de senatorib⁹.

c ¶ Infamis efficit. Ad de l. liberorū. j. §. notanter. ff. e. & tex. in c. infames. § porrò. iij. quæstio. vij.

d ¶ Mortuo viro. Adde q anima defuncti contristatur de secundis nuptijs vxoris secundùm Bal. in authē. cui relictum. in iij. col. versi. no. q anima. C. de edi. diui Adria. tol. & an sint sublatę pœnæ inductæ contra secundo nubentes vide Ioan. de Ana. in consil. cij. & Alexā. de Imo. in consi. cxxxiij. in iij. volu. Cur.

defendente quemlibet priuato & condemnato nomine illius, non suo. vt l. furti. §. si quis alieno. ff. eo. Nec etiam is qui defenditur infamatur, si pro eo ab initio interuenerit procurator. vt in d. §. si quis. vel etiam ex postfacto. vt voluit gl. ibi. & intellige q nō infamatur is qui defenditur &c. scilicet infamia iuris: sed facti sic. vt ibi glo. secundū aliam lect. dicit q ille qui defert bona in fiscum, & non probat, nō efficitur propterea infamis: si hoc nō facit corruptus pecunia. l. ij. in prin. ff. de iure fisci. aliās secus. Tertiò modo legit gl. vt ponatur casus per l. ex varia. j. de dilatoribus. lib. x.

LEX X.

Niuriarum. Condēnatus de iniuria facta etiam in vilissimam personam, est infamis. h. d. secundùm Bar. hoc nō placet: quia ponē do casum secundùm quod glos. ponit, non fuit hic condēnatus de iniuria facta seruo[a] ex persona serui: sed de facta dño ex persona serui. qui dominus non erat vilis persona. dic ergo † q condemnatur actione iniuriarum ex iniuria facta alicui non principaliter: & in personam suam: sed consequenter fit in personā alterius suæ potestati supposita si est infamis. h. d. Videbatur enim q edictum prætoris quo cauetur q condemnatus in actione iniuriarum est infamis. vt l. j. ff. eo. deberet intelligi quando egit actione iniuriarū ratione iniurię factæ in personam meam: & sic principaliter: non autem quando in personam serui, vel filij mei, vel vxoris, nō casus. duplex resultat iniuria. vna in persona filij, vel vxoris: & illa est principalis: altera in personam meam. & ille venit in consequentiam. Vnde videbatur q condemnatus ex ista vltima non esset infamis. cuius contrarium hic dicitur.

a

2 ☞ *Cedens bonis, quam infamiam incurrat?*

LEX XI.

1 Debitores. † Lex ista debet intelligi de infamia iuris. nam iste casus non cōprehenditur in edicto prætoris. de quo in l. j. ff. eo. vbi ponuntur omnes casus in quibus incurritur infamia iuris. sed infamia facti bene incurritur in quibusdam locis, in quibus cessio fit cum vituperio secundùm Cy. qui allegat consuetudinem huius ciuitatis. quæ est, q
2 † qui cedit bonis, vadit in medio palatij ad lapidem vituperij. & consuetudo ciuitatis Romæ. vbi vadit ad leonem. qui stat in capite scalarum capitolij. & ibi nudus percutit lapidem. Et ista infamia facti non est paruī effectus. vt no. j. eo. l. nullam.

LEX XII.

1 Si te expilasse. † Condemnatus de crimine expilatæ hæreditatis. efficitur infamis: sicut condēnatus de furto. licet non sit proprię furtum. quia hoc crimen succedit loco furti. & est improbius quam furtum simplex. hoc dicit. secundùm intellectum doc. Sed do. Rapha. dicit q iste intellectus sibi nō placet. quia pro tali crimine datur actio in factum. vt no. in l. aduersus. j. fami. ercis. cun. quæ non infamat. Præterea non potest dici furtum improbius. Imò minus improbum quam illud quod fit viuenti. & dicit intentionem huius l. esse in contrariū. Vult enim dicere q ex sententia lata super hoc crimine delatoria criminis, licet nullam cōtineat condemnatione pœnę, non propter hoc solùm euitatur infamia: quia in actione furti quæ est famosa, non euitaretur. licet sentētia sit merè delatoria, & non contineat condemnationem pœnæ. sed bene euitat secundum eum propter aliam rationem: quia tale crimen nō est furtum. sed imò quia defecit furtum, & per cōsequens actio furti de re hæreditaria per crimē possessa, fuit prouisum de ista. Et tamen ipsemet postea apostillando lectu. suam, & non valendo bene respondere contrarijs dicit esse sequendum intellectū communem docto. per l. minimè. ff. de legibus.

LEX XIII.

1 Aquæ. † Increpatio paterna erga filium, ipsum non infamat infamia iuris, sed facti. hoc dicit. & hoc vltimum est verum secundùm Bal. quando deliberato animo, seu ex proposito, non autem ex calore iracundiæ pater erga filium profert verba vituperosa, & ignominiosa. aliās paucī reperirentur qui non essent infames infamia facti. quæ est maximi effectus. vt no. j. l. proxi. caueant ergo filij non irritare parentes.

2 ☞ *Tortus uel fustigatus post sententiam, & sic in pœnam, efficitur infamis.*

3 *Effectus infamiæ facti: & qualiter contrahatur?*

LEX XIIII.

1 Vllam. † Tortus vel fustigatus pro inuestigatione criminis, non efficitur infamis. hoc dicit. Et si non fuit postea secuta condemnatio. sed fuit relaxatus tanquam innocēs. secus si fuisset repertus culpabilis. & postea fustigatus in pœnam criminis: posito etiam q de crimine non fuisset condemnatus. sed fuisset incœptum ab executione. quod interdum fit quādo quis reperitur in flagranti crimine: nam capitur, & statim ponitur ad tormenta in pœnam: non pro inuestigatione, vel fustigatur. talis enim efficitur infamis ex genere pœnæ: non ex condemnatione ita intelligunt Doc. l. ictus fustium. ff. eo. & l. fustibus. j. eo. titu. Et sic tribus modis irrogatur infamia iuris. scilicet ipso facto in tribus vel quatuor casibus positis in l. j. in prin. ff. eo. Item per sententiam. vt in alijs casibus postea sequentibus in illa l. Item ex genere pœnæ non ex ipso delicto nec ex condēnatione, si facta non est. sed ex pœna vituperosa dummodo subsistat causa vera, propter quā fuit imposita. & in hoc differt iste casus à præcedenti. quia quando incurritur ex condemnatione, etiam si causa vera non sit, quia tamen sententia proveritate habetur, efficitur infamis. quia non potest contrarium probari. vt dixi §. eo. l. si furti. † In tex. ibi. [si sententia.] expone si pro quia. Nam si fuit positus ad inuestigationē criminis, clarum est q sententia nō præcessit. quia tortura debet præcedere sententiam. nō econuerso vult ergo dicere si fuit tortus vel fustigatus ad inuestigationem criminis, quia nondum erat lata sententia super crimine. non autem in pœna non est infamis secus si lata esset quia tunc fuisset positus in pœnam. & iste est verus sensus. In glo. j. in prin. ibi. [sed facti infamiam &c.] Tu dic contrarium. q nec infamiam facti, ex quo fuit repertus innocens. quia iniquum esset q ex hoc aliquod damnū pateretur. & probatur hic in ver. [nullam.] secundùm Bar. sed do. Raph. dicit glo. posse sustineri. quoniam ad torturam pro inuestigatione criminis non proceditur, nisi præcedentibus indicijs. & illa indicia inducunt infamiam facti. sed non placet. quia videntur purgata postquam non est repertus culpabilis. ideo Bar. melius dicit. † In glo. ibi. [repellitur à dignitate.] Ista glo. semper allegatur de duplici effectu quem habet infamia facti. Adde tertium. quia facit vt minor fides adhibeatur ex testimonio. licet ex toto nō expellatur. vt no. ff. ad car. l. iij. §. duæ autem sunt causæ. & aliquando repellit ex toto testimonio. vt in l. Cassius. ff. de sena. quando esset casus ab aliquo officio ex causa ignominiosa. Qualiter autē contrahatur infamia[b] facti, & de eius effectibus vide per Dy. in c. infamibus. de regu. iuris. libro vj. vbi melius declarat quàm alius.

3

b

2 ☞ *Pœnæ legales impositæ mulieri nubenti alteri uiro infra annum luctus mortuo priomo, an hodie sint sublatæ?*

LEX XV.

1 Decreto. † Mulier quæ maritum mortuum nō luxit lachrymis, nec veste lugubri, non efficitur infamis. Sed si nō luxit pudicitia viduali, quia infra annum alteri nupsit, tam ipsa quàm etiam qui sci
c enter eam accepit infamis efficitur. hoc dicit. & hoc q venit ex edicto prætoris. de quo in l. j. ff. e. vbi cauetur q mulier debet lugere virum per annum, & non transire ad secunda vota. aliās efficitur infamis. sed dubium erat qñ non transiuit, tñ in funere nō effundit lachrymas, nec induit se veste lugubri, cū tñ facilè hoc posset. quia potius gaudet de morte viri quā tristetur. qđ appareret per aliqua indicia an ex hoc efficiat infamis. declarat ista lex quod non. & sic venit ad declarationem edicti prætoris positi in
2 l. j. ff. eo. † Hic est vna glo. quæ quæritur vtrum hodie attenta au
d thoritate apostoli dicentis quod mortuo viro[c] nubat in domino. & etiam iuris canonici eam approbantis. in ca. dominus noster. de secund. nupti. sint correctæ pœnæ legales quæ imponuntur mulieri

mulieri transeunti ad secunda vota infra annū luctus. vt est pœna infamiæ, vt in hac l. & aliæ plures de quibus in l. j. j. de secunup. & tenet q non sint correctæ. quia dicta authoritas intelligitur q posit nubere sine peccato. nam viuente viro legata est ei: nec ei licet ad alium virum transire sine peccato mortali. ipso vi rò mortuo est soluta lege viri. & potest nubere sine peccato. qđ autem non patiatur pœnas legales quæ nō fuerunt impositæ ratione peccati, sed alia ratiōe. vt euitetur incertitudo prolis, quia posset parere tali tempore quod esset dubium vtrum filius esset primi mariti, vel secundi. dicit hic Bal. per dictum apostoli non probari. quia licet possit sine peccato mortali mulier ad secunda vota transire, & infra annum luctus, non propterea sequitur q possit euadere pœnas legales. Vnde nō fuit intentio apostoli dispositionem legis in hoc mutare. & istam opi. multi legistæ sequuntur. sed in l. j. j. de secundis nup. tenet cōtrarium. ne mulier nubens authoritate apostoli permittentis, remaneat decepta. qđ esse non debet. vt l. in commodato. §. sicut. in fi. ff. commo. & istā opi. sequitur Bar. in d. l. j. & etiam Inno. & alij Canonistæ, qui dicunt quod pœnæ quas mulier incurrebat de iure ciuili propter nimiam festinātiam: quia infra annum luctus nubebat, sunt sublatæ propter dictam rationem: sed aliæ quas incurrit etiam si nubat post annum. vt in l. ij. j. de secun. nup. & per multas alias ll. illius titu. non sunt sublatæ: quia illic fuerunt impositæ in fauorē filiorum primi matrimonij, nō propter delictū mulieris: vt quia faciat rem prohibitam. Et huic distinctioni multi doc. adherent. sed Bal. tenet primam opi. in d. l. j. hic verò dicit se voluisse consiliū Cy. de fur. & Pau. de Liaza. qui consulebant quod si non poterat sequi perturbatio sanguinis ex nuptu mulieris: puta si post quatuor vel quinq menses à morte viri, nupsit: nam tūc proles quæ postea nascetur ex ea, non potest esse primi viri: sed secūdi. vel fortè primus vir mortuus est in absentia. & steterat per annū vel vltra quod nō fuit reuersus. nam tunc si statim etiam nubat, proles quæ nascetur non poterit esse primi viri, sed secundi. vt l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Isto casu non incurrit dictas pœnas: licet olim incurreret: quia lex simpliciter loquebat. Sed si posset esse vtriusq viri: tunc incurreret etiā dictas pœnas. quę distinctio satis est rationabilis. Et isto anno fui interrogatus de ista q. & nolui cōsulere propter diuersitates opi. Alberi. in d. l. j. dicit se vidisse practicare dictum Innoc. & eius distinctionē. Sed secundùm conscientiam meam puto veriorem esse glossam istam. quia nec ad apostolum nec ad conditorem canonis pertinet corrigere ll. ciuiles. vbi non est quæstio de peccato, sed de bonis moribus.

a ☞ *quis negauit scripturam scriptam esse de manu sua cum iuramento, iudex ad cōuincendū ipsum de periurio & falsitate potest*
a *compellere ipsum ad scribendum. vt fiat comparatio literarum No. etiam secundū Bal. q condemnatus de damno dato non est infamis. tamen hic nō erat condēnatus.*

2 ☞ *Qui pacisitur data pecunia super criminibus famosis, b an habeatur pro confesso & conuicto per sententiam? Confessio extraiudicialis in crimminibus regulariter nō facit plenam fidem, sed indicium ad torturam. & quid in iudicio?*

LEX. XVI.

1 Vstibus. † Ista lex fuit superius in alijs legibus huius tituli declarata. hoc dicit. Fustigatio irrogat infamiam, si fiat in pœnam criminis famosi. hoc dicit. Intellige etiam non præcedente sentētia diffinitiua. vt quia fuit repertus in flagrāti crimine: & sic erat crimen notorium. tantùm ergo valet interlocutoria lata causa cognita facta executione pœnæ quantùm sola diffinitiua, etiam executione non facta. ita intelliguntur ista l. & l. ictus. ff. eo. titu.

2 ☞ *Iudex potest facere aliquas experientias ex suo officio, ad reperiendum crimen.*
Si quis negauit scripturam esse de manu sua cum iuramento, potest iudex ad conuincendum ipsum de periurio & falsitate compellere ipsum ad scribendum, ut fiat comparatio literarum.
Condemnatus de damno dato, non est infamis.

LEX XVII.

1 Verbum. † Interlocutoria iudicis lata sine causę cognitione, non infamat. hoc dicit. cū l. interlocutio. j. e. & hoc de infamia iuris. sed infamiā facti videtur importare. vt ibi. [verecūdiam onerare &c.] Et pone casum secundùm secundam positionem glo. q iudex dixit vni ex litigatoribus qui nimis garrulabat, siue præuari cator, vel calumniator. sicut audiui à Baldo q Papa in publico consistorio semel dixit Oldrado de Laude. Nam videbatur ex hoc infamatus, quia condemnatus de prævaricatione vel calūnia, est infamis. vt ff. eo. l. j. Sed illud est verum. quando esset cōdēnatus per diffinitiuā. & sic causa cognita. sed hic fuit interlo-
2 cutoria non continens condemnationē: sed enunciationē. † Ex prima verò positiōe gl. no. secundū Bal. q iudex pōt facere aliquas experientias ex suo officio ad reperiendū crimē. Ideo si ali-

¶ Cōpellere. Adde Bal. in l. cōparatiōe. j. de fide instru. licet bar. cōtra. i l. cōtractus. eo. ti. adde tñ q opi. Bal. Alc. d imo. in d. l. cōtract⁹. cōtra Bar. dicit verū. Frā. Cur.

b ¶ Vexationē. Adde q etiā in bñficialib⁹ licitē qs redimit, nec cōmittit simoniā. ita do. Mar. sozi. i cōsil. xv. incip. Visis publicis instrumentis. col. ix. versi. quintò.

c ¶ Omnes vsurarij. Adde c. infames. §. porrò. iij. q. vij. Abb. i c. inter. dilectos. in iij. no. de excess. prælā. Abb. in c. debitores. de iureiurando. Ant. de bu. in c. Raynutius de testa. Bal. in c. j. de iureiu. Ioā. de ana. in c. quā pernicioſum. de vſur.

LEX. XVIII.

1 On damnatos. † Nō damnatus de crimine famoso est infamis, sed etiā pactus per pecuniā. secus si sine pecunia, vel si iureiuran. res decisa est. h. d. Declara hoc. vt in l. athletas. §. fi. cum. l. seq. ff. eo. In tex. ibi. [iniurię.] dic vel furti, aut vi bono. rap. vt in l. j. ff. eo.
2 & in d. l. athletas. † In text. ibi. [sed pactos quoque.] Ratio est. q quia qui paciscitur data pecunia super talibus crimināibus habet. pro confesso & conuicto per sententiam. vt l. quia videt. ff. eo. licet transactio fuerit facta extra iudicium. & regulariter confessio extraiudicialis in crimināibus non facit plenam fidem: sed indicium ad torturam. vt no. in l. capite. quinto. ff. de adul. Et si fiat in iudicio, non facit quem haberi pro condemnato. imò requiritur expressa condemnatio. vt in l. si confessus. ff. de custo. reorū licet in ciuilibus habeatur pro condemnato. vt l. j. infra de confessis. Sed in casibus istis est speciale. & ista confessio licet resultet ex actu extra iudiciali: tamen habetur pro iudiciali cōfessiōe & etiam vltra hoc habet pro condemnatione. In text. ibi. [pro mala cōscientia.] hoc in dubio. sed si probaret aduersarium fuisse potentem, qui potuit metū inferre, & se fecisse transigere per timorem, ex ista transactione non infamaretur: quia potius vide
b retur facta ad redimendam vexationem [b] suam. quam pro mala conscientia criminis. vt probatur in l. serui ob violatum. infra de adul. secundùm Bal. quod tene menti.

LEX. XIX.

1 Nterlocutio. † Ista lex dicit idem qđ l. verbum. §. eo. & pone casum qđ ductus est quidam captus de nocte per familiam potestatis ad iudicem, quem cum iudex sciret esse vitiosum, dixit ei incontinenti tu ex vnus ribaldus, & habeo quotidie querelam de factis tuis, sed volo tibi parcere p ista vice. Sed si de cætero duceris ad me, castigabo te taliter quod eris cæteris in exemplum. Dicit ista lex quòd ista verba non infamant. quia dicta sunt causa corrigēdi, nō infamādi. Sic ergo no. q admonitio iudicis vt quis ad meliorē vitā se cōformet, nō infamat. h. d.
2 ☞ *Statutum quod minor, uel mulier non possit contrahere sine præsentia duorum consanguineorum bonæ uitæ & famæ: si adhibeantur consanguinei usurarij, quod non ualeat contractus.*

LEX. XX.

1 Improbum. † Breuis est. & non summatur. per hanc. l. patet secundùm doc. to. quod omnes vsurarij [c] sunt hodie infames infamia iuris: cum omnis vsura sit hodie improbata. sed
c reprobata nō erat iure isto, si non excedebat summam taxatam à l. eos infra de vsur. & de illa quæ excedebat loquitur lex ista. Et sic siue teneat altare paratum, & sic est publicus vsurarius, siue occultus, est infamis ipso facto: non per sententiam. secundùm glo. quam no. quia iste casus non ponitur in edicto prætoris. de quo in l. j. ff. eo. vbi enumerantur casus in quibus incurritur infamia ipso facto siue sententia. in princ. illius. l. in fin. Sed per istam additur alius casus. Si tamen esset occultus vsurarius: requireretur sentētia declaratoria nō tñ oriret infamia ex illa, sed ex crimine præcedēte per sentētiā. declaratoriā. non sic qñ incurritur infamia per sententiā. quia non oritur ex crimine, sed ex sententia. ideo si vsurarius fuisset receptus in testē, & postea declaratus foret vsurarius, testimoniū præcedēs irritaret. qa tpe lati testimonij erat infamis: nō sic si oriret ex sñia. et dicit Bal. q

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Doli capaces. Qui dicantur doli capaces. Vide per Doc in c.j. de deli. puero. car. in clc.j. de homi. doc. in c.j.§. quia verò de regu. libro vj. Lap. allegat cxciij.

b ¶ Idonea vel sufficiens. Adde Bar. in l. prætoriæ. 14. ff. de prætoriis. Angel. in authē. de executore. in prin. Oldra. in suo cōsil. lxviij. intelligetamen q̄ etiam intelligitur sine fideiussoribus, licet sint apposita dicta verba ratione subiectæ materiæ ita Anto. de Bu. in c. fi. de resti. spo. quem refert & sequit Alexander de Imo. in consil. xxxv. col. ij. versic. circa tertiam. in iij. volu. Franc. Cur.

posito q̄ pœnitētia ductus restitueret post eā vsuras: nihilominus remanet ifamis: qua infamia fuit inflicta ossibus, & perpetuò durat etiā post peractam pœnitentiā. sicut post finitam pœnam. vt §. e. l. ad tempus. & hoc tene mēti, quia vsurarij sunt in magno periculo propter hoc. Et si instruerētur hæredes à fratre meo, facerent mihi competere querelam inofficiosi: tanquam turpi persona hærede instituta. vt in l. fratres. j. de inoffi. testa. † Facit etiam si statutum dicat q̄ minor, vel mulier nō possit contrahere sine præsentia duorum cōsanguineorum bonę vitæ & famæ: q̄ si adhibeantur consanguinei vsurarij non valeat contractus: quia nō sunt bonæ vitæ nec famæ. Imò prodigi famæ ipsorum secundùm Bal. licet Iac. But. videatur dicere contrarium q̄ verba statuti debeant intelligi de hominibus discretis & cautis. & tales vsurarij sunt magis cauti quàm alij. sed Bal. truffatur de ista interpretatione. imò verba debent intelligi vt sonāt.

2

3

Et adde quod notat Bal. j. de iureiurā. l. in bonæ fidei. per hanc l.

LEX XXI.

1 SI fratres. † Minor xxv. annis exercens artem ludicram, non efficitur infamis. hoc dicit. Secus in maiore, vt in l. prima. in princi. ff. eo. non ergo reputabatur hoc crimen in minore. sicut nec negligentia non petenti tutorem, vel nō facienti vindictam de morte defuncti. vt j. si aduer. deli. l. fi. & ex qui. cau. in fine. resti. est necess. l. j. & sic non indiget restitutione. sed alia delicta bene cadunt in

a minorem sicut in maiores, si sunt doli capaces. a licet interdū minor pœna eis imponatur ratione ætatis. vt in l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. & no. §. eo. l. iij.

LEX XXII.

1 IDem rumpens. † Condemnatus in actione pro socio de fide rupta, est infamis. Idem in quibusdam alijs actionibus orientibus ex contractibus depositi & commodati. vt in l. j. ante fin. ff. eo. in istis tamen actionibus ex contractu orientibus requiritur sentētia. nec sufficeret transactio ad irrogandā infamiam. vt l. in actionibus. eo. titu. licet secus in orientibus ex delictis. vt §. eod. l. non damnatos. & ibi no. in glo. j. in fi. In tex. ibi. [suo nomine.] id est ex contractu celebrato cum eo. secus si hæreditario nomine. & ex celebrato cum defuncto. Item secus si procuratorio nomine. Non sunt alia.

De procuratoribus. *Rubrica.*

2 §¶ Litis contestatio legitimat personam procuratoris, sicut cautio rati.
Procuratoris persona qualiter etiam legitimetur per interlocutoriam iudicis, & non compellatur cauere de rato. & quid si probetur contrarium?
3 *Cautio quando intelligatur cum fideiussoribus?*
4 *Procurator comparens coram arbitro, si de ipsius mandato dubitatur, quòd non teneatur cauere quòd dominus habebit ratam sententiam arbitri, nec ipse dominus tenetur eam ratam habere, si uult soluere pœnam: & si litigaret coram iudice, non tenetur cauere, quòd habebit ratam sententiam, sed factum ipsius procuratoris sic.*
5 *Quando dicatur esse dubium de mandato, ad hoc ut procurator admittatur cum cautione rati. & nume. 6.*
6 *Procurator actoris si non habeat mandatum, cautius est quòd admittatur cum cautione rati. si nulla aut parua sit iniuria reo, cum sibi sit cautum de sua indemnitate.*
7 *Qualiter probabit procurator de mandato?*
8 *Procurator actoris quando est certum quòd habet mandatum admittitur etiam sine cautione rati: sed si constat quòd non habet, non admittitur etiam cum cautione rati: ni si sit coniuncta persona, & in quibus casibus admittatur, & quid operetur cautio rati?*

LEX I.

1 CAutio. † Procurator actoris cauet de rato, quando est dubium de eius mandato. hoc dicit. Sed procur. rei cauet de iudicato soluendo, etiam si nō sit dubium de mandato. vt in l. j. de satisdan. Et quę sit ratio diuersitatis. dic vt ibi no. & in l. non solùm. §. qui alieno. ff. eo. & ibi

2 plenè per glo. de materia huius l. † In tex. ibi. [tunc exigitur.] dic scilicet ante li. conte. posteà verò non cōpelleretur cauere: si simpliciter fuit admissus. quia litis cōtestatio legitimat personā procuratoris, sicut cautio rati. vt ff. e. l. Pomponius. §. ratihabitionis. & l. inter quos. §. alieno. ff. de dam. infe. Est etiā tertius modus legitimandi personā procuratoris, scilicet per interlocutoriā iudi. si pronūciat ipsum habere legitimā personā ad agendū. & tunc etiā non compellitur de rato cauere. de hoc dic vt no. j. eo. l. licet hæc tamē vera. nisi probetur contrariū, q̄ mandatū non habeat. vel dic q̄ hic nō prodest allegāti quousq; lis durat, postquā legitimata est persona. sed ea finita, tūc nō obstāte legitimatione prędicta potest opponi & probari q̄ mandatū non habebat. quod dic vt no. in d. l. licet. in gl. magna in prin. ibi. [quare dicitur actiuè & passiuè.] vide qd̄ no. per hanc glo. in l. ij. circa fi. ff. de duoreis. per Bar. in duplici significato nominum verbalium. † In gl. ibi j. [de ver. signi. l. sancimus.] dic q̄ quādo verbū cautio profertur à l. prætoria, intelligitur cū fideiussoribus. vt in l. j. de prætostipu. & sic sumitur cautio pro satisd. Si verò à lege ciuili, intelligitur de simplici cautione sine fideiussoribus. vt d. l. sancimus. nisi

3 addatur verbū idonea, vel sufficiens. b vt l. si mandato. Titij. §. fi. ff. man. & in l. si debitori. ff. de iudi. Lex autē ista est ciuilis, tamē ista cautio originaliter fuit inuēta ab edicto prætoris. & ad illud habuit hic respectū imperator. ideo illud verbū sumit̄ pro satisdatione sicut in originali edicto prætoris. vel sumitur in significato cōgnali, nō speciali. secundū glo. Nā sub isto generali vocabulo plures species cōprehenduntur, scilicet cautio satisdatoria cū fideiussoribus. & cautio simplex sine fideiussoribus. Si ergo sumatur in significato speciali, ponitur pro satisdatione. si autē ge-

4 nerali, non obstat contrarium de l. sancimus. † In glo. ibi. [l. non distinguemus.] §. pe. Tu dic melius q̄ procurator cōparens coram arbitro, si de ipsius mandato dubitatur, nō tenetur cauere q̄ dominus habebit ratā sententiā arbitri. Nam nec ipse dominus tenetur eam ratam habere, si vult pœnam soluere. & quia etiā si litigaret coram iudice, nō tenetur cauere isto modo q̄ dominus habebit ratam sententiā. sed q̄ habebit factum suum ipsius procuratoris, scilicet q̄ litiget coram arbitro, vel iudice, vel q̄ habebit ratum compromissum. & ita declaratur per glo. in illo §. pen.

5 Tene mēti. † In glo. ibi licet reus negaret, & procurator cōfiteretur se nō habere mandatū ab his, non diceretur esse dubiū vel incertum de mandato: quantùm ad hoc vt admittatur cū cautione rati. imò certū est de non mandato. & sic non admitteretur, etiā si vellet de rato cauere: nisi esset coniuncta persona quæ admitti tur. etiam si constet eam, nō habere mandatū. vt j. eo. l. exigendi. & ff. eo. l. sed & hæ. in prin. dummodo non constet de contraria voluntate dñi. vt in l. Pompo. §. fi. eo. titu. Bar. & Doc. quasi oēs videntur reprehēdere hanc glo. in contrariū vult q̄ etiam si procurator nullam fidem facit de mandato plenā, vel semiplenam, sed solùm asserit se habere, & reus negat, q̄ propter hoc dicitur effici res dubia. & sic admittatur cū cautione rati. Nam ex hoc sequeretur q̄ negatio noceret ipsi reo neganti. quia si nō negaret, non admitteretur procurator cum cautione rati, quando nullo modo probet. quia paria sunt non esse, & non apparere. vt in l. duo sunt Titij. de testa. tute. & in l. in lege ff. de contrahen. emp. Et sic diceretur esse certum de non mandato, sicut si confiteretur non habere: sed negatio facit rem dubiam ad commodum negantis. non autem ad incommodum. & ita loquitur. l. quam glo. allegat. Prætereà quando actor nihil probat, & reus negat, non dicitur res esse dubia: imò clara pro reo, vt simpliciter absoluatur. vt in l. qui accusare. §. de eden. & tunc dicitur dubia quando actor semiplenè probat: quo casu reus non absoluitur simpliciter. sed defertur iuramētum vel sibi, vel actori, propter dubium.

6 vt l. admonendi. ff. de iureiuran. † Ideo concludunt Doc. q̄ tunc dicitur esse dubium de mandato reo negante, & procuratore asserente, quantùm ad hoc vt admittatur cum cautione rati: quando procuratori aliquam fidem facit de mandato, sed non plenā: vt quia habet vnum testem, vel literas domini non authenticas, vel quia sunt penes eum instrumenta causæ, ex quibus resultat aliqualis præsumptio. ar. eius quod no. in l. fi. j. de pac. conuen. & tunc admittitur cū cautione rati. aliās nullo modo. & dicunt hoc probari in simili. in l. iij. §. causæ. ff. de carb. edic. Iac. But. tenebat glo. simpliciter. & do. Rapha. ipsum sequitur. quia si procurator affirmat, & reus negat, nec est certum q̄ habeat, nec etiam q̄ nō haberet. vtrunq; ēm est possibile ergo dubiū est vel incertū. & si ita est, locus est huic l. Prætera si re vera habet mādatum fit iniuria

iuria domino si non admittitur. & contra hanc iniuriam nō prouidetur. Sed si non habeat, tunc posito q̄ admittatur cum cautione rati, aut nulla, aut parua, fit iniuria reo: cū sibi sit cautū de sua indēnitate. ideo cautius est in dubio falsum procura. admitti cū cautione rati, postquam reus ex hoc non dānificatur, quā ipsum repellere: etiam si cauere velit. cū sit possibile q̄ mandatum habeat. & sic fieret iniuria domino. & ad ipsum non prouideretur si nullam fidem faciat de mandato etiam semiplenam, postquā asserir se habere: & de contrario non cōstet. si vult cauere, debet, admitti. quæ opi. satis placet. postquam est. de. mente. glo. Et ad contrarium de l. actor. j. de proba. facilè respondetur. quia ibi reo neganti nullo modo prouideretur si actor admitteretur per cautionem rati. & vide istam. q. in Spe. eo. tit. §. ratione formæ, q̄ ibi

7 habetur in addi. † Sed restat dubium difficile. qualiter probabit procura. de mandato. dicit Pet. quòd nō potest probare nisi per instrumētum celebratum inter se & dominū. quia reus illud instrumentum poterit producere contra dominū: si habebit pro se sententiam, non possit venire contra eum si sit celebratum cum

a eo: & faciet fidem contra eū. Si velit probare per testes, a non deberet audiri reo contradicente. quia examinatio testium fit inter procuratorem & reum. & sic non faceret fidem contra dñm, qui non fuit ad hoc citatus. Vnde si admitteretur procur. & posteà obtineret sentētiā, & dñs nollet eā habere ratā, & diceret se nō de disse mādatū nō posset reus se ex illis testib⁹ iuuare cōtra dñm, cui prætiudiciū non faciunt. vt j. res inter alios acta. per totum. et ita tenet Pet. Sed Gul. de cug. contra. per l. si procu. absentem. ff. eo. vbi dicit esse casum. quod etiam tenet Bar. Et ad rationē Pet. respondet qd̄ imò attestationes receptæ inter proc. & reū faciēt fidem contra dñm, quia in hoc dubio procurator habuit legitimam personā ad faciendū hoc declarari. sicut in simili qñ opponit exceptio incōpetentiæ iudi. ipse iudex habet in dubio legitimā personā pronūtiandi se iudicē. & posito q̄ non sit, pnuntiatio facit ipsum iudicē: si nō fuit appellatū. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. Quæ similitudo est satis extranea, & cōtra omne debitum rōnis. q̄ factū procuratoris falsi facientis examinari testes, possit facere prætiudiciū dño absenti. vt sic sibi noceat sententia lata q̄ reo, nisi probet falsitatē testiū per. l. in causæ. §. j. ff. eo. Ideo opin.

* Pet. maiore vtitur ratione & æquitate. Nec ob. l. si procuratorē. ff. eo. dum dicit literis eius approbatis. nā debet intelligi. s. per cō fessionē rei qui cognoscit literam dñi. sed si negaret, non posset probari per testes q̄ sint scriptæ manu dñi, quantū ad hoc vt procura. admittatur. bene tamen testes faciunt indicium vt admitta tur cum cautione rati, non autem sine cautione rati. licet Guli. alij qui tenent aliam opi. velint q̄ admittatur etiam sine cautione. In gl. ibi. [respondeo sic.] dic tū non remanebit cautio prætoria. quæ requirit fideiussorem: sed potius erit conuentionalis.

8 vt l. in stipulationibus. cum ibi notatis. ff. de verbo. oblig. † In gl.

* ibi. Item distingue. dic q̄ in primo casu qñ est certum quòd habet, quia plenè probauit, admittitur: etiam: sine cautione. vt in d. l. si procuratorem. & l. ne satisdatio. rem rat. hab. licet in contrarium faciat. l. si sine. §. cum autem. eodē titul. vbi patet quòd etiam tunc vtilis est cautio rati. quia licet dominus de iure non posit venire contra postquam dedit mandatum: potest tamen venire contra de facto. & sic committeretur stipulatio cōtra procurato. & eius fideiussores ad expensas litis: quia eas non recuperant à domino posteà veniente contra de facto. Sed si cautio non est præstita, non habet reus regressum contra procuratorem, postquam ostendit mandatum quia non tenetur ex eo qd̄ dominus de facto fecit. & ille text. semper fecit me dubitare. dic vt ibi tetigi. nam video quod etiam do. Raph. dubitauit. quia dicit arg. contra. in d. l. si sine. §. cum autem. & non soluit. Item qd̄ suprà dixi procedit quando mandatum est legitimum & sufficiens: aliàs haberetur pro non mandato. & non admitteretur sine cautione. vt l. illud. in fi. cum l. seq. ff. de mino. Item procedit quando non dicebatur mandatum fore reuocatum. quia tunc mandatum prædictum, licet probatum reuocaretur in dubium: & sic debent cauēri. vt l. vulgo. ff. de admi. tuto. In secundo verò membro quando constat quod non habet: non admittitur: etiam si velit de rato cauere. Fallit in coniuncta p̄sona vt §. dixi. Item in casu l. non tantum. ff. de appella. Sed ibi potius suo nomine appellat quam nomine condemnati, vt ibi patet. In tertio verò casu quando est dubium, admittitur cum cautione rati. Fallit in casu l. quæ ita. §. j. ff. ad Trebel. per a rationē de qua ibi. Item fallit in eo qui velet agere procuratorio nomine ad exigendum pecuniam. Nam oportet q̄ plenè probet mandatum: nec admittitur cum cautione rati. vt no. in l. non solùm. §. quæ alieno. ff. eo. per glo. quod etiam tenent Doc. exceptio Bar. qui tenet contrarium in l. si sine. ff. rem ratam habe. dic vt ibi Paulus.

¶ Testes. Adde Ang. in cōsi. cxcj. & adde q̄ mandatum ad cō trahēdum matrimonium probatur per testes. & hæc est cōmunis opi. secundū Alex. de Imo. in cōsilio cxlix. col. pe. ver. nec dicatur in v. volumi. Francis. Cur.

2 §¶ *Pœna si uenit applicanda parti, dicitur causa ciuilis, sed si fisco, dicitur criminalis: & an in ea posit interuenire procurator?*
3 *In causa appellationis an sit præstanda cautio de iudicato soluēdo, si fuit præstita in causa principali, & quid si non fuit præstita, sed post litem contestatam fuit legitimata persona procuratoris rei?*

LEX II.

1 CVm rem. † In causa pecuniaria principali vel appellationis, potest interuenire pro

2 curator. hoc dicit. † In tex. ibi. [rem pecuniariam esse dicas.] dic quia fuit actum ex contractu vel quasi ad pecuniam vel rem æstimabilē per pecuniam, vel ex delicto vel quasi ad pœnam applicandam parti. & sic dicitur causa ciuilis: in qua sine dubio pōt interuenire procurator, tam in causa principali, quàm appellationis. vt l. j. §. vsus. ff. eo. Si verò ad pœnam applicandam fisco, & sic erat causa criminalis. vt no. in l. agraria. de ter. mo. tunc est dubium an possit interuenire procu. & glos. videntur sentire q̄ sic. quia volunt q̄ quando imponitur pœna

* à relega. infrà possit interuenire. Secus si suprà. vt no. in l. seruū quoq;. §. publicè. ff. eo. alter. contra argu. huius textus. à cōtrario

* sensu. dum vult quod ideo hic admittatur quia erat pecuniaria, id est ciuilis. Si verò criminalis, licet pœna esset pecuniaria, tunc secus. vt innuit hic. & ita tenet Pe. dic vt no. in l. pe. §. ad crimen. de publi. iudi. In tex. ibi. [solennibus impletis.] dic glo. intelligit, id est præstita cautione vel satisdatione de iudicato soluendo. & tunc ista mulier quæ queſiuit ab Imperatore, erat rea. vel dic de rato si non probaretur mandatum. & tunc erat actrix. & lata fuit

3 sentētia pro se à qua aduersaria appellauit. † In glo. super verbo. [appellationi.] oppo. vt in glos. contra tex. q̄ non sit præstanda cautio de iudicato soluēdo in causa appellationis. quia si fuit præstita in causa principali, durat in causa appellationis. & sic superflua iterū interponeretur causa. nam debet durare quousq; causa fuit finita. sed si non fuit præstita, tunc si post lit. conte. fuit legitimata persona procuratoris rei, vt amodo non possit compelli præstare dictam cautionem, sicut nec cautionē rati. vt l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. eo. ita sentit gl. quam no. propter hoc glo. soluit tribus modis. primo quod hic non erat causa appellationis. sed principalis. & non erit lis contesta. & dum dicit appellationi. exponit, id est interpellationi. Sed truffa est. quia destruit literam. Vnde soluit secundò. q̄ in causa principali non fuit præstita: quia iste maritus in illa causa non interuenit. sed nūc interuenire vult in causa appellationis. Vnde necesse habet legitimare suam personam quæ nunquam fuit legitimata. vt in l. ij. de cō sor. eius. lit. Nam contestatio precedens non legitimat personam procura. posteà interuenientis. & ista est satis bona. Vel tertiò potest intelligi q̄ interuenit & satisdedit. Tamē illa satisdatio finit per sententiam: quia non habet effectū nisi in sententia illius iudicis, coram quo fuit interposita. quia illi tantùm sententiæ videntur fideiussores se subiecisse: cum agitur ab illa sententia, & fuit appellatum. & sic non transiuit in rem iudicatam, & fideiussores sunt liberati: quia posito q̄ per iudicem appellationis confirmaretur illa sententia, non mitteretur executioni illa sententia prima. sed secunda. vt l. furti. §. j. & ibi no. ff. de infa. & illi secundi fideiussores se non subiecerunt. & de hoc est casus in l. cum apud Sempronium. ff. iudi. sol. & in l. iij. in princi. ff. eodem titu. Ideo necesse erat eam renouare. argu. in l. si filius fami. ff. de dam no infecto. ita vult ista glos. Breuiter dic de isto articulo, vt plenè no. in dicta l. cum apud. ff. iudi. sol. per Barto. quæ est singularis. In fin. glo. ibi. [sed curator non.] Ratio diuersitatis est. quia procurator datur à minore, & potest reuocari pro libito voluntatis. sed curator datur minori. & non potest reuocari per minorem. & ideo de minori agitur prætiudicio. quia posset maritus damnificare vxorem, si esset eius curator legitimus. Et ab ea non posset reuocari. Non sic si est procurator.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Prima citatio. Ad de de hoc & dic vt p Barb. in consil. xviij. colum. iij. in j. volu. Francis. Cur.

b ¶ Contumacia procuratoris. Adde Bar. in l. cum à matribus. C. qui petāt tutores. Bald. in l. si procurator. ff. de condi. inde. & in l. ff. ll. quis ius dicen. non obtem. & quando contumacia procuratoris noceat dño. vide per Alex. de Imo. in cōsi. xlix. col. ij. ver. & si procurator. & in cōsi. xcv. col. iiij. & v. in ij. vo. & in consi. lxxxiiij. in fi. in j. volu. & ibi quid de machinatione. Francis. Cur.

c ¶ Mulier non potsit esse. Adde gloſ. in c. non ſolent. ij. q. vj. & gl. in c. dilecta. de cōfirm. vti. vel inutili.

d ¶ Nō poteſt eſſe procurator Adde Arch. in c. ſcriptū. vj. q. iij.

¶ *Prima citatio, an poſsit incipere à procuratore rei?*

Iudex poteſt amouere ab adminiſtratione, illum qui contumaciter abeſt, & dominum non defendit, & quid in procuratore?

Contumacia procuratoris, quando noceat domino?

LEX III.

Vm qui. † Ex contumacia adminiſtratoris poteſt ipſe ab officio remoueri vel contra principalem admiſſionem in poſſeſsionem ex primo decreto peruenīri. hoc dicit. iſta l. multum ſingularis ſecundùm Barto. Aliſ contra. quòd propter ſolam contumaciā procura. poſsit procedi admiſsionē. ſed debet requiri ipſe dominus abſens iteratò. & eius amici & conſanguinei. & ſi nullus comparet ad defendendum, fit miſsio ex eo quòd non defenditur. & hoc probat iſte tex. dum dicit. [deliberauit autem prætor, ſi non &c.] Sed ſi opin. Barto. eſſet vera, non expediret aliam deliberationem facere. ſed ſufficeret procuratorem non comparuiſſe, neq; defendiſſe. & hæc opi. placet. quam tenet domi. Raph. † Nota. primò ſecundùm Barto. quòd prima citatio[a] poteſt incipere à ,pcuratore rei, facit l. ſolent. de alimen. & ciba. lega. & hoc quando habebat legitimum mandatum ad cauſas, vel generale, vel ſpeciale in hac lite. Sed gloſ. in capitu. cauſam. de do. & contuma. dicit primam citationem debere fieri de ipſo principali. & ſi non comparet, poteſt poſteà citari procurator. & dicit Barto. quòd ſine dubio iſta practica melior eſt. Sed dic quòd iſtud procedit principali exiſtente in ciuitate, vel prope. ita q; de facili poteſt citari, aliàs poſſet procedere ſimpliciter primum dictum. facit l. j. §. primo. vel ſecundo. ff. de libe. agno. † Nota. ſecundò quòd iudex poteſt amouere ab adminiſtratione illum qui cōtumaciter abeſt. & dominum non defendit. ſed hoc videtur habere locū in tutore, vel curatore, vel alio legitimo adminiſtratore. Nam illi ſicut dantur à iudice, ita poſſunt à iudice remoueri. non ita videtur in procuratore. quia ille non datur à iudice, ſed à parte. ideo non pertinet ad iudicem alicui prouidere de procuratore. † Not. tertiò quòd contumacia procuratoris[b] nocet domino in his quæ ſunt modici præiudiciꝫ, ſcilicet vt peruenīatur ad miſsionem ex primo decreto contra dominum. non in his quæ ſunt magni præiudiciꝫ, quod peruenīatur ad ſecundùm decretum. vt l. hoc amplius. §. fi. de dam. infect. ſecundùm Barto. Tu dic melius, vt §. dixi. quod hic non peruenītur ad primum decretum propter ſolam contumaciam procuratoris. & vide hoc quod nota. in Specu. de actore. §. primo. verſi. ſed quæritur vtrum pater.

1 2 3 4

a b

¶ *Procurator actoris, an poſsit repelli ab agendo, ſi non habet etiam mandatum ad defendendum in cauſa reconuentionis?*

LEX V.

Ctionem. † Procurator actoris non admittitur ad agendum, niſi defendat dominum in cauſa reconuentionis. hoc dicit. Venio ad caſum. In tex. ibi. [ſi non eum defendat.] dic. dum tamen defendere poſsit arbitrio boni viri, vt in cauſa ciuili mouēda per reum contra dominum. ſed in criminali non tenetur defendere. quia non poſſet etiam ſi vellet. ſecundùm Pet. & Cyn. † Item videtur quòd debeat habere mandatum ad defendendū in cauſa reconuentionis. aliàs non cenſetur mandatum legitimum, & contra inſtrumentum poſſet obiſci. vt nota. in Specul. eo. titu. §. j. verſi. Item exigitur quòd licet habeat. In gloſ. ibi. [ſi reus ſtatim agere vult.] dic ſcilicet ipſe reus, id eſt ſtatim reconuenire. ſi autem nō ſtatim, ſed ex interuallo. tunc glo. vult quòd procurator actoris debeat cauere cum fideiuſſoribus de defendendo, quando reus vellet agere. Pet. contrarium dicit. quia hoc non reperītur iure cautum. & quia ſequeretur abſurdum, quòd eſſet in poteſtate rei procuratorem actoris ſemper repellere. dicere enim ſe velle reconuenire dominum in mille marchis auri. & ſic non reperiret procura. qui vellet pro eo fideiubere. Glo. verò in l. ſed & hæ. §. defendere. ff. eo. limitat quod hic dicit glo. vt procedat quando reus nō haberet iura ſua in promptu. vt nunc poſsit agere. & de hoc facit fidem iudici. nam æquitas ſuadet vt ſibi prouideatur, & iudex poterit ſibi ſtatuere certum tempus infra quod agat. argu. l. ſi quis libertatem. poſt medium. ff. de peti. hęreditā. quod ſi non fecerit, liberati ſint fideiuſſores. Sed ſi non oſtēderet iuſtam cauſam quare nunc non agat, locum habet opi. Pe. & iſtam videtur tenere Barto. & dicit eſſe caſum. in l. j. j. de ſatiſ. quòd teneatur cauere. facit l. & ideo. §. ſed ſi pater. ff. rerum amotarum. iuncta l. j. §. ſed cùm poſsint. ff. de colla. bono. Et notandū quod cum incipit defendere: tenetur cauere de iudicato ſoluendo, tanquam procurator rei. in qua cautione continetur clauſula de defendendo in tota l. Pe. autem ad illam l. j. de ſatiſ. reſpondet. ſed diſtinctio de qua ſuprà communiter approbatur.

1 2

LEX VI.

Eum criminis. † Accuſatus vel inquiſitus de crimine, quouſcq; pēdet proceſſus non poteſt eſſe procurator alterius ad iudicia. propter hoc contra inſtrumentum in cauſa procuratoris deductum poteſt obiſci quod non eſt legitimus procurator. quia contra ipſum pendet inquiſitio vel accuſatio coram iudice maleficiorum. & dicit Petrus quòd nō refert de quo crimine, quia iſte tex. loquitur indiſtinctē. & ſic etiam de leui crimine. Sed aliqui dicunt quòd debet intelligi ſcilicet de crimine capitali: præcedens magis placet. vt tendat ad purgationem innocentiæ antequam pro alio admittatur. Iſta tamen exceptio eſt dilatoria. ideo debet opponi ante lit. conte. poſteà verò non poſſet opponi. ſicut cæteræ dilatoriæ. vt infrà eodem. l. ita demum. & hoc vult gloſſa.

1

¶ *Clericus quòd non poſsit eſſe procurator alterius, ſi eſt conſtitutus in ſacris, uel habeat beneficium eccleſiaſticum, cui debet intendere. & quid in monachis?*

LEX VII.

Militem. † Miles non poteſt eſſe procurator[d] alterius, etiam coniunctæ perſonæ. hoc dicit. Et hoc ne abſtrahatur ab officio militiæ in damnum reipublicæ pro factis alienis. Sed pro proprijs bene poteſt agere. vt infrà eadem. lege, qui ſtipendia. In gloſſa, ſuper verbo. [reſcripto.] ibi. [de precibus imperatoris offerendis. lege, quoties.] vbi per reſcriptum poteſt tolli exceptio dilatoria. & hic dicitur contrarium. Dum dicit textus. [ex ſacro reſcripto.] nam iſta excep. tu es miles. ideo non potes eſſe procurator, eſt dilatoria. vt j. eodē. l. ita demum. gloſ. ſoluit tribus modis. tene vltimam. quam declara hoc modo, quia contrarium loquitur in non tamen neceſſaria. vt ſtudiorum. Hic verò debet intelligi quando eſt neceſſaria, puta reipublicæ. & omnia iſta colliguntur ex gloſſa prima. & iſta proſequere vt nota. in l. finali. ff. de in integrum reſtitutione.

1

d

tur in exceptione dilatoria: quę non fuit inuenta pro vtilitate reipublicæ. ſed iſta q; miles non poſsit exercere procu. pro alio, fuit inuenta pro vtilitate reipublicæ. Ideo reſcriptum per quod iſta exceptio tolleretur, tanquam ſubreptitium non valeret. vt l. nec damnoſa. §. de preci. impe. offe. & in l. fi. §. ſi contra ius vel vti. publi. niſi diceret non obſtante quacunq; l. contrarium diſponente. licet non exprimeret illam l. vt no. in d. l. fi. per Doc. & in authē. 2 buſibus modis natu. effi. ſui. §. fi. † In ea. glo. ibi. [an autem idem a in clericis.[a]] dic Doc. dicunt q; ſic. ſi ſunt conſtituti in ſacris, vel habent beneficium eccleſiaſticum: cui debent intendere: aliàs ſecus. ſicut in officio tutelæ diſtinguetur. vt no. §. de epiſc. & cleri. b authen. presbyteros. & l. generaliter. Item & monachi[b] etiam ſi non ſunt clerici, non poſſunt eſſe procuratores laicorum. vt in dicta authentica presbyteros. in fine.

2 ¶ *Procurator quando ante litem conteſtatam poſsit alium ſubſtituere?*

3 *Procurator habens poteſtatem ſubſtituendi alium nō ſpecificata aliqua perſona, an poſsit ſubſtituere quem uult?*

4 *Poſtquam talis procurator alium ſubſtituit, an poſsit eum reuocare?*

Si dubitatur de iſta ſubſtitutione, an debeat ſubſtitutus cauere quòd ſubſtituens habebit ratum, an autem quòd ipſe dominus?

5 *Procurator conſtitutus ad negotia cum generali mandato, poteſt quandocunque ad negotia procuratorem conſtituere, & ſi uellet qñ debeat ſubſtituere, an agere poſsit.*

LEX VII.

Vod quis ſibi. † Procurator ad lites conſtitutus, non poteſt ante lit. cōteſta. alium loco ſui ſubſtituere. h. d. † In tex. ibi. [exigere tibi mandauit &c.] & ſic loquitur in procu. actoris. Idem in procura. rei. vt ante litem conte. non poſsit alium loco eius ſubſtituere. hoc tamen verum. niſi ſatiſdediſſet de iudicato ſoluendo, quia tunc loco domini haberetur. l. antepe. ff. eo. & facit l. defunctus. eo. ti. & ſic poſſet ſubſtituere. ita no. in Spec. eo. ti. §. j. ver. ſed nunquid defenſor. Bal. tamen hic videtur aliqd ſentire. qui quantum ad effectum de quo in iſta l. non habeatur loco domini. Item intellige hanc l. niſi talis procurator habeat poteſtatem ſubſtituendi. nam tunc poſſet, dummodo exprimeretur certa perſona quam ſubſtituere poſſet ſecundùm quoſdā. 3 per l. ij. ff. eo. † Sed certè hodie determinatum eſt in c. j. extra eo. ti. lib. vj. q; etiam ſi non fuerit ſpecificata perſona, valeat iſta poteſtas data ſubſtituendi in inſtrumento procurationis. & ſic poterit ſubſtituere quem vult. hoc tamen verum. ſi talis procurator principaliter conſtitutus erat habilis ad officium procurationis exercendum ſed ſi inhabilis: vt quia miles, vel mulier, vel religioſus, tunc ſi data eſt ſibi poteſtas ſubſtituendi alium: an poſsit ſubſtituere, poſito q; ipſe non poſsit per ſe exercere. & ſic an ſit inhabilis ad ſubſtituēdum, vel non. dic vt plenè no. in cle. religioſus. eo. ti. Et q; poſsit ſubſtituere, Legiſtæ ſolent allegare tex. cum glo. in l. cum eſſent. §. fi. vel in prin. ff. de ſer. ruſti. prædi. 4 vbi glo. alle. iſtum tex. in ar. ad hoc. † Item an poſtquam talis procurator alium ſubſtituit, poſsit eum reuocare? dic vt habetur hodie in c. is qui. eo. tit. li. vj. Et adde quod no. per Bar. de iſta materia in l. ſi procuratorem. §. j. ff. man. Item ſi dubitatur de iſta ſubſtitutione, an debeat cauere q; iſte ſubſtituens habebit ratum. An autem q; ipſe dominus principalis, videtur diſtinguendum. an ſubſtituerit ex eo q; litem erat cōteſtatus. & ſic ſit effectus dominus litis. & tunc qui ſubſtituit nomine ſuo, & ex iure in eius perſona eradicato, debebit cauere q; ipſe ſubſtitutēs habebit ratum. Si verò non erat lis conte. ſed ſubſtituit propter poteſtatem ſubſtituendi ſibi datam. tunc quia non ſubſtituit iure ſuo, ſed domini, debebit cauere q; dominus habebit ratum. de hoc no. in d. §. j. & in l. ij. de cura. bo. dan. Item prædicta procedunt quando procurator vellet ſubſtituere in tota cauſa, quę erat aliena, non ſua. Sed pone q; diſceptabatur an haberet ſufficiens mandatum, vel nō. & ſuper hac diſceptatione ipſe vult procuratorem ſubſtituere ante li. cōte. an poſsit? dic q; ſic. quia iſta eſt cauſa propria, ſua, non aliena. ita no. eo. ti. in Spe. §. ratione formæ. ver. porrò. & no. 5 j. eo. l. licet. † In glo. ibi. [ſed ad negotia ſic.] intellige iſtam glo. ſanè vt procurator conſtitutus ad negotia cum generali mandato poſsit quandocunq; ad ipſa negotia procuratorem conſtituere: quia in negotijs non conteſtatur lis. Sed aduerte. quia virtute talis mandati ad negotia poteſt etiam agere, quia hoc eſt de negotijs. vñ ſi vellet ſubſtituere, an agere poſſet? dic q; nō. niſi lis fuiſſet cōteſtata per gñalē, ,pcuratorē. vt l. ſi ,pcuratorē. §. j. ff. mā. vbi ,pbat. & adhuc expreſsius in l. neq; j. eo. Nā tutor & curator habent generale mandatū ad negotia. & poſſunt agere per ſe ipſos virtute talis mādati pro pupillo, vel adulto. & tamen in cauſa nō poſſunt dare procuratorem niſi lit. cōteſta. per eos. ſed eſt neceſſe vt peruenīatur ad actorem. vt ibi habetur. multominus ,pcura. generalis qui non habet legitimū mā- b datum. ad ipſa verò negotia extraiudicialia bene poteſt alium ſubſtituere: & ſic licet virtute talis mandati dati à dño veniat poteſtas agendi. ſi tñ eſt datū ab ipſo ,pcura- c tore, qui non erat dñs ante lit. conteſt. non venit poteſtas agendi. quamuis illud non poterit dari nec ſpecialiter, nec generaliter. Hæc autem procedunt qñ non fuit electa induſtria perſonæ, aliàs etiam ad negotia non poſſet ſubſtitutum dare. & præſumitur electa induſtria, quando fuit datū mandatum ſuper vno negotio non limitato. ſed limitando eius arbitrio. puta quod venderet talem rem meliori pretio, quo poſſet. nā d tunc cenſeretur electa induſtria. & nō poſſet alium ſubſtituere. l. ſi. § primo. ff. de diuer. & tempo. præſcri. ſi verò limitatum. puta quòd venderet ,p tanto pretio, non cenſeretur electa induſtria. quia quilibet ſciret facere: & ſic poſſet ſubſtituere. ita no. in dicta l. ſi procuratorem. §. fi. & in dicta l. fi. ff. de diuer. & tempo. præſcri. per Barto.

a ¶ Idē in clericis. addē Abb. i c. in noſtra. & ,pcu. Abb. in c. cū eſſent. in j. no. de ſimo. Ab. in c. p venerabilē. i j. no. g filij ſint legi. Archi. i c. puenit. lxxxvj. diſtin.

b ¶ Idē & monachi. ad de tex. in cle. religioſus. de pcu. Inn. in c. cū I. & A. de re iudica. Abb. in c. ex parte. de poſtulando.

c ¶ Ceſſas. an & qñ agēs ex iure ceſſo debeat in libello hoc exprimere. adde & dic vt per Alexā. de imo. i cōſ. cxxxviij. co. ij. ver. ij ex alio. i ij. volu. Cur.

d ¶ Bānit⁹. adde Bal. i l. q accuſare. C. de edē. Io. an. in c. ſup eo. quod met. cau.

e ¶ Excōicatus. Adde Doc. in c. intelleximus. de iud.

1 2 3 4 5

¶ *Mulier, poteſt eſſe procuratrix in rem ſuam.*

Factum uel confeſsio cedentis an poſsit præiudicare ceſsionario?

Quomodo cognoſcatur an ceſsionarius intentet utilem, an exercitium directæ?

Ceſsionarius quando agit iure ceſſo, facit narrationem ex perſona cedentis. tamen concludit in perſonam ſuam. & nu. 6.

Si narrat aduerſarium ſibi teneri, an libellus erit inceptus?

LEX. IX.

Vi ſtipendia. † Miles poteſt eſſe procurator in rem ſuam. h. d. Quia tūc gerit negotium ſuum, non alienum. & l. non prohibet ſi bi gerere negotia ſua: ſed aliena ſic. Et ideo videtur in 2 muliere, quæ propter verecundiam ſexus prohibetur eſſe procuratrix alterius. pro ſe non prohibetur litigare. ideo poterit eſſe procuratrix in rem ſuam: quia licet reſpectu directæ actiōis quę remanſit penes cedentem, nec ab eius oſsibus potuit ſeparari. vt in l. quis ergo caſus. ff. de pecu. dicaē ceſsionarius eſſe procurator, reſpectu tñ vtilis in ipſum tranſlatæ non dicitur procurator: ſed alterius dominus. & etiam reſpectu vtilitatis, quę debet peruenire ad eum: & penes eum remanere: ſed ſi haberet reſtituere cedenti: tunc diceretur procurator alterius potius quàm dominus: licet per ceſsionem vtilis fuerit in ipſam trāſlata. per ea quæ no. in l. fi. j. eo. & quod tangitur per Bar. in l. facta. §. ſi hæres. ff. ad trebel. in q. illa † an factū vel cōfeſsio cedentis poſsit præiudicare ceſsionario? quia ſi commodum eſt penes ceſsionarium remā ſurū, non poteſt. ſecus ſi ad ipſum cedentem reuerſurum: quia non diceretur nocere ceſsionario: ſed ipſi cedēti. In tex. ibi. [qui honeſta & verecunda prę cedēte cauſa.] vt quia eſt debitor ſuus & cū non poſſet ſibi ſoluere, ceſsit ſibi actionem contra aliū debitorem ſuum. vt ex eo quod inde redigeret ſibi ipſi ſoluent: vel quia cedens ſibi donauit actionem ſuam, vel vendidit ex iſta cauſa: aliàs præſumeretur redemptor litis. & ſic nō eſſet honeſta 4 & verecunda cā. † In tex. ibi mandatas. i. ceſſas[c] per quem ceſsio c nē transfertur vtilis, & etiā exercitiū directæ & primam intentat ſuo noīe: ſecundā verò intentat nomine cedētis: ſed qñ cognoſcit an intētet vtilē vel excercitiū directę? dic ex cōcluſione libel li: qa ſi petit aduerſariū cōdēnari ſibi ſuo noīe, vī intētare vtilē. Si verò ,pcuratorio noīe cedētis, vī intētare excercitiū directæ. Eſt aūt vtilis in hoc: qa in primo caſu nō poterit ſibi opponi ex- d ceptio cōcernēs merè pſonā cedētis. puta q; ſit bānitus[d], vel ex- e cōicatus[e] q; phibēt agere. & iſta ,pbatio afficit dūtaxat pſonā: non aūt ipſum debitū: ſed ſi ageret ,pcuratorio noīe cedētis. talis exceptio poſſet ſibi opponi: ſicut ſi ipſe cedēs per ſeipſum ageret: qa videt per ſe agere. ex quo per procuratorem ſuū. de hoc not. in c. j. de iurepa. lib. vj. & in l. apud Celſum. §. ſed cū legitima. ff. de doli excep. ſi autem non appareret ex concluſione libelli quam

Universidad de Deusto
Biblio

a ¶ Impropriādo. Ad de Bar. & ibi Alex. i l.si olei.j. loc. Inno. in c. cōquerēte. de offi. ordi. & in c.cū venerabilis. de except. & not. in l. sed & si possessori. §. Itē si iuraue ro. ff. de iureiur. & in l. inter stipulantē. §. i. ff. de ver. obl. per do. Mari. Soci. late in c. dilecti. art. xxxiij. de libelli obl. & domi. Alex. de Imo. in cōs. cxxi. colum. j. in j. volumi. Francis. Cur.

b ¶ Libera ptās. Adde q̄ virt⁹ ist⁹ verbi libera. operat̄ q̄ si facta est cōmissio plu ribus cū libera. puta si dicat̄ cōmittimus, Titio & Seio, dando ipsis liberā cōmissio nē. tūc vt̄ cuilibet in solidū facta cōmissio. ita Bal. in rubri. j. de exerc. & adde q̄ dicit Bal. nota. in l. ff. j. q̄ cū eo. q̄ si appa ret cōmissio, in qua dicat̄ volum⁹ q̄ Titius possit illud q̄ possum⁹: q̄ propter hoc vt̄ hr̄e potentiā obligādi dñm. quod nō est ex alio nisi ga videt hr̄e spālē magistratū. & ide ſt dicatur volo q̄ habeat totalē ptātē. ita Ang. in l. ſi illud. §. ſi tales. ff. eo. titu. Cur.

c ¶ Minister nud⁹. Ad de q̄ dicat̄ nud⁹ ministēr in l. ſi q̄s. ff. de Ie. ij. & in l. pecuniē. i prin. ff. de ali. & cib. lega. Ang. in l. nec ciuitatis. ſuper glo. magna. ff. de procurato.

b habita resti. l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. & l. nec non. §. exemplo. cū ibi no. quibus ex cau. ma. Sed si liberatio fuit facta per acceptilationem, tūc traxit secum executionem quo ad ciuilem & naturalem obligationem, & etiam actionē. Ideo propter dolum non redditur liberatio nulla. sicut nec contractus bonæ fidei. secuta executione. vt dixi in l. si maior. ś. tit. j. & ideo si iste esset maior, succurreretur sibi per actionem de dolo. vt in d. l. sub prætextu: sed quia est minor, cui succurritur beneficio restitutionis, cessat actio de dolo: quia est subsidiaria. hæc est intentio glos. in prima solutione, quam puto veram. postea ponit aliam. dicendo q̄ ista l. potest intelligi etiam quando per pactum fuit facta liberatio: & tūc nō indiget restitutione, quantum ad hoc vt possit intentare actionem primam: cum illa non sit subiata. sed si eam intentat, & aduersarius excipiat de transactione, & ipse velit replicare de dolo, nō admittitur nisi præhabita restitutione. & hāc puto fuisse mentem gl. in fi. sed nō puto hoc verum: quia procederet. si dolus aduersarij non interuenisset, & vellet replicare ioluminodo propter priuilegium ætatis. Sed quādo interuenit dolus aduersarij non indiget restitutione: quia etiam si esset maior, non indigeret: prædicta tamen vera. præsupposito q̄ tranactio valeat mero iure: quia interuenit solennitas debita. Scilicet autho
ritas, cura, vel decretum iudicis supplentis. vel nō habebat curatorem. vt ś. eo. l. si curatorem habens: sed si habebat, & non interuenit: tunc transactio est nulla alio respectu. l. propter solennitatem. etiam si nullus dolus aduersarij interuenisset: & hoc puto fuisse de mente glo. dum dicit. [dic cum iudicis authoritate, aliàs ipso iure.] tota ista gl. loquitur obscurè: & parū a
intelligibiliter: sed ex prędictis remanet clarissima: illa tñ nō erat necessaria. † Vltimò
6 allegat iste text. q̄ cōsanguineus p̄sumat a scire ætatem consanguinei, vel facta eius. et sic si aliquis interrogatus quomodo scis? respondeat ga sum eius cōsanguineus. videtur reddere sufficiētem causam dicti sui. per hāc l. & per l. octaui. ff. vñ cog. & ita dicit Bar. in l. j. ff. si cer. peta. Sed hoc nō verū indistinctè: vt not. hic per Bald.

2 ☞ *Libellus in quo quis diceret se minorem, & læsum, ideo peteret se restitui: non concludit.*
3 *Quid si iudex talem libellū non reijcit, sed super eo processum est, & fuit oppositum de ineptitudine, an sententia lata super eo uideret?*
4 *Minor qui iure communi usus est, faciendo aliquem actum, non propter hoc uidetur circunscriptus.*
5 *Ad positionem specici sequitur positio generis, affirmatiue: sed non sequitur remotio generis, negatiue.*

LEX IX.

On videtur. †Minor lę
b ius nō sui facilitate: quia fecit id quod diligēs paterfamilias fecisset, nec etiā læsus dolo aduersarij: sed casu fortuito, non dicitur circunscriptus: ideo non restituit in integrū. h. d. secūdū lect. gl. quæ exemplificat qñ emit seruū sibi necessarium: quí post ea casu fortuito, et sine eius culpa mortuus est. ff. de minori. l. verū. §. Itē sciendum. vel adiuit hæreditatem locupletem: & postea casu fortuito bona perierunt: vt ea. l. §. si locupleti. & ista lectura fine dubio est vera. nec propter eam facta est hæc glo. Guar. sup
2 cuius intellectu glo. hic laborat. † Et ex ista lectura dicit Barto. hic in fi. notabiliter q̄ libellus in quo quis diceret se minorem, & læsum: & peteret se restitui, nō concludit: quia nō sequitur est læsus & minor: ergo restituendus: quia pōt esse læsus casu fortuito: & non sui facilitate: nec dolo aduersarij: & sic non dicit circūscriptus, & restitutio non est fienda: nisi qñ est lęsus cum circuitiōe, quæ præsupponit eius facilitatem, vel aduersarij dolum. potest ergo opponi de ineptitudine. & iudex potest ipsum reijcere ab
3 ipso principio. l. j. cum ibi not. ff. de offi. asse. † Si autem nō reijcit, & super eo processum est: & tunc aut fuit oppositum de ineptitudine: & tunc videtur q̄ sententia lata super eo non valeat: per
b notata. instī. de obligationi. in princ. & per Bald. in l. actori. j. de iureiu. nisi statutum dicat exceptionem fore reseruandam in calculo ferendæ sententiæ: quia tunc iudex procedendo sup eo ad vlteriora non delinqueret, nec grauaret partem: & tūc etiam qñ nō esset oppositum de ineptitudine, deberent inspici acta tpe ferendæ sententiæ: & si ex eis posset apparere de sui facilitate, vel dolo aduersarij, poterit ferri sententia pro minore: quia per sequētia actus, seu prosecutionem videtur libellus fuisse declara. ar. in l. ij. j. de iudi. vel inspicitur prosecutio ad limitationem libelli generalis. Sed ista lect. nimis restringit hanc l. quia non loquitur ita specialiter in eo qui fecit id quod diligens fecisset. & quādo fuit læsus per casum: sed loquitur in eo qui fuit vsus iure communi aliquid faciēdo: & nihilominus fuit læsus, nō per casum. & dicit hic q̄ nō, ꝓterea fuit circunscriptus. & sic non est restituendus: qa nō videt læsus sui facilitate, nec dolo aduersarij, ex quo vsus est iure cōmuni; ꝓterea nō videt circunscriptus. Pone exemplū per id quod no. j. ti. proxi. l. j. per Cy. in filio minore, qui fideiusit pro patre incarcerato. nā iste vtit iure communi: quia lex sibi hoc mandat: si nō vult posse exhæredari: vt in aut. si captiui. de epi. & cle. licet ex hoc lædatur, nō restituit. & tñ nō lædit casu fortuito.
4 † vel pone. dicit statutum q̄ causæ inter cōsanguineos debeant cōpromitti. minor litigat cū cōsanguineo. fuit coactus cōpromittere, iste vtit iure cōmuni: quia fecit id quod habet necesse facere, si postea lædat: quia ferat cōtra ipsum sniа, nō lædit casu fortuito, & tamen nō restituitur propter hoc q̄ compromisit secus si nō fuisset artatus per statutum. quoniam eoipso quòd compromittit lædereturl. si minor. §. minores. ff. de mino. Et tunc ista

¶ Consanguineus p̄sumitur. Adde Bald. in l. quicunq;. in j. col. j. de fer. fu. Barto. in l. minor xxv. annis. in fi. de mino. Et vide not. in l. j. ff. si cer. pe. & an ista sit bona rō in teste: quia consanguineus, vel vicinus, vide per Alex. in cōs. lj. col. ij. vers. Item si testis. vbi q̄ sic & in consi. lxxv. colū. iij. ver. non obstat. in secūdo vol. & in consi. lxxxij. in iij. volu. & qñ cōsanguineus vel cō sanguineus præsumatur scire facta consanguinei vide per eundem Alex. in consil. xxxvj. col. ij. & consil. xlj. col. iij. in j. vol. & in consi. ciij. col. iij. in iij. vol. & ibi de vicino. Franc. Curt.

¶ Insti. de ob. in prin. Ad gl. ibi adde Bal. ī l. j. ff. de iurisdi. om. iudi. & Lud. de ro. ī suo consi. lxxviij. inci. visō qōnis Themate. & latè d. Maria. in repet. c. dilecti. arti. xxxiij. de libel. obla. Et eundē Paul. de ca. in consi. cccij. in antiq. Franc. Curt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 ¶ Maius gaudium. Adde c. quodcūque. xxiij.q.j. & in c.qa fanctitas tua.l. dist. c.pœnitentem. xxvj. qō. vij. & in ca. hæc autem. vita. xxij.q. iij.

lex deberet sic exponi minor, q iure cōmuni vsus est.aliquē actum faciēdo, nō ꝓpter hoc videt circunscriptus. & sic tollitur per hanc l.quædā consequentia affirmatiua. si quis diceret:est vsus iure cōmuni. ergo est circunscriptus,& ista cōsequētia nō valet, & infertur quædam cōclusio negatiua:quę est opposita affirmatiuę,nō tamē est opposita antecedenti,vt dicamus est vsus iure communi.ergo non est circunscriptus aliud est enim dicere est vsus,ergo est circunscriptus.& ista cōsequentia nō est bona aliud est dicere est vsus,ergo nō est circūscriptus & ista est bñ bona.& est opposita seu contraria præcedenti conclusioni affirmatiuæ,nō autem est opposita antecedēti quod est vsus iure communi.quare autē nō ideo opposita est.ratio:quia illud añcedens vsus est iure communi.habet se ad cōsequentiam negatiuam.tanquam species ad genus:quia esse vsum iure communi est spēs.& cōsequēs se habet vt genus : quoniam eorum q
5 non scribunt, quidam vtuntur iure cōmuni,quidam nō. † Et regula est.q ad positionem spēi bñ sequitur positio gñis affirmatiuè.Sed nō sequitur remotio generis negatiuè. Nā si dico iste est homo,bene sequitur ergo animal. Sed si dico iste nō est homo, nō sequitur:ergo nō est animal.& hoc modo intellexit Guar.qui posuit super hac.l.talem glo.cōsequentiam tollit hæc.l. nō oppositum infert:quia pars eius est.& fuerunt verba Aristotelis. vt dicit gl.in fi.in quorum enim verborum expositione gl.laborat.exponit enim tribus modis:vt ex ea colligitur. Cōstat autem q genus & species nō sint inter se opposita : cùm species affirmatiuè referat genus:sed Hugo.neg.hoc vltimum.q illud antecedēs est vsus iure communi:se habeat vt species:& illud cōsequēs.nō est circunscriptus,se habeat vt genus:& sic antecedens sit pars cōsequentiæ:accipiendo partem & totum pro specie & genere:imò se habent vt excedentia & excessa. Sicut enim nō circūscriptorum quędam vtūtur iure communi,quædam nō. Ita & vtētium iure communi quædam circunscribūtur,quædam nō. Pone exē plum in eo qui cum magna deliberatione adiuit hæreditatem, quæ apparebat locuples prima facie:iste vtitur iure communi. si postea apparet quoddam debitum, quod erat occultum. per quod remanet hæreditas damnosa:iste remanet circūscriptus. & restituitur:vt j.si mi.se ab hæredi.abstī.l.j. Vel pone quęstionē: vt ponit gl.j.ti.j.in l.ij.in fi. vlti.gl.in eo accepit pecuniā mutuo, vt emeret seruum sibi necessarium:ille vtitur iure communi, si postea antequam emat perdit pecuniam, sui facilitate reperitur circūscriptus.et restituitur,ergo ista cōsequētia nō est bona.vsus est iure cōmuni:ergo nō est circūscriptus,nec restituitur. ꝓpter hoc dicit Bar.q ipse putat intētionem Guar.fuisse aliam quam dicat gl.q ista lex tollit cōsequētiam affirmatiuam : & vult dicere q propter hoc q quis est vsus iure communi,nō sequitur q sit circūscriptus.vñ si quis affirmatiuè diceret:iste est vsus iure communi:ergo est circūscriptus:ista cōsequētia nō est bona. Sed nō vult inferre ista lex cōsequētiam negatiuam,quæ est opposita affirmatiuè,vt velit dicere est vsus iure communi. ergo nō est circūscriptus.Certè hoc nō vult dicere ista lex,nec esset verū:vt patet ex prædictis exemplis.in hoc ergo differt ista expositio à præcedēti:qm in præcedēti vult dicere,dum dicit.[nō oppositum.] q cōsequentia negatiua nō est opposita añcedēti : quia se habet vt genus & species.sed secūdùm illam vult dicere q licet tollat affirmatiuam, consequētia nō infert negatiuam illi appositam: quia nō dicerent verum.vt docto. etiam tenēt. & idem Bartol. sentit quod imò infert quòd ista consequentia sit bona. Iste est vsus iure communi.ergo nō est circūscriptus. nec obstant allegata in contrarium:quia qui adiuit hæreditatem,licet cum magna deliberatione,nō propterea vtitur iure communi,nec facit vt diligens paterfamilias fecisset:quia tunc fecisset inuentarium, & fuisset securus. & illud cōsilium dat Imperator. j.de iure deliber.l.fina.§.sed quia quidam.vel añ illam potius abstinuisset q̄ adiuisset in re dubia. Item in alio casu licet fuerit vsus iure communi, accipiendo pro emendo seruum necessarium, non sic tamen postea. cùm sui facilitate perdidit.

De filiofamilias minore. *Rubrica.*

2 ☞ Filiusfamilias minor,in quibus casibus possit fideiubere pro patre.

LEX I.

1 **Filiusfamilias.** †Minor fideiubens etiam pro patre, restituitur in integrum: nisi sibi successerit tit.hæreditario.h.d.casus est ille. In tex.ibi: [implorare non prohibetur.] Subaudi etiam antequam soluat:vt liberetur à fideiussore: quoniā eoipso q fideiusit læsus est,nisi fideiusserit in causam propriam. & potius
2 interest sua nō soluere,quàm solutū repetere.† In tex.ibi. [sed & si pro patre suo fideiussor extitit.] eo casu quo sibi non erat necesse:aliàs secus:vt si pro patre capto, vel carcerato:quia lex sibi mandat vt hoc faciat,si non vult posse exhæredari: vt in auē. si captiui.ſ.de epi.cle.vel si pro patre vsurario in extremis constituto,ne careret sepulturis secundū Cy.arg.ff.solu.matr.l.quāuis. quia tunc videretur vsus iure cōi.& sic non esset circūscriptus, vt ſ.tit.proxi.l.fi.Et habes duas glosſ.quas recita per quæstiones pro declaratione gl.& de glo.in l.iij.§.sed vtrum.ff.de mino.quę incipit.ex quo.& sunt claræ istæ gl. & ex qualibet earum colligunturtres quæstiones.dic vt in eis.

2 ☞ *Maius gaudium est in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis non indigentibus pœnitentia.*

3 *Filiusfamilias an restituatur aduersus suam obligationem?an uerò ipse pater contra contractum filij.*

LEX II.

1 **Si frater tuus.** †Filiusfamilias minor restituit aduersus mutuum,nisi iussus patris interuenerit,vel except.mace.iuuet.h.d. In primo ergo casu non restituitur : quia tunc contractus adeo roboratur propter iussum patris,q inexpugnabilis efficitur. Et quæ sit ratio.dic vt in l.iij.§.sed vtrum.in ver.excepta mutui datione per glo.Sicut enim.l.abhorret cre.mutuantē sine voluntate patris(quod frequenter contingit.) Ita & mutuantem cum voluntate patris,quod rarò reperitur.adeo complectitur,vt contractum inexpugnabilem reddat : non solum à senatusco.macedo. Sed etiam ab edicto de minoribus:iuxta illud euangelij.
2 †Maius gaudium[a] est in cœlo super vno peccatore pœnitentiā
a agente,quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.secundùm glo.no.ibi.Secundo verò casu non restituitur in integrum:quia sine restitutione tutus est excep.maced. quæ licet non tollat naturalem vel ciuilem obligationem,adeo tamen eas lędit & etiam act.quòd non nocet.& sic est hic text. contra glo.fina.quæ est j.tit.proxi.l.fin.quæ videtur velle quòd tutus exceptione adhuc posit petere restitutionem , vt obligatio tollatur ipso iure:quod est falsum:vt hic patet.Præterea restitutio quæ fit autho.prętо.non posset ipso iure tollere actionem, vel obligationem ciuilem : nec etiam naturalem obligationem vt insti.de iure naturali.§.sed naturalia.& in titul.de bono. possess.Ecce casum. † In fin.glosſ.primæ ibi. [& illam aliter expo-
3 ne:] vt ibi: quia ibi pater nondum erat obligatus:sed sperabatur obligari ex sententia. Recollige ergo. quòd aut quæritur an restituatur ipse filiusfamilias aduersus suam obligationem , & dicendum quòd sic restitutio in alio prodest patri in obligatione de peculio:vel quòd iussu, aut de in rem ver. Aut quæritur an restituatur ipsi patri contra contractum filij , tunc tres sunt casus. Aut ipse erat obligatus de peculio, vel quod iussu , vel de in rem verso . & non restituitur , si ex ista sua obligatione conueniatur:vt in dicto tertio §. sed vtrum. aut ipse non erat obligatus adhuc , sed conueniebatur filius . & ipse pater ipsum defendebat : & sperabatur obligari ex sententia quæ sequebatur: & tunc ipse restituitur in integrum . etiam inuito filio : vt in l.patri pro filio.ff. de minorib.Aut ipse non speraßat obligari : & tunc non restituitur inuito filio. hoc enim est de mente glossæ.

De fideiusso.minorum. *Rubrica.*

2 ☞ Pactum interdum dicitur personale respectu fideiussoris,ut sibi non prosit : non respectu hæredis,interdum respectu utriusque.

3 Fideiussor datus pro euictione,tenetur etiam si res euincatur per ipsum uenditorem iure speciali.

4 Administrator,an possit uendere rem prohibitam alienari,puta à minore, & se obligare, & fideiussorem dare?

LEX

LEX I.

1 **Postquam** †Restitutio cōcessa minori,nō prodest eius fideiussori: Ideo si soluat,vel ad soluēdum cōdemnatus sit,mero iure repetit à minore:sed nō in effectu:quia minor etiā aduersus eum restituitur.h.d.totum ergo damnum erit ipsius fideiussoris,qui cogitur soluere.& tamē in effectu non repetit:& hoc ne creditor remaneat in damno,qui de fideiussore sibi prospexit.ff.de mino.l.in causæ.la j.in princi.vbi ponit rō huius legis.& facit l.exceptiones.in fi.de excep. Limitatur autem quod dixi duobus modis,primò nisi fideiussor succedat minori: quia tūc iuuat restitutione.vt l.Stichum.§.quod vulgo. in fin.ff. de sol.Sed certè secūdùm Dy.ibi:tūc nō iuuat vt fideiussor. sed vt hæres minoris:licet alij contra.quia fideiussoria obligatio per successionem extinguitur:vt ibi secundùm veram lect. quæ habet ibi in text.duplicem negatiuam.vñ nō est ibi speciale. Alia limitatio est.nisi minor(cum fideiussor conuenitur à creditore)venīat ad sui defensionē.& opponat exceptionem ex sua persona, petēdo fideiussorem restitui.quod facere potest.Si fideiussor est habiturus regressum cōtra eum per l.Idēq;.§.generaliter.ff.man. Secundū Bar.Sed nō videtur qualiter possit procedere: qa in effectu nūquàm est habiturus regressum,cū minor possit aduersus eum restitui:ne sibi teneatur actione mādati:vt patet ex isto tex. aliàs creditor remaneret in damno. quod esse non debet. & vide quòd plenè not.per Bar.in d.§.quod vulgo. pro declaratiōe huius legis. In tex.ibi.[restitutus es.]& sic acquisiuisti exceptionē cōtra emptorem:nō autem fuisti ab obligatione ciuili vel natura li liberatus,nec sublata fuit actio:quia prætor nō pōt eas tollere, cū ab eo nō fuerint inductæ:licet aduersus eas posset except.parare.Sed quare ista exceptio nō trāsit ad fideiussores.l. exceptio. §.rei.ff.de excep. Rñdeo,quia nō est merè realis,concernēs merè delatum.Sed est personalis cōcessa in fauorem ætatis.ideo persona minoris nō egreditur vt d.l.exce.in fi.Sed si sic est, quare ad hæredes minoris transmittitur : cū remedia personalia ad hæredes nō trāsmittant?vt in l.quia pſonalis.ff.sol.mat.Rñdeo non est merè pſonalis,sed mixta.cū etiam cōcernat dānū patrimonij. ideo seruat media via,vt transeat ad hęredes,qui reputātur eadē persona:& tenent eadem obligatiōe:nō ad fideiussores,qui tenētur ex propria obligatione:quæ est diuersa ab obligatione mino
2 ris:vt j.l.proxi.ibi.ex persona sua &c.† Sic etiam pactum interdū dicit personale respectu fideiussoris,vt sibi non prosit,nō respectu hęredis.interdum respectu vtriusq; : quod dic, vt no.in l.qui in futurum.§.j.ff.de pact.& in l.& hæredi.§.fi.cum ll.seq. Differt autem ista lex à lege prox.j.e.quia hic minor erat iam restitutus: & quæritur an restitutio proficiat fideiussori. Ibi nō erat restitutus:quæritur an officium iudicis per quod petitur restitutio, cōpetat fideiussori.sicut competit minori.& adhuc dicit q non. In tex.ibi.[periculum euictionis.]dic.ſ.vt tenearis emptori ad duplū,vel etiam ad interesse, quatenus res euicta plus valebat quæ fuerit empta.nō tū euades restitutionem pretij percepti: aliàs tractares de pręda,& locupletareris cū aliena iactura,quod fieri nō debet.l.ſi minoris actū circa fi.ff.de admi.tuto.hoc tñ verum, nisi pretium tui facilitate ꝑdidisses.& hoc sentit hic gl. magna circa medium.ibi.[vel quia pretiū amisit.]In gl.magna ibi. [vnde dic quòd fuit patris quo ad existimationem:quia si credidit.]Tu potes dicere q erat verè patris:& tñ potuit per tertiū instè euinci.ſ.nō ratione dñij,sed ratione hypothecæ : vt in l. si rem meam.
3 ff.de sol.† In glo.ibi.[aliqui dicunt prædium fuisse minoris,& eū restitutum ad rem vendicandā.] No.istam sol.quæ ponitur in l. proxi.in prin.& ex ea collige notabile q fideiussor datus pro euictione,tenetur etiam si res euincat per ipsum venditorē iure speciali.Si ergo minor qui vendidit ꝑmisit(vt moris est) rem vendi tā emptori nō molestari:sed eā aduersus quēcunq; molestātē defendere sub pœna dupli,vel interesse: & postea fuit restitutus ad rem vendicandā:& fuit rescissa venditio,& etiam dicta promissio:vt ipse nō teneat ad duplū,vel interesse.nihilominus pōt emptor à fideiussore duplū vel interesse recuperare. Videbat cōtrarium.quasi fideiussor nolit se obligare pro molestia quā faceret sibi vēditor:sed ꝑ illa q̄ fieret à tertio. cōtrariū est verū: vt in ista glosſ.& in l.seq.& hoc qñ molestat de iure speciali.si verò de iure communi:puta quia vēdita minus quàm sit dimidia iusti pretij. & postea agit vt suppleat pretium,vel restituatur res ꝑ l.ij.j.de rescin.vē.tunc pro tali molestia fideiussor, non tenet: etiā si suppleat pretium,& nō recuperat emptor à fideiussore:qa cū istud sit remedium iuris cōis,prodest fideiussori sicut principali: vt j. l.proxi.in fi.secundū Pet.licet Bar. super hoc dubitet : sed nō est
4 dubitandum.† In fine.gl.ibi.[& tñ fideiussor semper teneretur.] dic certè si vēditio erat nulla:qa nō interuenit decretum,fideiussor nō potest teneri:quia nō subest obligatio principalis,cui possit fideiussori adhęrere. Sed quidam dicūt q licet nō valeat vēditio orit,obligatio.quod non placet ꝑ l. si ad resoluendam.j. de præ.mi.nec ob.l.& si is.eo.tit.quam allegat glo. quia ibi venditio non fuit facta à minore:sed à tu.vel cura.,phibitio autem est circa personam minoris:sed administrator potest vendere in sui prę iudicium.& se obligare.& fideiussorem dare,& hoc tenet hic do minus Rapha.& bene.

2 ☞ *Si principalis obligatio uel contractus, quo ad personam minoris rescinditur quomodo potest stare fideiussoria,quæ sine principali stare non potest, nec à principio, nec ex postfacto,licet hypothecaria possit ex postfacto, non à principio.*

3 *Quando requiritur utraque authoritas:scilicet iudicis & legitimi administratoris , non potest iudex supplere defectum administratoris,& quid si sufficiat authoritas administratoris?*

4 *Plus uidet fatuus de facto suo,quàm sapiens de alieno.*

LEX II.

1 **Si ea quæ.** †Quādo minor lædit sui facilitate:bñficium restitutionis nō trāsit in fideiussorem:quia conceditur priuilegium pſonę. Secus si dolo aduersarij:quia tunc conceditur de iure cōi.& cōcederet etiā maioris.& sic non est pſonale,sed reale.h.d. In tex.ibi. [interposito decreto præsidis.]dic & sic fuit valida venditio: alś nō est necessaria restō:& tñ tale decretū nō tollit beneficium rest. in ſteg.si fuit læsa ista vēditrix:vel ideo,quia intererat sua ne ista res venderetur:sed alia,vel ideo:quia fuit vendita minori pretio quàm valeret:vt patet ex se. In text.ibi.[ætatis.tantūmodo auxilio iuuatur.]dic,& sic de iure speciali:quia fuit læsa sui facilitate. quo casu maior nō restitueret.non autem dolo emptoris.quo ca
2 su etiam maior iuuaret.† In tex.ibi.[ex persona sua obnoxiū esse contractui.]dic,sed si principalis obligatio vel contractus quo ad personam minoris rescinditur.quomodo pōt stare fideiussoria,quæ sine principali stare non potest.nec à principio, nec ex postfacto:vt not.in l.si hæres pecuniam.ff.ad Trebel. licet hypothecaria possit ex postfacto,non à principio:vt in l.ij.j. de lui.pig. Quidam dicūt per restī.in integ.obligationes pſonales non tolli: sed personam minoris ab eis subduci.sicut dicimus ī deportato: ideo potest dari fideiussoria:vt in l.fideiussori deportato. ff. de fideiuſ. Sed certè ibi obligatio à qua deportatus subducitur, tanſit in fiscum:sed hic in nullum transiret;& sine subiecto stare non potest:quia volaret ꝑ aēra:& ideo melius est dicere q pſona minoris non subducat ab eis.& q in illa remanent obligationes & istā:quia nō tollunt mero iure.sed aduersus eas parat exceptio, quæ tñ est pſonalis.& in fideiussorem nō transit.potest tamen re manere fideiussoria,quia remanet substantia principalis obligationis:& istam sequitur Bar.& credo q fuit de mente glosſ.in l.in causæ.la prima.in princ.ff. de mino.quæ mouet istam opi.In fin. text.ibi.[consulendum esse.]dic,glo.intelligūt q tūc vterq restituatur tam minor,quàm etiam fideiussor. Et hoc præsuppositō occurrunt aliqua dubia:de quibus in gl.fi.& nos possumus dicere q restitutio tunc non sit necessaria:sed vterq iuuet de iure cōmuni,si res est integra.ſ.p exceptionem doli:sed si res non est integra,quia fuit tradita:tunc minor iuuat ꝑ restitutionem, sed cessat actio de dolo:& fideiussor iuuat sine restitutione de iure cō
3 muni ꝑ doli exceptionē.† In glo.super verbo.[præsidis.] in prin. ibi.[& tutoris authoritas est necessaria.]dic aliàs nō valeret.etiā si interuenisset decretū iudicis.& hoc vult ista glo.ꝑ quam ꝑbat id quod dixi in l.si curatorem habens.§.titu.ij. quòd quando requiritur vtraque authoritas,scilicet, iudicis, & legitimi administratoris.non potest iudex supplere defectum administratoris, quia non debet fungi vice duorum,scilicet iudicis , & administratoris: sed quando sufficit authoritas administratoris. tunc distingue.vt ibi dixi.In ead.glosſ.ibi.[& tamen nihilominus poterit restitui.] Sed hoc quomodo, si non interuenit dolus aduersarij ? Non enim potest dicere se deceptum sui facilitate, cum interuenerit tanta solennitas,scilicet iudicis,& tutoris authoritas. qui non ꝑmiserunt eum decipi sui facilitate.Solu.post

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Cessat restitutio, qa ex suo officio præsumitur Iudicem procurasse ne quid à debitore doli aut fraudis in pupillū cōmitteret. vñ rō quare eo casu restitutio cesset, manifestè sumi poterit.

quā reperitur deceptus, censetur sui facilitate deceptus. Quia si fuisset maior, cautius fortè fecisset quā tūc fecerit, etiam cū tutore, & cū iudice: iuxta illud vulgare. † Plus videt fatuus de facto suo, quàm sapiens de alieno. Et no. quia istud dubium nō mouetur per doct. In glos. ibi. [sol. precipit.] Tu dic q ibi in actu necessario: vt in solutione debiti: in qua si interuenit iudicis authoritas cessat beneficiū restitutionis. hic in actu voluntario. Item ibi in libera. quæ est fauorabilis. hic in obligatione, quæ est odiosa. In gl. quæ incipit. [sed non videt.] Ista gl. per ea quæ dicit intelligit tex. in secundo casu. q tunc ei consulatur: scilicet per beneficium restit. in integ. quod cōpetit vtricq: & tūc cadunt ea quæ tāguntur in glo. Sed aduertēdum: quia si iste intellectus est verus diuersis temporibus, tollent istæ resti. quia minori non currit tēpus restitutionis petendæ nisi post completam minorē ætatem. Sed fideiussori statim incipit currere secundū Bald. Quod autē glo. hic in fi. dicit resti. in integ. concurrere cum alia actione ordinaria ex eodem contractu. verum est quādo tendunt ad diuersa: ita loquitur tex. quem gl. allegat in l. in causæ. la ij. §. Pompo. ff. e. vt ibi not. Bar. sed ad idem nō possunt cōcurrere: quoniam offic. ord. non patit secum extraor. iuxta plenè not. in l. in puinciali. ff. de ope. no. nun. An autem beneficium restit. concurrat cum exceptione. text. videtur q non. ŝ. tit. proxi. l. ij. dum dicit nec cōtra senatuscon. &c. vbi restitutio nō datur ei qui habet exceptio. macedo. Sed gl. in l. in causæ. la ij. in fi. mag. gl. & etiam seq. glo. sentiunt contrarium. Cy. examinat. & non soluit. in d. l. ij. ŝ. titu. j. & Bart. nō tangit. Sed tu dic ꝓ cōcordia q si per except. plenè prouidetur. restitutio necessaria non est: sed si non plenè, potest cōpetere. sicut dixi in actione de dolo. An cōcurrat cum exceptione doll. ŝ. de dolo. l. ij. & l. fi. ff. e. tit. In gl. fi. quæ incipit. [hoc odio illius.] dic ista gl. similiter intelligit tex. quòd vtrique subueniat per beneficium rest. & primò format duas q. circa casum: scilicet quādo interuenit dolus empto. vsq; ibi. [Item in eo.] postea duas opi. cōtra primū casum, quādo nō interuenit dolus circa primā q. notandum q text. videt velle q vterq; possit petere se restitui in integ. ex sua persona. Sed glos. quærit. quid si solum minor petijt, & fideiussor non petijt. & fortè lapsum est tempus petendi: an restitutio concessa minori prosit fideiussori glos. secundùm Bartol. respondit solenniter. quod prosit quantùm ad exceptionem sibi parendam: non vt eius obligatio tollatur ipso iure. Sed si hoc vult, debet petere ex sua persona secudùm Azo. licet hoc videatur mirabile. Accu. Mihi videtur quòd Azo. præsupponit tria. & quodlibet eorum malè. Primò præsupponit quod fideiussor habens exceptionem ex restitutione concessa minori, possit petere restitutionem, quod videtur falsum: quia debet sibi sufficere exceptio, per quam sibi plenè prouidetur. vt in l. ij. ŝ. titulo primo. Item præsupponit quòd per restitutionem concessam: fideiussori tolletur omnis obligatio ipso iure: quia ipse tenetur. qd' etiam est falsum: quia cum non fuerint inducta à prætore, non possunt tolli ꝑ beneficium prætoris: sed aduersus eas exceptionem parari: vt ŝ. dixi, vnde cum habeat eam ex restitutione concessa minori, non expedit quod aliam consequatur ex noua restitutione: quia esset superfluum. Item tertiò, vult ista gloss. q iste fideiussor restituatur: sed intelligendo text. vt intelligit gloss. præce. quòd hic restituatur minor ad rem quam tradidit, non est opus fideiusso. alia restitutione: vnde puto text. debere intelligi. quod vterq; iuuetur de iure communi sine restitutione: nisi p uentum esset ad traditionem: prout intelligit gloss. præce. & tunc ipse minor indigeret restitutione: sed fideiussor non: quia est tutus exceptione.

Si tutor uel curator interuenerit. *Rubrica.*

2 ☞ Minor si fuit læsus in contractu in quo interuenit authoritas tutoris, uel curatoris, habet etiam actionem ordinariam tutelæ, uel negotiorum gestorum contra ipsum tutorem uel curatorem ad recuperationem damni sui, quando fuerunt in culpa.
3 Si tempora restitutionis petendæ suffragantur, est in electione minoris an agat contra tutorem uel curatorem, an petat restitutionem.
4 Quod per electionem unius uiæ non præiudicetur alteri, quando in illa succubuit.

LEX I.

Si iam puberes. † Leges huius ti. quę omnes possunt simul legi. dicūt quatuor in effectu. Primū est quod interuētus tutoris vel cura. in actu pertinente ad minorē non impedit resti. in integ. si minor lædatur, siue geratur actus per ipsum minorē: cum authoritate illorū, quo casu loquit. l. j. & ij. siue geratur per ipsos administratores: quo casu loquitur. l. iij. & l. fi. simile. ŝ. tit. j. l. fi. vbi etiam interuentus iudicis non impedit restitutionem. Vi debatur contrariū, quasi non possit dici læsus sui facilitate qñ tales interueniunt, sed rñde vt ibi dixi: & hoc verū. etiā si tutor vel curator sit pater ipsius minoris emancipati: vt ff. eo. l. etiam. & in isto adhuc maior ratio dubitādi erat: quia diligentius præsumit pater se habuisse, quā extraneus. Est etiam verū. posito quod tutor vel cura. nullā culpā habeat: quia fecit actū ex quadā necessitate & bona fid. vt ff. eo. l. tutor vrgētibus. in prin. vbi est casus. Itē erat ratio dubitādi. qñ actus gerit ꝑ ipsum tuto. vel curato. quia edictū prætoris quod cōcedit resti. loquit de actu gesto cū minore: vt patet in l. j. §. j. ff. de mino. & tñ extendit ad gestum cū administratore administratorio nomine: vt in l. etiam. & l. fi. j. eo. Sed si ꝑprio nomine: vt in l. pe. j. e. tit. vbi creditor non habuit respectum ad minorē. Sed solū administratorē. † Secundò dicunt istæ leges q ipse minor etiā habet actionē ordinariam tutelę, vel neg. gest. cōtra ipsum tutorē vel curatorē ad recuperationē dāni sui: quod intellige: qñ illi fuerūt in culpa, nō aliter. Et potest esse vtile minori hoc: qa pōt esse q est exclusus à bñficio restitutiōis ꝑpter lapsum tēporis: vñ tūc habebit recursum cōtra administratorē, qñ illę actiōes ordinarię cū sint personales, durāt xxx. ann. & hoc voluit ista lex in fi. † Tertiò dicūt q si tpa restōnis petendæ suffragant, est in electiōe minoris: an petat restōnē: an aūt cā omissa agat cōtra tutorē vel curato. vt in ista l. j. in prin. & in l. iij. & fi. & sic remediū extraordinariū pōt cōcurrere cū ordinario, qñ competūt cōtra diuersos. & etiā dantur ad diuersa: & ad hoc semper allegatur. l. iij. & fi. contra quas gl. in d. l. fi. format aliquas oppo. sed oēs solue vnomodo, quod leges allegatę in contrariū loquuntur contra eundem, vt non possint ambo concurrere: & etiā qñ ad idem. Est etiā ſpeciale in instantia iudicij: vt non deē electio, sed primò agatur contra administratorē & in subsidium petatur restitutio aduersus lapsum instantię: vt in l. properandū. in fi. j. de iud. † Quartò & vltimò dicit. l. fi. q per electionē vnius viæ non præiudicatur alteri. quod est intelligendū quando in illa succubuit. Sed si obtinuit: repellitur ab altera. ne bis idem consequatur. Quod dic vt in simili not. in l. j. j. de fur. & nihil aliud boni est in istis legibus. Ista autē prima l. potest sic summari. Minor aduersus additionem hereditatis restituitur, si tēpora restitutionis suffragantur: aliàs à curatore recuperat. qui perperā authoritatem accommodauit. h. d. In tex. ibi. [parentū hereditatem.] subaudi dānosam. In tex. ibi. [in ea ętate estis.] puta infra xxix. ann. In tex. ibi. [præsidē prouinciæ.] subaudi & faciatis vos restitui aduersus additionē. vt j. si se. mi. ab hære. per totū. In text. ibi: [excesistis.] Dic & sic resti. petere nō pōt. In tex. ibi. [curato. vestros.] subaudi q prędtiterūt authoritatē in additione hr̄ditatis.

Si in communi eademque causa &c. *Rubrica.*

2 ☞ Potest quis habere ratum non suo nomine gestum, quantum ad sui præiudicium: ut non possit actum retractare: non in sui utilitatem: nisi in subsidium.
3 Minor ætas unius ex socijs, quando prosit alijs?
4 Ratificatio facta post minorem ætatem, præiudicat.

LEX VNICA.

Nec si. † Factum vnius ex socijs habentibus rē vel causam cōmunē, alijs consentientibus non nocet: sed si consenserint, nocet. Sed restitutio vni concessa ratione ætatis, alijs maioribus non prodest. h. d. Certè etiā si sint omnes minores, restitutio concessa vni, alijs nō ꝑdest: quia quilibet habet eā ex sua persona: potest ergo quilibet petere se restitui. In tex. ibi. [minuere potuit.] præiudicat ergo sibi, & non vobis: vt in l. per fundum. ff. de ser. rusti. prædi. † In text. ibi. [cōmodastis.] pōt ergo quis ratum habere non suo nomine gestū: vt hic patet iuncta gl. quæ incipit. [etiam non nomine fratrum.] & hoc quantum ad sui præiudiciū, vt non possit actum retractare: vt in l. si fundus. §. j. ff. de pig. non quantum ad sui vtilitatem: vt ex ratihabitione faciat negotium suum, & acquirat actionem neg. gest. vt in l. si pupilli

pupilli. §. sed si ego. ff. de neg. gest. nisi in subsidiū, vt in l. fi. eo. ti. & l. mater. j. de rei ven. cum ibi plenè no. & ff. si cer. pet. l. si quis seruum. † In glos. mag. ibi. [l. si communem.] Doct. dicūt q minor ætas vnius ex socijs bene pōt prodesse alijs socijs. ne seruitus vel aliud ius indiuiduum tollat ꝑ non vsum, vel ꝑ præscriptionem. ita loquit illa l. cum enim nō possit tolli contra minorem seu pupillum ꝑpter priuilegium ætatis, tota conseruat. & sic etiam quo ad socios: cum diuisionem non recipiat. Sed si poneremus illam seruitutem fore perditam aliqua ratione: vt quia omnes simul renuntiauerūt: & postea vnus ratione minoris ætatis restitueretur ad ipsam recuperandam: talis restitutio nō ꝑdesset socijs: quia facilius conseruat in esse, quam postquam ꝑdita est recuperet. ar. l. parte furioso. cum ibi not. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & ꝑpter materiam resti. in integ. quæ est beneficium personale. Sed qualiter poterit restitui hæc seruitus ad fundum cōmunem vni, quin restituat etiā alijs: cū ꝑ parte fundi, ꝑ indiuiso constitui nō possit: vt in l. pro parte. ff. de serui. Dicit Pet. q non restitueretur substantia seruitutis: sed commoditas: tenebit enim aduersarius pati q ille restitutus vtatur seruitute per fundum suum ad fundū communem: sed nō tenebit pati q alij vtant: & hoc pōt fieri: vt in l. per fundum. de ser. rus. prædi. Raph. dicit q si hoc esset, minor ille non esset plenariè restitutus: quia non ad ius reale seruitutis, sed ad personalē commoditatem, quæ extingueret cū ꝑsona: vt patet ex ibi not. Sed cū restitutio debeat reddere quod abstulit læsio: vt in l. quod si minor. §. restitutio. ff. de mino. & læsio abstulit ius reale, restitutio debet ius reale reddere. id est, substantiam seruitutis. hoc autem facere non pōt quo ad vnum, quin faciat etiam quo ad alios: Ideo tenet cum glo. quæ sentit quòd resti tutio alijs prosit. & subtiliter mouetur. Item in seruitute propter indiuisibilitatem sententia lata pro vno alijs prodest: vt in l. loci corpus. §. si fundū. ff. si ser. ven. Aliæ ll. allega. in glos. loquuntur in diuersis casibus † In gl. ibi. [Item no, quòd quidam signant cōtrarium huic.] l. subaudi. scilicet, in ver. [nam si cognitis.] dum vult quod ratificatio facta post minorem ætatem, noceat ratificātibus. nam si tempore transactionis erant minores, videtur q nō noceat. cum debeat inspici principium: & non finis: vt in §. scio. quem gl. allegat pro contrario. si enim ratificassent in mino. ætanō ꝓiudicaret eis in effectu. quia saltem restitutionem haberent, ergo idem si post. Glos. dicit cōtrarium: q ista l. non dicit quādo isti essent minores tēpore transactionis vnde non curat an essent minores, vel maiores: & q etiam si erāt minores: ratificatio facta post mi. æta. præiudicat eis & aduersus eā nō habēt restitutionē. Nec ob. contrarium. quia loquitur in his quæ habent necessariā consequentiam ad principium quod hic non est: non enim tenētur ratificare si nolebant: vnde nō trahitur retro. Nō sunt alia.

Si aduersus rem iudicatam. &c. *Rubrica.*

2 ☞ Sententia qualiter ex post facto posit pro parte ualere, & pro parte rescindi: sicut in testamento.
Statutum quod non ualeat sententia, nisi sit soluta gabella ad rationem sex denariorum pro libra. & lata sit sententia in c. & nō fuit soluta gabella nisi pro quinquaginta, q, in totum erit sententia nulla.
3 Statutum quòd nō ualeat instrumentum, nec fidem faciat, si continet maiorem summam de quinquaginta: nisi sit registratum in libro communis, & aliquod instrumentum sit de centum & non registratum. an saltē faciat fidem in quinquaginta? & nu. 4.
4 Donatio facta ultra quingentos aureos sine insinuatione: an saltem teneat in quingētis?
5 Iudicium qualiter habeat tres partes, & an contineat sententiam?
Actorum appellatione, an contineatur sententia?
Iudicium interdum ponitur pro sententia diffinitiua, interdum pro ultima uoluntate.
6 Aduersus gesta cum maiore non datur restitutio, nisi haberent necessariam cōsequentiā ad gesta in minori ætate.
7 Practica quando conceditur restitutio aduersus sententiam.
8 Sententia lata in parte tātū, quādo ualeat licet regulariter debeat ferri super tota summa petita.
9 Absens cum restituatur propter impedimentum proueniens ex absentia, qualiter & quantum illud idem impedimentum duret: postquam reuersus est.

LEX I.

Minus. † Iste tit. habet locum in sentētijs diffinitiuis: sed ī interlocutorijs videt dicere In no. in c. corā. de resti. in inte. q minor nō restituit. Sed Io. An. dicit distinguendū: an interlocutoria inferat gtaue ꝓiudicium: al's secus. & hoc dicit ista l. j. Minor restituitur a aduersus sententiam diffinitiuam latā cō tra se. tpe minoris ætatis, si ex ea læsus est. Secus si sit lata post minorem ætatem completā: licet totū iudiciū fuerit agitatū tpe minoris ætatis. h. d. singu. est, & aliquantulum subtilis secundū Bar. Venio ad casum. † In tex. ibi. [consecuti.] sic ergo erat facta executio in illis quinq, in quibus erat facta cōdēnatio; & nihilominus possunt isti minores petere restōnem pro alijs quinq in quibus fuit fctā absolutio. & sic possunt sniam pro parte approbare, & ꝑ parte reprobare secundū Bart. ar. contra in l. cum quærit. ff. de admitu. Sed ibi in gestis à tutore: & est alia ratio ꝓ hic. Item ex hoc sequit q snia pōt ex postfacto ꝑ partevalere, & ꝑ parte rescindi: sicut in testō: vt in l. circa. ff. de iof. test. sed à principio nō pōt ꝑ parte valere: & ꝑ parte nō. licet sit lata sup re diuisibilis: qa snia de se est indiuisibilis, quó ad validitatem: vt no. ff. de iurisd. om. iu. l. fi. ꝑ. glo. p. l. in hoc iudicio. ff. fami. erc. vnde dixit Bal. si dicat statutum q nō valeat snia nisi sit soluta gabella ad rationem sex denariorū ꝑ libra, & lata sit snia in c. tñ nō fuit soluta gabella nisi pro quinquaginta, q in totū erit sentētia nulla. & his diebus fui interrogatus in simili. † Si statutū dicat q nō valeat instrumētū, nec fidem faciat si cōtinet maiorē summam de quinquaginta, nisi sit registratū in libro cōis. & quoddā instrm erat de c. & non erat registratum. volebat pars vti eo saltē in quinquaginta. † Quærebatur an posset. & ꝑ parte affirmatiua facit. l. sancimus. j. de dona. vbi nō valet donatio vltra quingē tos aureos, sine insinuatione. & tñ si cōtinet maiorē summā, nō vitiatur. saltem in quingentis: licet vitiet in eo quod ŝ. est. qa summa est diuisibilis ꝑ se. vnde vtile ꝑ inutile nō debet vitiari. In cōtrarium facit determinatio Bal. hic. sed Bald. loquit in summa q̄ per se est diuisibilis. non sic in instro. Facit quod plenè no. in l. li iponsus. §. generaliter. ff. de do. inter vi. & vxo. Et vide quod circa hoc not. per Cy. in l. j. ŝ. de erro. cal. & no. ī l. ij. j. de re iu. In tex. ibi. [habere actionem.] subaudi præmissa tñ res. in integ. Sed mirandū est, vt restō cōcedat ratione læsionis contingentis ex fragilitate ætatis, si minor fecit oēm diligentiam: quare restituit a aduersus snīam: Respondeo propter dolū vel imperitiā iudicis: sicut propter dolū partis aduersæ: vt ŝ. de fide instr. l. fi. † In tex. ibi. [si tempore iudicij.] gl. exponit, scilicet totius. nam iudiciū habet tres partes. s. principiū in cōtestatione. medium in ꝓbationibus: & finē in snīa: vt j. de iud. aut. ad hæc. & sic appł one iudicij continet snīa. nō sic videt cōtineri appellatiōe actorū per l. ij. ŝ. vt lit. pen. in prin. in alternatiua q̄ ibi ponit. Sed cōtra d vident tenere Doct. ꝓ l. actorū. ff. de re iudi. & not. in addi. Spec. in ti. de sen. §. j. vel expone iudicium. i. snīæ. & sic pónitur totum ꝑ parte: vt colligitur ex tex. qui sequitur. [sententia ꝓlata est &c.] Et sic no. q in terdū iudiciū ponit ꝑ sententia diffinitiua. Interdū ꝑ vltima voluntate: vt cū dicimus iudicium testatoris. In tex. ibi. [vobis largitur.] vt quia estis adhuc infrà minorē ætatem, vel infrà quadrīēnium quo petit restō. † In tex. ibi. [snīa prolata.] sub. intellige etiā si ꝑ vnā diē post completam minorē ætatē scd'm gl. qm aduersus gesta cū maiore nō dat restō: nisi haberēt necessariam cōsequentiam ad gesta in minori ætate: vt in l. iij. §. scio. ff. de mino. Ideo dicit hic. Bar. no. q si ista snīa absolutoria ī quinq fuisset lata ꝓpter defectū cōmissum ī minori ætate: quia ꝓbassent nisi qnq, q erat cōclusum in causa. & sic iudex habuit necesse snīam ferre: & tūc isti restituerēt. licet lata esset tpe maioris ætatis: sed ista lex debet itelligi qñ isti minores nō cōmiserūt defectū tpe minoris ętatis: sed defectus ꝓcessit à iudice. tūc em licet hēret iudex necesse sentētiā ferre, postq̄ cognouit de cā. l. de qua re. ff. de iu. nō tñ habebat necesse sic ferre. & in hoc snīa ista nō habet necessariā consequentiam ad gesta in minori ætate. ideo nō trahit retro: vt videat lata in minori ætate: vt dixi in l. p̄ce. † In tex. ibi. [iterato eandem &c.] No. secundū Bar. qa ista l. vī ponere practicam qñ cōcedit restō aduersus snīam: vt debeat dūtaxat rescindi snīa q̄ obstabat: & iudiciū debeat de nouo iterari, & noua instātia inchoari corā iudice cōpetēti. Et istud est vtile: quia pōt esse q iudex q restituit

a ¶ Minor restituitur. Adde gl. in c. ex parte. de resti. spolia.
b ¶ Pro parte valere. Adde Ang. in l. sancimus. in primo not. C. de pac. Car. zaba. in c. Raynutius. in j. no. de test. Abb. & felyn. latè in c. cum inter. extra de re iudic. Franc. Cur.
c ¶ Donatio vltra quingentos aureos. Adde Ioan. Andr. in addi. Spec. tit. de instru. edi. in §. porrò.
d ¶ Sed contra. Quòd sententia contineatur appellatione actorū. Adde Bart. in l. neq. §. in fraudem. in fi. ff. de iure fis. Franc. de Are. & ibi Lanfran. de brixi. in c. quoniā contra. de proba. do. Anto. & doc. in cap. prudentiam. de offic. deleg. Bald. & ibi ad dita. l. ij. ŝ. vt lit. pē. Franc. Curt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō fuit iudex cauſæ qui tulit ſnīam: ſed ſuperiori: vt in l. p̄fecti. ff. de mīn. Nā reſciſſa ſentētia ſuper negotio principali, de nouo incohāto iudiciū, remittent partes ad cōpetētē iudicē: & ſic reſ. in inte. nō deuoluit negotiū principale ad ſuperiorē, ſicut deuoluit appō. vt l. Carmelia pia. de iure pa. Et ita videt terminare Cy. poſt Pe. ſi aduer. lib. i. j. & etiam in alio differt reſtō ab appōne: quia appellatio ſtatim reſcindit pronūtiatū: vt in l. j. in fi. j. ad tur. & ff. de infa. l. furti. §. j. ſed petitio reſtōnis nō imò expectatur: ſed ſnīa reſcindēs. Vult etiam Bart. q nō redeant partes ad veterem inſtantiā: ſed inchoāt nouā, quod eſt verū. ſi tps primę inſtātię iā erat lapſum. al's redibunt ad veterem: vt in ſimili dixi in l. ſi diuerſa. ſ. de tranſact. & ſic læſio conſiſtebat in ſola ſnīa: quia minor fecit diligenter ea q̄ habebat facere, tūc ſnīa reſciſſa petet pronūtiari ex eiſdē actis cōtrarium eius quod fuit pronūtiatum. Si verò cōmiſerat defectū: puta in probando, petet ſe reponi in eo ſtatu in quo erat ante illum defectum: puta vt poſſit probare quod p̄bare omiſerat: vt in l. minor. xxv. annis. §. omiſſam. ff. de mīno. Iudex ergo reſtituens ſolū irritabit ſnīam quæ obſtabat. nec vltra progredīt: q̄ reſtitutio ſolū reſtituit quod abſtulit leſio, ſed ſi aduerſarius minoris fuit abſolutus, cū deberet cōdēnari, reſcindetur abſolutio. & nō reſtituitur condemnatio per iudicē reſcindentem, vt ipſe poſſit condemnare, cum illam condemnationē nunquā minor habuerit: ſed apperiet ſibi via vt poſſit petere eā fieri p̄ iudicē cōpetentē. & ita declaro not. hic per Bar. ſatis confuſè. & per Cy. in d. l. j. qui melius dat ad intelligendum. † In gl. j. in fi. Tu diſtingue. q̄ aut in libello nō fuit expreſſa certa quantitas: vt quia petierunt tutorem cōdemnari ad reddendum rationem adminiſtrationis de tali articulo: puta de adminiſtratione ſalis, & etiam ad reſtitutionē reliquorū. & reliqua erāt x. & iudex nō condemnauit niſi in v. & tūc videtur abſoluiſſe in alijs v. & ita poteſt ꝓcedere opi. quæ ponitur in ver. [ſed quidam dicūt.] & ſic valet in totum: & poteſt optimè procedere iſta l. aut expreſſit certam quantitatem: quia petierunt ipſum cōdemnari in x. & iudex nō cōdemnauit niſi in v. & de alijs nō fecit mētionē: & tūc nō videt in alijs quinq; abſolutus. & ſnīa erat nulla: quia ſup toto ſumma deducta debebat pronuntiari: & ita procedit alia opi. quā tenet gl. & Azo. Et iſta eſt cōis opi. per l. in hoc iudicio. ff. fami. ercīſ. & no. in l. apud Celſum. §. Item quæritᵭ. de do. exce. & ad hoc ſemper allegat iſta gl. hoc tamē procedit. qñ ex vna cauſa petit vna ſumma tāquam vna. Sed ſi ex diuerſis cauſis peterentur x. puta ex vna v. & ex alia v. & ſic peterentur, vt plures ſummæ, tunc valeret ſentētia in quinq; ex vna cauſa: licet de alijs quinq; ex alia cauſa nihil eſſet pronuntiatum: quia tot cenſentur libelli & ſententiæ quot ſunt cauſæ diuerſæ & ſummæ: vt in l. etiam. ff. de mīno. Item procedit qñ ab vno eſſet petita vna quātitas. ſi verò à pluribus: tūc vnus poſſet cōdemnari in parte illius quātitatis, & quó ad alios ſuperſederi: & alia die condemnari: vel abſolui: vt in l. nō idcirco. ff. de iudi. & not. in l. de vno quoq;. de re iudi. quia propter pluralitatem perſonarum: licet vna fuerit cauſa petēdi, cenſentur tamē plus & plures ſummæ: niſi in prædictis duobus caſibus fuiſſet actum expreſsè q̄ ſuper toto ꝓnuntietur: quia tūc nō valeret ſnīa lata in parte: vt in l. quid tamē. in prin. & ibi no. ff. de arbi. Item prædicta procedunt. quādo inſtantia tenet ſuper tota ſumma. Si aūt ꝓ parte, licet ſit vna ſumma & vna cauſa, valet ſnīa i illa parte: licet de alia nō fuerit facta mētio: vt in l. ſi cōſtāte. §. fi. & ibi no. ff. ſol. ma. Item ſi in parte ſummæ petitę fuiſſet oppoſita exceptio, & in parte nō: valeret ſentētia lata in parte in qua fuiſſet oppoſita: & ab illa parte in qua non fuit oppoſita cenſeretur abſolutus: ita tenet Barto. no. in l. ſi plures. in fi. in princip. ff. de fideiuſ. Item ſi fuiſſet actum cōtra duos reos debēdi ad c. & fuiſſet petitum quēlibet eorum inſolidum condemnari vna ſolutione: tamē ſufficiēte: ſi iudex quēlibet eorum cōdemnaret ꝓ parte: licet ab altera parte nō abſolueret: valeret ſnīa: q̄ lata eſſet ſuper tota quātitate petita: licet nō eodem modo quo petitū fuerit. & ſic nō in ſubſtātia, ſed in qualitate iudex omiſit: ita no. dicit Bar. ſ. ſi plu. vna. ſen. l. vnica. Item ſi ſuper parte cognouit iudex: & ſup alia parte nō, vt ſi petebam à te x. tāquam ab hærede Titij: q̄ tenebamini mihi ad x. & ſic quilibet ꝓ parte, ſi iudex cognouit de obligatiōe tua. de hæreditate verò nō cognouit, pōt te cōdēnare i v. & licet de alijs v. nullā faciat mētionē: & nō videris cōdēnatus i illis, nec abſolutus. ꝓ ea q̄ no. bar. i l. terminato. j. de fru. & lit. expē. Et nō iſtas limitatiōes, q̄ per neminē ita plenè ponūtur hic. † In glo. quæ incipit. [ſ. totius.] in fi. Tu dic q̄ alia ratio eſt in abſente cauſa reipublicæ quā in minore. Nam abſens reſtituitur ꝓpter impedimentū ꝓueniens ex abſentia: qui a nō potuit adeſſe iudicio, & certè illud idē impedimentū durat poſt quā reuerſus eſt ad paucos dies, quibus non pōt vacare ad iudicium: ſed cōponit farcinulas, & queṛit aduocatū, & vult de facto informari. Ideo illud paucū tēpus habet pro abſentia, & ita eſt priuilegiatū, ſicut tps abſentiæ. quæ ratio ceſſat in minore facto maiore: quia reſtitutio non conceditᵭ propter impedimentum, ſed propter priuilegium ætatis: quod ceſſat completa ætati minori. Or habetis vnam optimam & vtiliſsimam legem, & clariſsimè declaratam.

9

§ ☞ Actor poteſt in ſuo libello facere mentionem de exceptione quàm prætendit ſe reus habere, & eam non obſtare: tamen fatuè facit.

1 Qualiter debeant deponere teſtes in probando quod quis geſſit pro patrefamilias?

LEX II.

a tenuit contrariū. nam cū ante completā præscriptionē nō sis læsus in actione tua, & sic potes eam intentare, licet sit effecta breuioris vitæ: nō subest æquitas q petas restitutionē, vt illud tēpus subducatur per l. pater qui castrēse. ff. de cestren. pecu. quod dic vt plenè no. in d. l. quod tēpore. j. de resti. mili. per Cy. Item scias quod do. Raph. illum tex. induci pro opi. Pe. qui tenuit quod illa l. immutet etiā in præscriptionibus inchoatis in personam defuncti: vt illę non currant in personam hæredis minoris. per rationem quæ hic ponitur in tex. licet gl. & doc. teneāt cōtrarium. nam ille tex. in fi. loquitur de præscriptione inchoata in personā defuncti. & vult q sit speciale in prescriptione lōgissimi temporis. vt currat cōtra hæredē minorē. ergo in cōtrariū est ius cōmune in alijs minoribus prescriptiōibus, vt illę ipso iure nō currant. & dicit se nō videre rei pōsum sed certè alia ratio est in præscriptione lōgissimi tēporis, propter magnā negligētiam quæ committitur in tacēdo tāto tempore. Vltimò dicit Inn. in c. constitutus. in fi. de resti. in inte. legē istam nō habere locum in prescriptionibus introductis per statuta, vel cōsuetudines terrarū: quia
4 illæ currūt hodie cōtra minorē, sed datur restō. qm̄ illa l. non tollit nisi præscriptiones introductas per iura vetera etiam cōia: vt patet ibi. dū dicitur. [in quibus vetera iura &c.] De inuētis verò per statuta singulariū locorū, non cogitauit hic imperator. Bar. fateť hoc verū. qñ minor tractaret de lucro captādo. & ita loquit illud c. sed si de dāno euitādo, tūc statutum simpliciter loquēs debet restringi ad personas maiores, nec habet locū in personis minorū: ne indebitè dānū patiant: vt in l. ij. d. de noxa. & illa l. potuit cogitare in genere: licet nō in specie. qd̄ tantūdē valet: vt in l. sub prætextu. cū ibi no. la. §. de transac. Bal. quē sequit̄ Raph. tenet simpliciter opi. Inn. etiā vbi minor tractat de dāno euitando, nā si princeps per l. suam nō intendit tollere statuta specialium locorū, nisi de ipsis faciat specialem mentionē: vt in c. j. de cōsti. lib. vj. quantò magis quādo princeps specialiter se restringit ad iura sua, quia corrigit iura vetera, non statuta specialium locorum. Nam si illa verba hic non essent, non tollerentur statuta. quantò magis si sunt facta statuta post hanc legem. per glo. no. q̄ est in l. hæres absens. §. j. ff. de iudi. circa medium mag. glos.

Qui & aduersus quos in inte. restitui non possunt. Rub.

De prima parte huius Rub. loquitur l. j. vbi denegatur minori restitutio ex qualitate suæ personæ. de. ij. parte loquitur l. fi. vbi denegatur ex qualitate personæ, aduersus quā restitutio petitur.

2 ☞ *Ille qui est diligens & industriosus in officijs publicis, præsumitur etiam esse in suis priuatis negotijs.*
Prudentia supplet ætatem, sicut & malitia.
In incertis locus est coniecturis: non autem in certis.
3 *Propter defectum sapientum, & idoneorum, interdum fatui & inhabiles ponuntur in cathedra, & assumuntur ad officia.*
Si alicui fuit interdictum bonis, tanquam prodigo: & datus fuit sibi curator: licet postea assumatur ad officium publicum, & efficiatur decurio, uel prior, non tamen cessat interdictio, uel datio curatoris.

4 *Pro iurisdictione ordinaria præsumitur, nec est necessariò probanda. licet secus in delegata.*
5 *Ei qui semiplenè probauit, quando deferatur iuramentum in supplementum probationis, & quando non.*
6 *Limitatio ad leges dicentes creditorem uel soluentem pecuniam minoris habere necesse probare eā uersam in utilitatem minoris, ad hoc ut excludat illum ab agendo.*

a ¶ Sicut & malitia. Adde c. literas. & c. iuuenis. & ibi doc. & spon. & in c. j. & in c. cōtinebatur. de despon. impu.

b ¶ Coniecturis. Add̄ l. continuus. in §. cū ita. ff. de verb. oblig. l. in obscuris. ff. de reg. iur. regul. inspicimus. e. ti. lib. vj. Car. zab. in c. fi. de cōsue.

c ¶ Minor. xxv. annis Adde Abb. in c. cūvi getimū & offi. deleg.

LEX I.

In consilio. Ista lex reputatur singularis. legitur in glo. duobus modis secundū primū intellectū. h. d. †Si minor petens restitutionē no plenè probauit de læsione: sed semiplenè probato q exercuit officium publicū, tanquā idoneus & diligens pater fa. excluditur à restitutione in integ. etiam si vellet iurare in defectum probationis, sed si plenè probauit de læsione, propter hoc solum quod publicum officium exercuit, non excluditur à restitutione: quia potuit assumi ad officium propter necessitatem: quia deficiebant alij idonei
2 hoc dicit notabiliter. Not. j. quod ille qui est diligens & industriosus, & prouidus in officijs publicis, præsumitur etiam esse in suis priuatis negotijs. & ex hoc sequitur quòd prudentia supplet ætatem, sicut & malitia. j. tit. j. l. iij. & ibi no. in fin. primæ glo.
a Item not. illud vulgare quòd in incertis locus est coniecturis.
b non autem in certis: quia si de læsione non plenè probatur: sed aliqualiter, tunc recurritur ad coniecturas. vt in primo casu huius legis. Si verò plenè probatur, non attenduntur coniecturæ:
3 vt in versi. [verum]. †Item not. ibi. [scilicet quòd vrgentibus &c.] quòd propter defectum sapientum & idoneorum interdū fatui & inhabiles ponuntur in cathedra secundum Cyn. nam
c de iure communi minores xxv. annis non sunt idonei ad officia publica. l. ad rem. ff. de mune. & hono. sed interdum ex necessitate assumuntur deficientibus alijs: vt hic dicit tamen Titus Liuius per eos rempublicam labefactatam, & postea senum consilio restitutam. Item no. optimum argu. secundum Bart. quod si alicui fuit interdictum bonis tanquam prodigo, & datus fuit sibi curator: licet postea assumatur ad officium publicū, & efficiatur decurio, vel prior non propterea cessat interdictio: vel datio curatoris. quia potuit assumi non ex eo quod effectus sit diligens in suis agendis: sed propter necessitatem patriæ: vel alium respectū:
4 & illa est vtilis & pulchra inductio. †Item not. in glos. j. quæ semper allegatur. vult enim quòd hic aduersarius minoris non haberet necesse probare quòd ipse minor fuisset decurio: quia illud erat notum vt notorium ipsi iudici: ideo non erat necessaria probatio. secus in eo quod est sibi notum non vt notorium. quia non est publicè notum: sed sibi soli, vel paucis: quia tunc fienda est probatio. nec habet iudicare secundum suam conscientiam: sed per acta & probata. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsi. vnde allegatur ista glos. quod pro iurisditione ordinaria præsumitur, & quod non est necessariò probanda: licet secus in delegata: vt in c. cum in iure. cum ibi not. de offic. deleg. & vide quod nota. Bald. in l. j. §. vt quæ desunt aduo. partium iu. sup. vbi dicit quòd si in causa quam habeo tecum coram potestate moderno: produco vnam sententiam latam per potestatem præteritum, & in termino dato ad probandum non probo illum non fuisse potestatem, hoc mihi non nocet quominus pro ea sit præsumendum, acsi esset lata per verum potestatem, quia pro iurisdictione ordinaria quæ est, non in omnibus præsumit̄: nec habeo necesse producere electionem suam factam Venetijs, nec etiam quod fuerit in possessione officij: sed sufficit quod illud non sit notū vt notorium apud omnes. Tene mēti. In alia gl. quæ incipit. [cū dubitatur.] ibi. [sed respōdeo neutrū prædictorū erat:] vult dicere gl. q argumētatio suprà facta non est à sufficienti partium enumeratione. & sic non est bona. nam dicit duos tantū casus. s. qñ probata esset læsio plenè. & tunc fieret restitutio: posito q exercuisset officiū publicū, vel qñ nullo modo. & tunc non fieret: etiā si tale officiū nō exercuisset. vnde em̄ in illis casibus nō est curandum exercuerit, vel nō. sed est dare tertiū, qñ probauit lęsionē semiplenè. quo casu si non exercuisset officiū publicū, daretur sibi iuramentū in defectū probationis: sed si exercuit, nō dabit̄. ita loquit̄
5 primus casus huius legis. †Ex qua glo. no. duo singularia primò limitationem ad id quod habetur in l. in bonæfidei. j. de iureiu. &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ff.eo.l.admonẽdi.quod ei qui semiplenè probauit deferẽ iufm in defectũ probationis,cõcurrentibus quibusdã aliis.de quibus ibi no.nã hoc estverũ,nisi pars aduersa induceret aliquas cõiecturas in contrarium:per quas eneuaretur illa semiplena probatio:vnde habetur pro non facta nec est standum eius iuramento.& ad hoc semp allegat ista gl.Itẽ no.ex ista gl.q etiam in causa in qua petitur restitutio contra ius cõe,& ex priuilegio personali,ei qui semiplenè probauit defertur iuramentum in defectũ probatiois, si per alias coniecturas illa semiplena probatio nõ fit eneuata: sed illud est verum.cũ allegatur simplicitas ipsius restitutionem petentis.secus si allegatur dolus aduersarij:vt not.ff.eo.l.iij.§.j.in fi.super verbo leuior.In ea.gl.ibi.[Alij dicunt.] dic licet gl.non videatur illam tenere,tamen est singularis in se.& bona.Ex qua no.limitationem ad tit.ŝ.si aduer.credi.& ad omnes ll. dicentes creditorẽ vel soluentẽ pecuniam minori,habere necesse probare eam versam in vtilitatem minoris: ad hoc vt illum excludat ab agendo.vt in casu.l.si prædium.j.de prædi.mino.& in eo q no.in l.si prædiorũ.eo.tit.nam omnes habent locum,ita demum si minor non exercuit officium publicũ tẽpore solutionis factæ.aliàs præsumitur pecunia versa in vtilitatem minoris: nisi ipse minor probet cõtrariũ.quod no.diligenter.Pe.verò de bellaperti.vt refert Cy.alio modo intelligit hanc legem videlicet q si minor petit se restitui in eo q fuit publicè approbatus,non debet audiri: etiam si probat læsionem.secus si ex necessitate fuit admissus ad publicũ officiũ & per hoc determinabat q si aliquis minor fuit publicè approbatus,& doctoratus & postea in quadã causa sua petit se restitui,& aduersus omissam,allegationem vel malè agitatam causam,non debet audiri:quia professio sua cum eius desiderio non concordat.non enim potest dicere se læsum,si non fecit illud in quo tanquam idoneus fuit approbatus.& idem esset si aliquis minor fuit effectus notarius:vel positus in matricula mercatorum,tanquam idoneus mercator,vel notarius:& postea peteret se restitui in actu mercantiæ,vel notariatus.vt nõ debeat audiri,ratione prædicta:quam lectu.Bal.non approbat.quia talis approbatio non excludit læsionem secundùm Iac.But.quod etiam sequitur do.Raph.

2 ☞ *Filius quando possit restitui contra patrem,uel factum patris?*

LEX II.

1 Vmapud. †Filij & liberti cõtra parentes & patronos non habent restitutionem in integ.ratione minoris ætatis.hoc dicit.Et sic priuilegiũ ætatis quod est de iure speciali,cedit reuerentiæ paternali,vel patronali,quæ est de iure gentium & cõi: vt in l.j.ff. de obseqũs.sed si peteret restitutionem:non ratione ætatis sed ex alia iusta causa, q̃ esset de equitate naturali:vt in.l.j.§.fi. quibus ex cau.ma.non denegaretur ei restitutio aduersus prædictos secundũ doc.& recitantur hic duæ opi.in text.eorũ qui distinguebant.Sed Imperator ponit tertiam,vt sine distinctione procedat.

2 quòd restitutio non concedatur contra prædictas personas. † In glo.quæ incipit,[vt argumento.] in fi.dic pro solutione illorum contrariorum.quòd aut filius petit restitutionem contra patrem iure actionis,& auditur;vt in l.superstite.ŝ. de dolo. Aut officio iudicis nobilis,quod non est ita efficax sicut actio:quia non restituit in parte,sed in iudice;& tunc aut petit restitutionem aduersus patrem,& aduersus factum patris,& non est sibi concedẽda & ita loquitur ista.l.aut petit contra patrem non tamen cõtra patris factum,& tunc bene conceditur.vt in l.iij.ŝ.si aduersꝰ rem iudic.Nam ibi petebatur contra factum iudicis:sed contra patrem aut econuerso petitur contra factum patris,non tamen cõtra patrem de directo.& tunc similiter conceditur.vt ŝ.si aduersꝰ.dona. l.ij.etiam si per indirectum redundet contra patrem:vt in l.fi. §. sinautem patre in fi.j.de bo.quæ libe.

Si minor se maiorẽ dixe.uel maior proba.fue.&c. Rub.

3 ☞ *Licet in quantum ad ætatem pupillarem differat masculus à fœmina,in ætate tamẽ adulta non differt.*

3 *Iuramentum à minore præstitum de quo in auth.sacramenta puberum.ŝ.si aduer.uenerit.in quo differat à iuramento de quo in l.si alterius.uersi.si tamen in isto titu?*

4 *Pupillus si iurat se adultum,& postea iurat super contractu de non ueniendo contra, excludetur à restitutione in integrum.*

5 *Quando minor dixit se maiorem ex dolo aduersarij,& non minoris,conceditur restitutio,etiam si minor iurauit corporaliter tactis scripturis quod erat maior, uel etiam si non fuit dolus aduersarij,si tamen fuit falsitas instrumentorum,uel testium productorum per aduersarium.*

6 *Quid si interuenit dolus minoris,non aduersarij?*

7 *Quid si neutrius dolus interuenit?*

Quid si interuenit dolus utriusque?

Quid si non constat an interuenerit dolus alterius eorum,uel non?

6 *In probando ea quæ sunt de longinquo tempore,& de facili possunt exire de memoria, melior est probatio per instrumentum quàm per testes.& in aliis par probatio est.& aliquando melior per testes.*

LEX I.

1 Si cum minor. †Si minor dixit se maiorẽ dolo aduersarij inductus, nõ denegat ei restitutio.secus si dolo ꝓprio interuenisse.sed si nullus dolus interceserit, restitutio conceditur.nisi fuerit iuratum.hoc dicũt istæ tres ll.scdm bar.Et primò ponit q̃n interuenit dolus aduersarij,& nõ ipsius minoris,ad fi.vt minori denegeẽ restitutio.& hoc in l.j.Secũdò q̃n interuenit dolus ipsius minoris, ad inducẽdum aduersariũ ad cõtrahẽdũ secũ:nõ aũt dolus aduersarij.& hoc i l.ij. Tertiò si alterius & repetũtur ambo dicti casus. & primò, casus, l.ij. vsq ibi:[q̃ si per iniuriã.]scdò,casus.l.j.& hocvsq ibi:[si tamẽ.] scdm vnũ intellectũ.tertiò dictus casus,l.j.limitatur vt nõ procedat q ibi dr.q̃n interuenisset iuramẽtum:quia tũc esset distinguẽdũ an fuisset verbaliter tantum p̃stitũ:an aũt corporaliter manu tactis scripturis.& scdm illũ intellectũ ad illũ casum quẽ proseqũt ab illo ver.[q̃ si per iniuriã.]vsq in fi.veniũt.cõtra quæ formantur in gl.quæ inci.[nõ corporaliter.]ŝ.de l.si ex falsis.ŝ.de transa. vbi q̃n interuenit dolus aduersarij,nõ curatur iuramẽtũ minoris, vel etiã maioris.imò eo nõ obstante cõcedit restitutio.& hic dicitur cõtrariũ.q̃n fuit verbaliter,& nõ corporaliter præstitũ:quia cõcedit.dummodo probetur ætas per iuramẽtum.& nõ p̃ teltes & quãdo fuit præstitum corporaliter nullo modo cõceditur. & gl.soluit multis modis.sed ad fugiẽdũ hoc cõtrariũ, datur alius intellectus.quem sequitur gl.in fi.indistinctè.ſ.q illa.l.si alterius. vsq ad versꝰ.[aditus.]repetat casus.ll.præcedẽtiũ:sed in illo ver. [aditus.]ponat tertiũ casum .videlicet q̃n non interuenit dolus minoris,nec etiã dolus aduersarij;& tunc dicitur quòd si nõ interuenit iuramentũ,licet minor asseruerit se maiorem: non denegatur restitutio sibi:sed si interuenit iuramentũ,qa iurauit se esse maiorem,tunc etiam verbaliter tantum:& denegatur restitutio, nisi probet se minorẽ per instrumentum:& nõ per testes:aut fuit p̃stitũ corporaliter manu tactis scripturis;& tũc indistinctè denegatur restitutio:etiã si per instrumentũ velit se probare minorem.& tũc nõ obstabit.l.si ex falsis.quia ibi interuenit dolus aduersarij,vel etiã falsitas:quo casu iuramentũ nullo modo noceret minori,vel etiã maiori decepto dolo aduersarij,qualitercunq; sit præstitũ.hic verò non interuenit dolus aduersarij:nec etiã ipsius minoris.& illũ intellectũ sequunt Doct.& secũdũ illum intellectũ qui cõiter tenet in illo ver.[additus.] dũ tex.dicit[si tuũ dolũ nõ reperierit interceisisse.]debet suppleri nec ẽt aduersarij rui: & sic est tertius casus additus hic p Impatorẽ vltra casum.l.j. & ij.Itẽ aduertẽdũ.qa iste titulus principaliter factus fuit ꝓpter calũniã.l.ij.qa minores ad inducẽdũ homines ad cõtrahẽdum secũ qui recusabãt cõtrahere,dubitãtes de restitutiõe in inte.asserebãt se maiores:& postea hoc nõ obstãte volebãt ꝓbare cõtrariũ, qa eorũ cõfessio falsa nõ innitebat veritati: vnde videbãt audiẽdũ p̃.cũ falsa.ŝ.de iur.& fac.ignoꝝ.sed qa hoc videbat iniquũ; cum aduersarius si hoc sciuisset secũ non cõtraxisset.per diuersas cõstitutiões imperiales,& scripta principũ determinatum fuit ipsum nõ fore audiẽdũ.cũ velit venire ex priuilegio personali mediãte dolo suo.& hinc sumpta occasiõe cõtrahẽtes cũ minore nolebãt q minor assereret se maiorẽ:vt restitutionẽ petere non posset & si minor denegabat hoc faceret:quia fortè ignorabat ætatem suã:conabãtur cõtrahẽtes per falsas ꝓbatiões ipsum inducere ad credẽdũ se maiorem:vt in l.j.ideo necessarium fuit prouidere aduersus istas fraudes;quinque ergo sunt casus.nam interdum interuenit dolus aduersarij,& non minoris, interdum econuerso, interdum neutrius. Interdum verò dubitatur an aliquis eorum fuerit in dolo,qui casus colliguntur ex glo.mag.fi.posita in l.si al

2 terius dic vt ibi dicam. †Et ex illa.l.j.not.secundùm Cyn.j.de his qui ve.æta.impe.l.iij.in fin.quòd licet inquantum ad æta.pupillarem differat masculus à fœmina : quia in masculo durat vsq ad xiiij.anno.in fœmina vsque ad xij. in æta.tamen adulta non differunt

differunt:quia sicut in masculo durat illa ætas vsq ad.xxv.annũ cõpletum.ita & in fœmina.vt patet in illa l.j.in prin.quæ loquit

3 in fœmina & de.xxv.an.ita dicit ibi Cy.per hãc legẽ.† Itẽ aduertendũ q illa l.si alterius.in ver.si tamẽ.dum loquitur de iuramento,differt ab auth.sacramenta puberũ.ŝ.si aduer.vo.qñ illa auth. loquit qñ minor iurat se nõ veturũ cõtra cõtractũ,quo casu nõ põt venire cõtra nec per restitutionẽ in integ.nec etiam dicẽdo cõtractum nullũ rõne minoris ætatis:propter defectũ solẽnitatis nõ seruatæ secundũ opi.positã in d.auth.& in l.illius ti.dũ tamẽ sit præstitũ corporaliter manu tactis scripturis ꝓut dicitur in d.l. j.ad cuius interpretationẽ & extensionẽ venit illa auc.vt ibi no. & sic loquitur de iuramẽto de futuro.ista autẽ l.q̃n iurauit se maiorem.& sic de præsenti.nõ autem iurauit se nõ venturũ contra hoc casu solũ denegaretur restitutio præsuppolita validitate contractus:sed si cõtractus esset nullus propter defectũ solennitatis, nõ excludereꝰ à iure dicẽdi nullũ propter hoc iuramẽtum:quia hoc nõ reperit iure cautũ.& ita diiputãdo determinatũ fuit per Nic.mat.cuius decisionẽ refert Io.an.in addi.Spe.in ti.de sent.§. vt autẽ.& in ti.de resti.in inte.§.ij.in secũda parte Spe.vbi omnino vide.& etiã ipsum Specu.in eo.§.ij.&.in ver.sed cũ ei.& tenẽti.quia hoc nõ tãgitur hic per Doct.& est substantiale.& hamẽti.quia hoc nõ reperiebam aliquem mihi declarãtem in illo bui de facto,& nõ reperiebam aliquem mihi declarãtem in illo ti.licet essem istius opi.etiam antequam reperirẽ Io.and.in locis

4 prẽalleg.& ideo postquã reperi,satis mihi placuit.† Quid autem si pupillus iurat se adultũ,& postea iurat iup cõtractu de nõ venidẽdo cõtra,an excuset à restõne in inte.nã auth.sacramenta.loquit in iuramẽto puberis:& ego præsuppono q erat impubes. & hoc vult probare.tamen si iurauerat se puberẽ:an habeat pro pubere:vt sic secundũ iuramentum ipsum excludat:vide Guil.

5 de cu.in l.qui iurasse.ff.de iureiu.vbi hoc decidit.† In gl.fi.recolligе prædictos quinq casus hoc modo.Nã in primo q̃n interuenit dolus aduersarij,& nõ minoris,concedit restitutio:etiã si minor iurauit corporaliter tactis scripturis quod erat maior:siue dolus aduersarij fuerit cõmissus in inducẽdo minorẽ ad contrahendum secum,siue in hoc solo.vt assereret se maiorẽ.per l.si ex falsis.ŝ.de transactio.ita videtur intelligere gl.illã l.ego dico q etiã si nõ fuit dolus aduersarij,si tñ fuit falsitas instrumẽtorũ,vel testium productorũ per aduersariũ.idẽ est. vt ibi no.in gl.mag.cir

6 ca prin.† In secũdo casu q̃n interuenit dolus minoris,nõ aduersarij,denegat restõ.ſ.respectu illius contra quẽ dolus est cõmissus,non aũt respectu alterius cõtra quẽ dolus non fuit commissus:vt l.minor.xxv.annis adito.§.planè.ff.eodem.Itẽ ita demum denegat,si aduersarius ignorabat illum esse minorẽ,& ignorare presumitur:si aũt sciebat,vel scire præsumit,tunc dolus minoris sibi noceret.& ille est casus in l.de tutela.ŝ.de in inte.resti.& illæ

7 duæ limitationes colligũtur ex glo.j.illius l.si alterius. † In tertio casu q̃n neutrius dolus interuenit.distingue vt in litera in versi. [aditus ita ꝙ.]nam si interuenit iuramentũ,talis falsa assertio nõ nocet minori,quominus habeat restitutionẽ:secus in falsa assertione maioris.quę reputatur temeraria:licet nõ fuerit dolo emissa.& ideo sibi nocet.qa nõ debuit temerariè asserere quod ignorabat.& hoc patet in l.Iulianus post princip.ff.de actio.empt. In quarto casu q̃n interuenit dolus vtriusque.similiter falsa assertio etiã cũ iuramẽto nõ tollit bñficiũ restõnis,per illã l.de tutela secundũ vnũ intellectũ, quã ibi nota. In quinto casu.q̃n nõ constat an interuenerit dolus alterius eorũ, vel nõ Gl.circa fi.videt dicere q p̃sumat dolus in ipso minore asserẽte falsum.Doc.tenẽt cõtrariũ.qa minor excusat à dolo p̃sumpto in p̃teritũ,vt

8 no.gl.singularis in l.vbi exigit.ff.de eden.& per l.fi.eo.ti.& vide sup hoc Io.an.in.loco.ŝ.alle. †Vltimò collige ex fi.huius.l.cũ gl. qd in ꝓbãdo ea quæ sunt de lõginquo tpe,& de facili põt exire de memoria,melior est ꝓbatio p̃ instrumẽtũ quàm p̃ testes.& in hoc semp allegat ista lex.in alijs aũt par,ꝓbatio est,vt l.in exercendis.j.de fide instru.& aliquando melior per testes:vt ibi not.

2 ☞ *Restitutio quæ semel est denegata per sententiam,quæ transiuit in rem iudicatam. an possit amplius peti?*

3 *Vnum auxilium extraordinarium,quòd concurrat.cum alio extraordinario.*

LEX IIII.

1 Vm circa. †Si minor fuit pronunciatus maior per errorẽ hoc probato nõ nocet sibi pronũciatio quominus possit petere restõnẽ aduersus cõtractus,vel quasi cõtractus:in quibus docet se fuisse læsum.h.d.secũdum intellectũ quẽ habeo a in ista l.& semp habui.licet Doc.ipsum nõ tangant:sed nunc reperi do.Raph.in fi.ipm tangentẽ,quod mihi placuit.nam secundũ illũ congruit huic ti.quia minor volẽs cõse qui legitimã administrationẽ bonorũ suorum,& nõ esse amplius sub curatione.adiuit iudicẽ,asserendo se maiorem,dicens q erat natus tali tempore.puta illo anno quo dominatio Venetiarũ:habuit ciuitatem Paduæ.& non est verum.imò fuit natus tempore guerræ Vngaro rum:iudex ꝓnunciauit ipsum esse maiorem , & habere legitimã administrationem.postea ille minor cõtraxit cum aliquo, vel litigauit cum aliquo,& postea sentẽtia fuit lata contra eum.volebat in integ.restitui.opponebat de illa ꝓnunciatione.ipse autem dicit illam fuisse factã per errorẽ,quia credebat se fuisse natũ illo anno:quo tñ nõ fuit,& docet de errore,certè non nocet sibi.sed huic lec.obst.l.minor.xxv.an.addito præside.ff.de mino.Sol.ibi loquit in debitoribus soluentibus ipli minori,qui si sunt bonæfidei,& crediderunt dictæ pronũtiationi fauore liberationis,ipso iure liberãtur:nec minor restituitur.etiam si pecunia non sit ialua.sed hoc intelligo q̃n se obligauit,& vult restitui aduersus obligationem.quę non est ita fauorabilis sicut liberatio.Tene men

2 ti hunc casum singularẽ iuncta ista l.† Sed gl.quæ est hic.& etiã Doc.ipsam sequũtur.ponit casum q ille minor asserebat se minorẽ fuisse tẽpore cõtractus,& petebat se restitui:& aduersarius excipiebat q imo fuerat maior.& non erat restituendus.iudex pronunciauit cõtra minorẽ: quia putauit esse probatum q fuerat maior:certè licet illa pronũtiatio transfuerit in rẽ iudicatam, adhuc potest minor iterum petere restõnẽ aduersus dictũ cõtractum.& aduersus dictam pronũtiationẽ probãdo errorẽ.sed tũc nõ cõgruit aliquo modo huic ti.sed potius cõgrueret ti.leq.Itẽ si bi ob.fortiter l.j.sequẽtis ti.vbi habet q si restõ semel est denegata per sententiã quæ transiuit in rẽ iudicatã,amplius nõ põt peti.Timore huius gl.in fi.videt soluere duobus modis.Primo q̃n fuit denegata restõ per sniam diffinitiuam, hic verò lata erat interlocutoria duntaxat:quia cã principalis erat cã restõnis:& articulus de ætate erat incidens.super quo nõ erat ꝓnunciandum: sed fuit ꝓnunciatũ de facto.& nõdum erat lata snia diffinitiua, certè poterit probari error istius interlocutoriæ,& hoc modo nõ denegabitur restitutio.Sed fertur sententia pro minore , vel dic quòd erat lata diffinitiua,sed cõceditur restitutio ex noua causa. quod ibi promittit:quia dicitur q ętas maior fuit falsò probata. & hoc voluit gl.in fi.licet obscurè loquatur. Bart.autẽ dat aliam solutionẽ,quę non placet:tñ esset singularis si esset vera.quod illa l.loquatur quãdo fuit denegata propter defectum probationis læsionis:secus q̃n propter defectũ probationis : sed hoc non habet in se rationẽ diuersitatis quæ bona sit:licet ipse conet assignare.Tene primũ intellectũ secũdũ quẽ illa l.cõgruit ti.& redditur notabilis. In gl.j.ibi:[& sic errore ductus iudicauit eũ maiorem]dic ille error potuit esse in ętę.i.in ipso minore,qui allegabat se maiorẽ quia dicebat se natum tali anno:cũ nõ esset.]Idem potuit esse in iudice.Item in testibus.& si fuit in iudice,dic quòd iudicauit:scilicet in mente sua postquam viderat acta,nõ tamen expressit in snia:vt.j.sequit in gl. In glos.ibi:[sicq nõ restituendum.]Dic subaudi si dedit sniam cõtra eũ,q non erat restituendus.quæ sentẽtia fuit diffinitiua. In gl.ibi:[& hoc non expresso errore in sententia.]hoc ideo dicit glos.quia si fuisset expressus error,illa sentẽtia vltima esset ipso iure nulla:vnde non esset necesse petere aduersus eam restitutionẽ:& sic innuit glo.q nunc nõ petatur restitutio quæ fuerat denegata per istam sententiam, aduersus cõtractus:vel aduersus aliam sentẽtiam:sed petatur aduersus illam sentẽtiam denegantẽ restitutionẽ:certè etiam posset intelligi q petatur restitutio illa eadem quæ fuerat denegata propter nouam causam. † In glos.ibi : [nec vnum auxilium extraordinarium aliud tollit.]Not.illam glos.quæ semper allegatur

3 a q vnum auxilium extraordinarium " concurrit cum alio extraordinario . de hoc dic plenè per Barto . in l. j . in prouinciali.de oper.no.nunt.Breuiter ista lec . glos.quam sequuntur Doct.est difficilis eam sustinendam,etiam nec congruit literæ.dum dicit [falsa opin.te præsumpsisse.]& sic ille allegauit se maiorem,sed illa lec . vult quod allegauit se minorem fuisse tempore contractus:vnde venit difficultas istius legis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si sæpius in integ. resti. postuletur. Rubrica.

2 ☞ Præscriptiones iudiciales, quòd etiam hodie currant ipso iure minori.
Facilius conceditur appellatio, cùm sit de iure communi quàm restitutio in integrum, quæ est de iure speciali.
3 Princeps quòd etiam concedat id quod ab eo non fuit petitum.

LEX I.

1 SIpost sententiam. †Si restitutio fuit semel denegata, iterum non conceditur nisi ad appellandū: vel nisi ex noua causa. h. d. totus tit. secundū Bar. In text. ibi: [nec obtinuistis.] & sic duæ sententiæ latę erāt contra istos minores: & à neutra appellauerunt. Prima fuit lata super fundo secundū gl. qa fuerunt condēnati ad dandū fundū. Secunda fuit lata super restitutione in integrum, quā petierant aduersus illā primā: si ergo iterū petatur restitutio: aut petiť aduersus illam primā sententiā, & sic petitur restitutio denegata, & tunc si cōcederet, illa secunda sententia esset frustratoria: & nihil operaretur, quod esse non debet: quia decreta iudicū non debent esse illusoria: vt in l. si prætor. ff. de iudi. Si autem peteretu a rduersus hanc secundam sententiam, & sic non peteretur eadē restitutio denegata: sed noua restitutio aduersus sententiā denegantē: & tunc si concederetur, restitueret ad restituendum. quod simíliter esse non debet: vt in l. interdū. ff. de mino. debuerunt ergo appellare ab hac secūda sententia, si credebāt eā malè latam sed si omiserunt appellare, aduersus hanc omissionem nō denegatur restitutio: imò concediť vt possint appellare ab hac vltima. & sic collige plura & sic q tempus appellandi quod est hodie decem dierū, olim verò biduū, vel triduum, currit minori. Sed restituiť. nec corrigitur ista. l. in hoc per l. fi. §. in quibus cau-
2 sis. licet illa sit nouior ista, quia hoc etiā est confirmatū per iura nouissima: vt in auť. de app. & j. quæ tēpora. † & est speciale in præscriptionibus iudicialibus, vt etiā hodie currāt ipso iure minori. vt ibi dixi. Itē not. q facilius conceditur appellatio, cū fit de iure cōi, quā restitutio in integ. quæ est de iure speciali. potētius em etiā est ius cōmune, vt no. in l. j. §. si aduer. ven. per glo. & in l.
3 eius militis. §. si militia. ff. de testa. mili. † Item no. in fi. q princeps concedit id quod ab eo non fuit petitū. nā isti minores petebant à principe se restitui aduersus primā sententiā latam super fundo: quā restitutionē semel petierant, & fuit eis denegata, & Imperator illam eis non concedit, vt patet. dum dicit [rursus vt ea quæstio &c.] sed bene concedit restitutionē ad appellandū ab hac vltima, quod tñ non petierant: nō sic posset facere alius inferior à principe, vt in l. fi. j. de fideic. li. Contra istā l. opponitur de l. vlt. ti. præcedēti secundū lec. glo. Sol. vt ibi dixi. Bar. autē aliter soluit, q ista l. intelligatur qñ fuit denegata, quia non fuit ꝓbata læsio. illa verò qñ fuit denegata, & non fuit ꝓbata minor ætas. & assignat rationem: quia in primo casu bis fuit cognitum de iustitia istius minoris primo tempore primæ sententiæ latæ super fundo. secundo tempore secundæ sententiæ latæ super restitutione: sed de ætate non fuit cognitum nisi tempore secundæ. & hoc est vna truffa. quid enim si petita fuit restitutio aduersus cōtractum, & fuit denegata, quia non fuit probata læsio: certè tūc de iustitia minoris non fuisset cognitum nisi semel: quia non fuit nisi vnum iudicium, & sic non haberet locum ille titu. imò iteratò posset peti, quod est contra. l. sequē. vt ibi no. in glo. & sic ille tit. habet locum non solum quādo fuit petita restitutio aduersus sententiam, sed etiam quando aduersus contractum, quòd esset falsum tenendo rationē Bart. In gl. ibi [nisi ad appellandū, vt hic.] subaudi à secunda sentētia, per quam fuit restitutio denegata. & ab ea non fuit appellatum: potest etiam peti, & debet concedi si hoc magis vult ad prosequendam appellationem interpositam à prima quam non fuit prosecutus. vt ś. glosſ. posuit dum dixit: [& tempus cucurrit] subaudi appellatiōis prosequendæ. & sic deserta fuit appellatio secundùm Bartol. non autem est concedendum vtrunque: quoniam alterum sufficit ideo debes intelligere, vt in l. quòd in hæredem. §. eligere. ff. de tributoria.

2 ☞ Vxor quæ est in potestate mariti, interdum est etiam sub cura alterius curatoris, & sic non potest celebrare contractum cum consensu mariti tantùm, sine consensu curatoris.
3 Restitutio semel denegata, qualiter superueniente causa iusta possit iterum peti.

LEX II.

1 QVanquàm. †No. hic quod interdum pupillo vel pupillæ datur curator, licet regulariter dandus sit tutor glosſ. dicit q hic fuit adiunctus tutor propter largū patrimoniū vel dic quia non habebat tutorē, nam interdū pupillo non habēti tutorem datur curator. de cuius officio dic vt not. in l. curatorem. de tuto. & cu-
2 da. ab his. † Item not. hic in fi. quod interdū vxor alicuius quę est sub potestate mariti, est etiā sub cura alterius curatoris. & sic pōt celebrare contractū cū consensu mariti duntaxat. sed requireret consensus curatoris. † In glo. ij. ibi [contra quos est ś. tit. j. l. fin.] Dic hæc vera vt ille tex. & etiā. l. sequens possit intelligi siue causa superueniat de nouo, quæ non fuerat tēpore denegatæ restitutionis. siue fuerat, & de nouo peruenit ad notitiā. Sed qualiter pōt exemplificari primū q superueniat causa noua, ex qua sit concedēda restitutio quæ prius concedēda nō erat. Rñ. pone exemplū. si petita fuit restitutio aduersus lapsum tēporis instantiæ, quę fuit denegata ex eo q fuerat tutor & curator, à quibus poterat consequi suū interesse, & erant soluendo. vnde fuit iustè denegata. vt patet in l. properādū. §. fi. j. de iudi. postea verò effecti sunt non soluēdo: certè illa est iusta causa propter quàm possit peti restitutio semel denegata, & superueniet de nouo. & sic non facit videri sententiā denegatam fuisse iniustā, sicut qñ iudex appellationis rescindit sententiā ex noua causa. In fi. glo. ibi: [vel non videtur denegata.] hæc vera: quia sententia denegās restitutionem fuit rescissa per appellationem, & si pronuntiatur bene appellatum, & malè iudicatum. non censetur denegata cū effectu restitutio. vñ non conceditur restitutio semel denegata.

De his qui ueniam ætatis impetrauerunt. Rubrica.

2 ☞ Cōcedere ueniam ætatis est de reseruatis principi, sicut restitutio aduersus infamiā.
3 Statuta dicentia quòd maior xviij. uel xx. annis habeatur in omnibus pro maiori xxv. annis, an ualeant?
4 Contrahentes non debent remanere decepti authoritate legis, uel rescripti principis, quibus confici contraxerunt cum aliquo.

LEX I.

1 EOs qui. †Aduersus gesta post impetrationē
2 veniæ ætatis iudici intimatæ restitutio non conceditur. h. d. † In text. ibi. [principali clementia.] & sic notatur, q concedere veniam ætatis ad solum principem pertinet, & est de reseruatis principi: sicut concedere restitutionē aduersus infamiā, quia solus princeps & senatus hoc pōt. l. j. §. de qua. ff. de postu-
3 lan. iuncta l. iij. circa prin. ff. de munici. † non ergo videntur valere statuta dicentia quòd maior xviij. vel xx. ann. habeatur in omnibus pro maiore xxv. ann. vt est Florentiæ. Sed quòd imò valet si talis populus non recognoscit superiorem, saltem de facto: quoniam in suo territorio locum principis tenet. vt not. Cy. in l. ea lege. de cōdi. ob cau. circa fi. & Bar. in l. apud hostes. ff. de capt. Secus in populo subiecto alicui dño, vel alteri populo. vñ populus huius ciuitatis non posset facere tale statutum: nec va-
4 leret. nisi confirmaretur per dominationē Venetiarū. † In fi. tex. ibi. [principali authoritate.] No. quia semper allegať q nō debent contrahentes remanere decepti authoritate. l. vel rescripti principis. quibus confici contraxerunt cū aliquo. & vide qđ no. j. de pet. hære. l. si putas. in fi. primæ glo. Quæriť hic si minor impetrauit veniam ætatis. & postea vult ei renūtiare, vt hic habeat restitutionem aduersus cōtractus. An possit? dicit Pe. hic quòd sic. cum eius fauore fuerit sibi concessa. ergo &c. vt in l. si quis in conscribendo. ś. de pac. bene facit. l. si iudex circunuēto. ff. de mino. & quod no. j. de repu. quæ fiunt in iudicio. l. vnica. in glo. debet tamen hoc publicè fieri. vt deueniat in notitiam cuiuslibet, sicut & ipsa venia ætatis debet insinuari publicè. vt j. l. proxi. per rationem istius tex. ne contrehentes decipiantur: & hoc per l. sed & si populus. §. proscriptum. ff. de institoria.

2 ☞ Impetratio ueniæ ætatis non prodest nisi insinuetur coram iudice competenti. i. ordinario loci: & ab ipso reincipiatur administratio bonorum.
3 Impetrans, an teneatur probare illud de quo facit mentionem in suo libello supplicatorio. an autem probatio incumbat aduersario qui uult dicere impetrationem subreptitiam?
Si continentur aliqua in rescripto, quæ non fuerunt narrata per partem, sed per principem, an illa sint probanda per impetrantem, uel stetur narrationi principis?

Vbi

4 Vbi requiritur examinatio personæ, debet quis per seipsum comparere, & non admittitur procurator.
5 Masculus differt à fœmina in ætate necessaria ad impetrationē veniæ: quia debet habere duos annos ultra fœminam: sed non differunt in infantiliuel uirili ætate.
6 Fœmina non potest citari ut personaliter compareat, etiam ubi masculus posset citari ut compareat in loco uirorum: sed in aliquo loco honesto sic, ut in aliqua ecclesia: & iudex ibit ad eam examinandam.
7 Ætas potest probari per testes: sed euidentius & clarius per scripturam.
8 Venia ætatis non prodest, quantum ad hoc ut bona immobilia possint alienari sine decreto iudicis, & quid si contractus alia ratione sit nullus?
9 Statutum quòd ætas. xviij. ann. intelligatur ætas perfecta & legitima. an erit legitima quantum ad alienationem bonorum immobilium. ut possit fieri sine decreto iudicis?
10 Statutum si dicat uelere contractum minoris. xxv. annorum. & maioris. xx. an tale statutum faciat ipsum censeri maiorem solum quantum ad ualiditatem contractus, licet deficiant requisita in contractibus minoris: ut non tollat beneficium restitutionis in integrum?

LEX II.

1 OMnes. †Masculus maior. xx. an. & fœmina maior. xviij. possunt impetrare veniam ętatis. secus si sunt minores, & præfata venia postquam est concessa. debet insinuari coram iudice competente: & probari dicta ætas tam per masculum quàm per fœminam. maculus tamē nō admittit ad probandum per procuratorē, sed per seipsum: fœmina verò bene pōt per procuratorem. Itē masculus debet probare morū institutа: sed fœmina non tenetur hoc probare. Item talis concessio non facit ipsum haberi pro maiore quantum ad venditionem rerum immobilium, nō interueniente decreto iudicis: imò ea non obstate nō valet alienatio. hoc di-
2 cit ista l. cum l. sequē. † No. quod impetratio veniæ ætatis nō prodest: nisi insinuetur coram iudice competenti idest ordinario loci. & ab ipso reincipiatur administratio bonorum. hoc habetur clarius in l. ea quæ. circa principium. j. de temp. in integr. restitu. sicut nec prodest esse tutorem, nisi decernatur administratio per iudicem cum solennitate debita. vt. j. arbi. tute. l. fi. & quod plenè no. in l. iij. ff. de legi. tut. & debuit facere iudex. illam regiſtrari in actis publicis, & ponere in camera communis, vel in loco consueto: vt qlibet possit videre & instrui nec decipiant cōtrahētes.
3 † Item no. in ver. [ita vt post] ibi. [probent.] &c. quod impetrās tenetur probare illud de quo facit mentionem in suo libello supplicatorio. facit de rescrip. lib. vj. c. statutum. §. cum verò. circa fi. ibi primò fidem iudici faciat &c. de hoc est magnum dubium. an incumbat impetranti, an autem aduersario qui vult dicere impetrationem surreptitiam quasi falsum expresserit. quasi q narrata sint falsa. de quo per Cyn. in l. præscriptione. circa. fi. ś. si
4 contra ius vel vtil. pub. & in Spe. de except. §. nunc dicendum. ver. licet autem. & per Ioan. an. in addi. Spe. in ti. de clandestina desponsatione: sed si continentur aliqua in rescripto quæ non fuerunt narrata per patrem, sed per principem, an illa sint probanda per impetrantem, vel stetur narrationi principis: dic vt in
4 clemen. literis. de proba. in text. & glos. † Item not. tertiò quod vbi requiritur examinatio personæ. debet quis per seipsum comparere. & non admittitur procurator secundùm Bal. Ideo quando aliquis accusatur vel inquiritur de maleficio per ipsum commisso, potest citari vt personaliter compareat, vt videat iudex quo vultu & qua trepidatione loquatur. vt in l. fi. ś. de procu. iuncta l. de minore. §. tormēta. ff. de quæst. & no. per Cy. in l. reos.
5 in fi. j. de accu. † Quarto not. quòd masculus differt à fœmina in ætate necessaria ad impetrationē veniæ: quia debet habere duos
a annos vltra fœminam: & sic tardus pubescit. a sicut & in ætate puerili, sed in infantili non differunt: quia vsq; ad septimum an-
b num durat infantilis ętas b tam in masculo quàm in fœmina. nec etiam differunt in ætate virili. quia post. xxv. an. dicetur habere legitimam ætatem, & virilem tam masculus quàm fœmina. vt. ś. si minor se maiorem dixerit l. j. & hoc ita dicit Cyn. pro illa lege.
6 † Item no. quòd fœmina non potest citari c vt personaliter com-
c pareat. etiam vbi alias masculus posset citari secundùm Bal. hoc verum vt compareat in loco virorum in insula palatij: sed in alio quo loco honesto. vt in aliqua ecclesia. & iudex vadat ad eam examinandam bene consueuit citari. & ita practicatur quando
7 necessaria est præsentia personæ. † No. etiam ibi. [probare posd se testibus &c.] quod ætas potest probari per testes, d sicut per scripturam, euidentius tamen & clarius per scripturam: maximè quando est de longinquo. vt. ś. si mi. se. ma. dix. l. si alterius in fi.
8 cum ibi no. per glos. & plenius per Bart. in a l. de ætate. ff. de mino. † Vltimò no. hic in l. seq. quod venia ætatis nō prodest. quātum ad hoc vt bona immobilia possint alienari sine decreto. nec reputať quātū ad hoc ma-
b ior. Sed quid si contractus alia rōne sit nullus? vt si dicat statutū non valere contractū minoris. xxv. ann. sine certa solennitate, aliquis minor impetrauit veniā ętatis, & post
c ea contraxit sine vlla solēnitate, an valeat? Respōdeo. cum sit spāle in alienatione immobiliū, qđ per impetrationē veniæ nō did-
d spensеť circa omissionē solēnitatis, in cōtratium puto esse ius cōe: & sic. n. talis venia tollit nullitatē cōtractus prouenientis ratione minoris ætatis, & etiā tollit restitutionem in integrum eo casu quo cōtractus est vali-
e dus. vt in l. j. ś. e. & etiā operať vt quadrienniū datū ad petēdum restōnē in integrum aduersus gesta ante dictā impetrationē, incipiat currere per impetrationem venie, & post intimationē ipsius, etiam ante cōpletum. xxv. an. aliàs nō nisi post ipsum completum: non tñ finitur dictū tēpus nisi post cōpletū. xxv. & sic poterit esse quinquenniū: licet realiter sit quadrienniū continuū: & hoc habeť notabiliter in d. l. ea quæ. j. de
9 temp. in inte. rest. iuncta l. fi. eo. ti. † Sed pone dicit statutū qđ ætas. xviij. an. intelliga-
e tur ætas perfecta & legitima. vt Florentiæ an erit legitima quantum ad alienationem bonorum immobilium, & possit fieri sine decreto iudicis? videtur qđ non arg. huius. l. ga illud statutum videtur quodāmō concedere veniā ætatis. Cōtrariū puto: quia illa l. loquitur quādo fit cōcessio per rescriptū: qđ nō est ita fauorabile, sicut qñ ꝑ modū legis vel statuti: ideo puto qđ quantū ad oīa reputabať ætas legitima, & valebit contractus sine solēnitate quæ requirit in cōtractibus minoris. & si lædať, nō petere restitutionē, ꝑ hoc bñ facit. auth. sacramēta. ś. si aduer. vē. quia iuramētū facit vt minor reputeť maior, & nō possit dicere cōtractū nullū, rōne minoris ętatis,
10 nec petere restitutionē in inte. † sed si diceret statutū valere contractū minoris. xxv. an. & maioris. xx. tūc tale statutū facit ipsum cēseri maiorē, solū quātū ad validitatem cōtractus, vt nō possit ipsum dicere nullū: licet deficiat solēnitas requisita in contractibus minoris: & sic poterīt alienare sine decreto: sed nō tollit beneficiū restōnis, si in tali cōtractu lædantur. & hoc tenuit Iac. de bel. in quæstiōe disputata per eū. quæ incipit. lege perusina caue tur. de qua in addi. Spec. de in inte. resti. §. j. in additione quæ incipit. saluo quod dicitur. & vide bona verba Bal. in auth. si capti ui. ś. de epis. & cleri. quam glos. allegat hic pro contraria, sed solue per ibi no. per eum, & ad dictam decisionē vide bonam gl. & magistram. j. si de momen. pos. fuerit appellatum. l. vnica. & aliquantulum tetigi in l. exigendi. ś. de procura.

¶ Tardius pubescit. Adde l. minorem. ff. de ritu nupt. & in c. cōsuluit. & in c. attestationes. de despon impu.
¶ Aetas. Adde gl. in ver. pfect⁹. in proœ. vj in. §. quem librū. Cy. in l. si infanti. C. de iure deli.
¶ Potest citari. Adde Auge. in authen. de temp. nō sol. col. viij.
¶ Per testes. Adde glo. & Bart. in l. ij. ff. de ex cu. tu. Bart. in l. ij. in. §. si à pupillo. ff. pro empto. Spe. in ti. de proba. in. §. j. ver. restat.
¶ Aetas ꝑfecta. Adde glo. iusti. de fiduciaria tutela. in ver. si perfecte. & Signo. de homede. de medio. i suo consil. clvj). & quando sit detentatio detracta legitima, an intelligatur de naturali, an verò de accidentali. & sic. de dispensata. per Alex. de imo. in cōsil. ij. co. ij. ver. iij. & col. viij. ver. non obstat. l. fi. in j. vol. & duplicatū in. ij. vol. consi. Ixxxvij. Franc. Cur.

2 ☞ Aetas. xxv. annorum dicitur perfecta & legitima, & etiam nupta.
Si factum est legatum impuberi eum peruenerit in suam ætatem quòd intelligatur idest postquā fuerit effectus pubes.
3 Statutum quòd si aliquis decesserit cum filijs masculis legitimis & naturalibus, non succedant fœminæ, & aliquis decesserit cum filio masculo originaliter bastardo, sed legitimato, quòd ille non excludat filiam fœmínam.
4 Si alicui facta fuit substitutio si decesserit sine filijs legitimis & naturalibus, & decessit cū filio legitimato: an locum habebit substitutio?
5 Quòd aliud sit dicere si decesserit sine filijs legitimis, ut comprehendatur legitimatus, & aliud si decesserit sine filijs legitimè natis.
6 Quis dicatur legitimatus? & quis legitimus & naturalis? & nume. 5.
7 Quis dicatur uerus ciuis, an originarius tantum, an susceptus de gratia?

LEX IIII.

1 IQuis. †Si in l. vel vltima voluntate fit mentio ætatis legitimæ vel perfectæ, intelligitur de naturali perfectione idest de illa ætate quæ est legitima & perfecta per l. scriptum. non autem de illa quæ per rescriptum principis specialiter concessum: & semper allega
2 tur. h. d. ista l. † In tex. ibi [perfectę ętatis.] supple vel iustæ. Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Substitutos. Adde Ioā. de imo. in l. si qs posthumos. in princ. ff. de libe. & posthu. Ang. in disputatione inci. Nobilis quidam genere. & eūdē Paul. in l. cùm acutissimi. j. de fideicō. Alexā. de imo. in cōl. lxvij. col. iij. versū. nunc descendo. in j. vo. & in cōsi. ij. col. vo. duplicatū in cōsl. xxxvij. in ij. vo. Franc. Cur.

ætas. xxv. annorū dicitur perfecta & legitima, vt hic, & etiā iusta. ff. de leg. iij. l. cū filio. in fi. Sed pone quud ille in quē verba diriguntur, erat impubes: & factū fuerit sibi legatū cū peruenerit ad legitimā vel iustā ætatē, certè potuit habere respectū testator ad pubertatē, vt habeat legatū statim cùm fuerit effectus pubes. vel ad virilē ætatem peruenerit, postquā fuerit effectus xxv. an. vt in d. l. cū filio. circa princi. quæ est optima: quid in dubiis? Rūdeo intelligiē de ætate xxv. annorū. vt in fi. illius l. no. per gl. Si aūt dixisset cū in suā ætatem peruenerit. in

3 telligitur. i. postquā fuerit effectus pubes. vt j. e. l. circa prin. †Vltimò illa l. allegatur. si statutum dicat q̄ si aliquis decesserit cum filijs masculis legitimis & naturalibus, non succedant fœminæ & aliquis decesserit cum filio masculo originaliter bastardo: sed legitimato: q̄ ille non excludat filiam fœminam. Item si aliquis accipiat emphyteusim per se, & filios suos legitimos & naturales, q̄ non veniat legitimatus: quia nō est legitimus per l. scriptā

4 sed per rescriptum. † & si alicui fuit facta substitutio si decesserit sine filijs legitimis & naturalibus: & ipse decesset cum filio legitimo, locum habeat substitutio: sed contrarium videtur determinare Bal. in ij. quę stio. j. de fideicō. l. eam quā. circa mediū, & in l. cum acutissimi. dicēs q̄ in legitimato est verus status legitimorum: ideo in omnibus habetur pro legitimo, etiā quantū ad excludendum fœminam vt in vltima quæstione de substitutione. Iaco. de are. disputando tenuit cōtrarium, quòd legitimatus ex-

a cludat substitutos. a vt refert Ioan. and. in addi. Specu. de succ. ab intest. in fi. quia legitimatio est actus iuris ciuilis: nihil ēm aliud est nisi esse habilem ad ea quæ sunt de iure ciuili: sed princeps hanc habilitatem potest verè concedere: vnde non videtur con-

5 cessisse fictè. arg. l. quia ratio. ff. de condi. insti. † vnde omnes con cordant quòd legitimatus est verè legitimus, non fictè: licet non sit verè legitimè natus: sed fingatur legitimè natus: aliud est dicere si decesse-it sine filijs legitimis, quia tunc comprehenditur legitimatus: sufficit enim quòd sit legitimus tempore quo decesserit, & aliud est si dixerit si decesserit sine filijs legitimè natis, quia ille verè non est legitimè natus, sed fictè: & verba debent intelligi de vera & propria significatione, non de ficta. l. iij. §. hæc verba. ff. de nego. gestis. nec obstat ista l. quæ loquitur de ætate perfecta, nisi naturaliter perficiatur: illa enim perfectio naturalis nō potest vere tribui per principem, sed fictè: vnde ille qui impetrauit veniam ætatis, non habet ætatem perfectam vel legitimam verè, sed fictè: mihi autem videtur quòd licet de proprietate verborum verum sit id quod dicunt doct. tamen non est verum secundùm intentionem loquentis, siue testatoris, siue statuētium, quorum verba debent intelligi secundum consuetudinem loquendi. vt in l. liberorum. §. quod tamen casius. de legat. iij. & l. quam Tuberonis. §. j. ff. de pecu. & quod not. in l. stipulatio ista habere licere. §. hi qui. ff. de verborum obligation. † licet communis vsus loquendi est q̄ ille dicitur legitimus & naturalis qui legitimè natus est ex viro & vxore. legitimatus aūt semper remanet cū illo nōie secundū vulgarē vsum loquendi, quia dicitur ille est naturalis tm̄: sed legitimatus. ideo puto contrariū eius q̄d dicunt doc. & ita dixi in decisione illius q̄stionis quā anno præterito disputaui: sed si aliquis esset legitimatus nō per rescriptū, sed de iure cōi per cōtractū matrimonij subsequutū: vel quia datus esset curiæ, vel per alios modos, de quibus in auth. qui. mod. nat. effi. legi. & no. per glo. in c. per tuas. qui fil. sint leg. tunc talis legitimatus cōprehēderetur per verba statuti, vel testatoris. per id quod habetur in c. innotuit. de elec. & per glos. & vide de his quæstionibus Ant. de But. in c. per venerabilem. qui fi. sint leg. in vltima quæstione principali. vbi tractat de effectu legitimatio-

7 nis. † & etiā vide quod no. Bald. in l. ciues & incolę. j. de app. in ver. quærit gl. f. qui dicat verus ciuis: an originarius tm̄: an susceptus de gratia. nam dicit q̄ in dubio si statutū loquitur de ciue, debet intelligi de originario. quod est notandum, non tamen asero pro firmo quòd sit verum.

Si maior factus ratum habuerit. *Rubrica.*

LEX I.

a ¶Iſtis aſſeſſoribus. Adde doc.in c.ſtatutum.de reſcript.li.vj.

titu.multùm dubitet.§.j.vel ij. Item quæro in delegato à principe. ſed quid ſi fuit electa induſtria perſonæ, puta fuit commiſſa magna cauſa vel inquiſitio? videtur ꝙ tũc nõ poſsit ſubdelegare:arg.j.de cadu.tol.l.vnica.§.ne autem.in fi.In cõtrariũ videtur caſus in d.cle. vbi fuit cõmiſſa inquiſitio. & ſic electa induſtria perſonæ:& tamen poteſt alteri cõmittere. niſi dixiſſet ꝙ deberet perſonaliter intereſſe:vt in c.fi.de offi.dele.in decreta. Et licet eſſet dictum tuã conſcientiam eligimus: nõ propter ea videretur prohibitus.quia iſtud inerat etiã ſi nõ fuiſſet dictũ.& ita fuit determinatũ ſecundũ Ang.hic,& adde quod no.in d.c.fin. vbi declaratur & limitatur iſta l.in c.ſuper quæſtionũ. †Poſtremò poſſet quæri,an ſubdelegatus à delegato principis poſsit iterũ ſubdelegare videtur quod nõ:quia extẽderetur proceſſus in infinitum.Sed contrariũ videtur,poſtquã iuriſdictio eſt effecta ſubde legabilis.per no.in l.pater filiũ.§.quindecim.ff.de leg.iij.per Bartol.& per Cy.in l.j.j.qui pro ſua iuriſd.ad quod facit l.videamus. cum ibi no.ff.quod met.cau.Oppo.ꝙ ſi princeps delegat vnam cauſam ſpecialiter alicui:ꝙ ille nõ poſsit ſubdelegare. vt §.ne lice.po.l.j.iuncta l.j.in prin.de offi.eius cui man.eſt iur.Sol.ſecundum gl.in d.l.j.ne lice.po.in prin. gl. fi.mag.quæ format contrarium quãdo princeps per l.ſcriptã hoc facit:quo caſu etiã ſi vtatur verbo delegamus:facit illum ordinariũ in illa cauſa ſpecialiter:ideo ſubdelegare nõ poteſt: ſecus ſi viua voce. quia tunc eſt delegatus. Et ſi dicatur ſi facit eũ ordinarium, multòmagis debet poſſe delegare.l.more maiorum.ff.de iur.om.iud. & in prin. huius l.Reſpondetur verũ eſſe quãdo efficeretur ordinarius generaliter, vel vniuerſaliter:ſecus ſi ſpecialiter in vna cauſa,& hoc
ro tene menti. †Nam ſi ſtatutũ huius ciuitatis dicat ꝙ de tali cauſa poteſtas ſit cognitor: cùm tamen generaliter etiam iudices eius ſint cognitores cauſarũ,poteſtas in illa cauſa eſt ordinarius:quia habet poteſtatẽ à ſtatuto.& tamen eã ſubdelegare nõ poteſt per illam l.in prin.de offi.eius cui man.eſt iur. & hoc põt frequenter cõtingere. Et adde ꝙ pro illa opi.ꝙ delegatus ab ordinario poſt litẽ conteſt.efficiatur dñs litis,& poſsit eã ſubdelegare.facit optimè tex.cum gl.ꝙ ibi videtur caſus in l.ſi reus paratus. in fi.ff. de procu.ſed expone & intellige vt ibi no.per Bar. qui tenet cõtrarium. Item adde ſecundũ Gul.de cu.ꝙ ſi alicui delegãtur omnes cauſæ quæ vertũtur inter Titiũ & Seium. vel inter mercatores, nõ poteſt vnã ſubdelegare:quia nõ dicitur ſubdelegatus ad vniuerſitatẽ cauſarũ,poſtquam ſibi nõ aſsignatur territorium:ſecus ſi omnes cauſæ quæ vertũtur in tali caſtro. Adde ſecũdũ Alb.ꝙ ſi Cardinalis legatus à latere delegat vnam cauſam, ille delegatus nõ põt ſubdelegare:quia dicitur legatus procõſul.licet ꝙquiparetur procõſuli:quia lega.proconſu.eſt qui habet iuriſditionẽ in tota prouincia, licet delegatus à procõſule ſit ad vniuerſitatẽ cauſarũ:ſed iſte ſecus.dicit tamẽ pluries vidiſſe terminari cõtrariũ:ſed malè tanquã ille æquiparetur legato procõſulis.Item vide quod not.Gul.de cug.in l.omnes.ff.de in integ.reſtitu.

2 ☞Iudices habentes ſimplices aſſeſſores,qualiter debeant eis uti? & an poſsint eis cõmittere audientiam cauſarum,& quid aliud,& quid ſi non eſt aſſeſſor:ſed iudex appellationis?
3 Iudices ordinarij proprijs expenſis,& delegati à principe expenſis partium habent aſſeſſores.
4 Cauſa quomodo habeat principium, medium,& finem?
Cauſa appellationis,an poſsit delegari?

AVTHENTICA.

1 AD hæc. †Iſta auth. recipit triplicẽ intellectũ. primum ſecundũ gl.ꝙ nõ corrigat, ſed limitet l.codicis.nã ibi innuitur in prin.quod iudex ordinarius poſsit delegare cauſam ad ſuã iuriſditionẽ pertinentẽ. Idẽ dicit in fi.de delegato principis.hoc eſt verũ qñ volũt totã cãm delegare nihil ſibi reſeruato:ſed ſi volunt reſeruare ſibi ſententiã,& delegare audientiã tantũ: tunc diſtinguitur per iſtã auth. Aut loquimur in ordinario primarũ cauſarũ,& põt delegare:dũmodo etiã in audientiã reſeruet ſibi principiũ litis.i. cõteſt. & mediũ.i.probationẽ.quia corã eo debet lis cõteſt.& teſtes vel inſtrumẽta produci.Cætera põt cõmittere.puta facere fieri citationes,& dare dilationes ad probandũ: & ferre interlocutorias ſuper emergẽtibus:vel incidentibus. Aut erat iudex ordinarius cauſæ appellationis:& tũc ex eo ꝙ ſibi reſeruat ſententiam,nihil de audiẽtia cõmittere poteſt ſed debet ipſe in omnibus intereſſe. Idem ſi erat delegatus à principe.& imponit pœna cõtra cõtrafacientẽ.iſte intellectus ſaltẽ in hoc vltimo corrigit per ius canonicũ:quia delegatus principis põt partẽ,vel totã audientiã delegare:& ſententiã ſibi reſeruare:vt in c.ſuper queſtionũ.de off.del. Itẽ põt delegatioi adijcere modũ vel limitationẽ, vt ferat ſniam cũ cõſilio ſapientis.vt no.in c.ſi pro debilitate.de offi. dele. & debet reſeruare ad formã ſtatuti.aliàs nõ valeret qđ agit. vt in c.dilecto.de reſcr. Alius eſt intellectus.ꝙ iſta auf.corrigat l.C.vt nec ordinarius poſsit cauſam delegare,niſi put hic habet:qa ſi eſt ordinarius primę cauſæ:nec litis cõte.nec receptionẽ teſtiũ,vel inſtrumẽtorũ:nec ſniæ prolationẽ põt delegare:ſed cætera ſic: ſed iudex app.nihil delegare põt.& idẽ in delegato à principe: quia in iſta auf.& etiã in corpore vnde ſumit. nulla fit mẽtio de reſeruatiõe diffinitiuæ ꝙ velit delegare audiẽtiã,& reſeruare ſibi ſententiã: Iſte intellectus non approbat.quia ſic infinita iura eſſent correcta. Tertius fuit intellectus Pet.ꝙ hic nõ loquat de delegatione:ſed de iudicibus habẽtibus aſſeſſores:qui nullã habẽt iuriſditionẽ ordinariã vel delegatã:ſed dicũtur ſimplices cõſiliarij, li
2 cet habeãt poteſtatẽ in quibuſdã.vt no.l.j.ff.de offi.aſſe. †Quæri
a tur ergo qualiter iſti iudices debeãt vti iſtis aſſeſſoribus,an poſſint eis cõmittere audiẽtiã cauſarũ,vt ſic termini corã eis ſeruentur.& ipſi dẽt dilationes, & ferãt interlocutorias,& citẽt partes. Et breuiter dic ꝙ ſi iudex eſt adminiſtrator id eſt ordinarius primarũ cauſarũ,põt aſſeſſoribus cõmittere audientiã in prędictis. ſaluo quã in cõteſt.lit.& in receptione teſtiũ, vel inſtrumẽtorũ, quæ debẽt fieri corã ipſo adminiſtratore:& ipſe etiã ferat ſententiã diffinitiuã.cætera poſſunt expediri corã aſſeſſore:licet iuriſditionẽ nõ habeat ordinariã,vel delegatã: ſed ſi eſt iudex app.ipſe debet intereſſe in omnibus actibus.& nihi poteſt fieri corã aſſeſſore ſine eius preſentia.& idẽ in iudice delegato.gl. tamẽ in corpore vnde ſumit dicit ꝙ iudex app.ſi eſt impeditus publicis occup.poteſt totã audientiã cõmittere aſſeſſori:ſed tũc nõ eſſet differẽtia inter iudicẽ primæ cauſæ & iudicẽ appel. niſi ſubaudias hoc in principio.dũ dicit [publicis occu.impediat:] verbũ maximè:quia iudex primæ cauſæ ſiue impediat,ſiue nõ,põt cõmittere excep.illis tribus:ſed iudex app.nõ: niſi impediat publi.occu.ſecundũ iſtũ intellectũ:iſta autẽ nõ reſeruãtur in romana curia in dñis Cardinalibus,quibus cõmittũtur cauſæ appel.& etiã principales.nã ipſi habẽt auditores ſuos,qui dicunt aſſeſſores & cõſiliarij.quibus cõmittũt totã audiẽtiã.ita ꝙ corã eis fit litis cõteſt.& producũtur teſtes, vel inſtrumẽta. & poſtea examinãt,proceſſum,& referũt Cardinalibus. qui ſecundũ relationes eorũ ferunt ſniam.& licet periculoſum ſit:tñ ſeruatur.& vidi ſeruari,& ſeruauí in proria perſona: quia fui auditor cardinalis Florẽtini.
3 & corã me fiebãt oẽs actus. †No.tñ ſecũdũ intellectũ ꝙ iudices ordinarij & etiã delegati à principe habeãt aſſeſſores. Dic ꝙ ordinarij habẽt expẽſis proprijs:quia habẽt ſalariũ de publico tam pro ſe ꝙ pro familia:ſed delegatus à prin. qui ſalariũ non habet, debet gratis cauſam audire:& ſi dubitat in iure, põt recipere ſibi aſſeſſo.expẽſis partiũ.qđ dic vt in c.ſtatutũ.§.aſſeſſorẽ.de reſcri.
4 lib.vj.†No.etiã ꝙ cauſa habet principiũ,mediũ,& finẽ.principium incipit in litis cõteſta.à qua incipit.vt l.j.§.eo.mediũ conſiſtit in probatione:finis cõſiſtit in ſnia diffinitiua.& iſtæ dicunẽ principales partes:cætera quæ interueniũt in medijs iſtorũ nõ dicũtur partes principales.ideo facilius alijs cõmittũtur.Ex forma tñ ſtatutorũ cõſueuerũt aſſeſſores habere iuriſditionẽ ordinariã in certis cauſis.vt patet in iudicibus palatij dñi poteſtatis.nam aliquæ tractãtur corã vno,aliquæ corã alio.& iunt quædã quæ reſeruãtur dño poteſtati. & in illis poſſet habere locũ iſta auf. ſecũdùm intellectũ Pet.quia poſſet cõmittere audientiã vicario ſuo tã in cõteſtatione ꝙm in receptione teſtiũ. Item quidã dixerũt per texiſtũ in verſi. [Itẽ Iudex:] ꝙ cauſa appellationis nõ poteſt delegari.& hoc ſentit gl.in l.j.j.de pœna iud.& Spe.de off.dele.§.excipitur ver.Itẽ ꝙ eſt cauſa appellationis.Sed cõtrariũ vult gloſſ. hic.quæ incipit.[nõ ergo.] ſuper verbo [delegatus.] & eſt caſus in c.ſuper quæſtionũ.§.intẽtionis.de offi.dele. Videt etiã hic tex.circa fi. ibi dũ dicit.[cõſiliarij, ſi quidẽ aduocati ſint.] quod aduocatus poſsit eſſe aſſeſſor.Sed cõtra de l.quiſquis.§.de poſtu. Sol.non intelligas de cauſis in quibus ipſe eſt aduocatus.& vult dicere ꝙ licet ſit in numero aduo.vel in matricula, poteſt tamen aſſumi in aſſeſſorem.quod tene menti ſecundùm Docto.

Seru

1 ☞Seruus,quando poſsit eſſe in iudicio?

LEX VI.

1 SEruus. †Seruus non poteſt eſſe in iudicio: & ſen
2 tentia lata cum eo,non valet.h.d. ſubaudi etiã ſi putabatur liber.vt l.non idcirco.§.cũ poſtea.ff.e. Et procedit ſiue ſit in iudicio ſuo nomine,ſiue procuratorio nomine alterius:& licet nõ fuerit appoſita exceptio procuratoria,ſententia tñ lata pro eo,vel contra eũ,nõ valet.nec obſtat.l. ita demũ.§.de procu.quia ibi de illo qui poterat eſſe in iudicio ſuo noĩe:ſed nõ alieno:qñ autẽ non ſuo,tũc indiſtinctè non valet iudiciũ:licet exceptio nõ fuerit appoſita ſecundũ Ia.bu. & alios.
2 & no.in d.l.ita demũ. †Fallit quod dicit hic in caſibus q hic habent.& in l.vix certis.ff.e.in quibus põt eſſe in iudicio etiã cum dño. Itẽ fallit ſi puocat ad libertatẽ:quia tũc ordinata cã liberali nõ repellit à iudicio:ſed habetur pro libero quouſq cã liberalis terminet.& ſi apparuerit liber,remanebit iudicium firmũ, ſi ſeruus irritabit retro,& nullũ fuiſſe apparebit vt l.ordinata.ff. de liberali cauſa. Adde ꝙ nec valebũt iudiciales ſatisdationes factæ ꝙ eo,vel factæ ſibi.nec fideiuſſores obligant.vt l.ij.§.j.ff. qui ſatisd.cog.& vide qđ ibi no.in glo. Fallit etiã in iudicio quod non agitatur in forma iudicij:quia nõ eſt triũ perſonarũ. vt cũ petit bonorũ poſſeſsio corã iudice non apparẽte cõtradictore: qa ſeruus poteſt eam petere pro domino.vt l.ſi ſeruus.ff.de bono.poſ.

2 ☞Licitè petenti non eſt denegandus aſſenſus.
3 Contra hæreditatem iacentem poteſt peruenire ad primum decretum præmiſſa proclamatione.ut hic.
4 Super eadem re poteſt concurrere pignus conuentionale,& etiam prætorium.

LEX VII.

1 CVm debitoris. †Cum ſeruo etiã ex perſo-
nadñi defuncti non poteſt eſſe iudiciũ.h.d.Erat ratio dubitandi hic: quia iſte ſeruus tenebat bona hæreditaria debitoris tui:quæ etiam erant tibi obligata:vnde videbatur ꝙ poſſes dirigere actionẽ cõtra eũ,tanquam contra hæredẽ:& non haberes aliud quærere ſecundum ea quæ no.in l.controuerſia.ff.de tranſac.& j.de pet. hęre.l.ſi.in quibus habetur ꝙ creditores hæreditarij poſſunt dirigere actiones ſuas contra poſſeſſorem hæreditatis, licet non ſit verus hæres:quia ſufficit ꝙ bona teneat vt hæres:nec poteſt excipere ꝙ non ſit hæres:quia eſſet ſibi contrarius, ſed iſtud eſt verum quando ille aſſereret ſe eſſe hæredem:& cũ alio ſuper hæreditate contendit,& eſt talis qui poteſt eſſe hæres,ſed iſta non erant hic.
2 †No.ergo hic in fi.ꝙ licitè petenti non eſt denegãdus aſſenſus. vt in l.ij.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.ita illicitè petenti dene
3 gandus eſt aſſenſus.& à petitione repellendus.† Item no.ſecundum Docto.quòd contra hæreditatem iacentem poteſt peruenirí ad primum decretum,intellige præmiſſa proclamatione, ſi ſit aliquis qui velit dicere ſe hæredem,& hæreditatem defendere. & tunc nullo cõparente peruenitur, ſed ad ſecũdum decretum quod eſt præiudiciale,non peruenitur.niſi dato curatore hæreditati iacenti.vt l.ſi diu.ff.quib.ex cau.in poſſeſ.ea.qui curator ſi debitum eſt liquidum,poterit ſoluere:& bona liberare. aliàs dabitur libellus contra eum,& liquidabitur debitum per ſententiã & poſtea ſi non ſoluetur,peruenietur ad venditionem pignoris.
4 Et adde.l.ſi quis inſtituatur.ff.de hære.inſti. † Not.etiam quòd ſuper eadem re poteſt concurrere pignus conuentionale, & etiã prætorium.nam iſta bona hęreditaria,& etiam ſeruus erant obligata huic petitori ex pignore conuentionali: & tamen dicitur quòd in eis fiet miſsio iudicis officio, per quod conſtituitur pignus prætorium.Nec obſt.quòd res mea non poteſt amplius efici mea.vt l.ſequitur.§.lana.ff.de vſucap.quia dominium eſt ius pleniſsimum.vnde amplius plenitudinẽ non recipit,ſed pignus ſic.& eſt vtilitas:quia facilius deuenitur ad venditionem pignoris prætorij per ſecundum decretum,quàm pignoris conuentionalis.in quo multa requiruntur.vt j.de iure domi.impe.l.ſi.& l.ſi conuenerit.ff.de pigno.actio.

2 ☞Si æquitas eſt ſcripta in genere,& rigor in ſpecie præfertur rigor.
3 Quid ſi æquitas non eſſet ſcripta,& rigor ſcriptus uideretur non æquus?
4 Si eſſet dubium de intellectu legis:debemus ſequi intellectum æquiorem & benigniorẽ: & quando intellectus legis eſt clarus non debemus ab eo recedere propter æquitatẽ, quam de capite noſtro fingimus.

LEX VIII.

1 PLacuit. †Aequitas ſcripta[b] a
b prefertur rigori ſcripto.h.d.Et licet gl.multũ laboret in exẽplis ponendis.tu poteſt petere exemplum clarum in l.ij.ſ.eo. vbi de rigore ob.exceptio:ſed de æquitate datur replicatio.& quia iſta æquitas eſt ſcripta. vt
2 in illa l.ideo præferẽ rigori.vt hic: † & hoc quando æquitas eſt ſcripta in ſpecie.ſi autẽ in genere,& rigor in ſpecie,præfertur rigor vt l.j.ff.de vſucap. iuncta l.naturaliter.cum l.ſeq.ff.de condi.inde.nam rigor vſuca. vel præſcrip.ſcriptus in ſpecie præferẽ æquitati ſcriptæ in genere,quæ eſt ꝙ nullus debeat locupletari cũ aliena iactura. Dictus enim rigor eſt bonus propter bonum publicum,ne ſemper dominia ſint in incerto,ſed non eſt æquus: quia contra rationẽ naturalẽ,quæ ſuccũbit propter iuſtitiã poſitiuam quæ verſat in rigore.vnde quoddã eſt ius bonũ & æquũ, quoddam bonũ & non æquũ,quoddã ecõuerſo,quod dic vt in glo.in
3 l.j.ff.de iuſti.& iure. †Si verò nõ eſſet æquitas ſcripta: licet rigor ſcriptus,& videret nõ æquus,nec eſſet ſeruandus.hoc ad nos nõ pertinet:ſed ſaluare debemus. qm̃ ad ſolũ principẽ pertinet iſtã æquitatẽ diſcernere.& hoc habetur in l.j.§.de legi.nec debemus de capite noſtro propter æquitatem quã eſſe putamus,à iure ſcripto recedere:quia ſic oẽs ll.poſſent aboleri propter preſumptuoſos & temerarios aſſerentes contrariũ,& nõ tenẽtes iura ſcripta propter æquitatẽ capitis eorũ, dicẽtes nõ curamus de veſtris ll. & ſubtilitatibus:ſed de æquitate quã nõ cognoſcũt: ſed credunt
4 cognoſcere.†Itẽ ſi eſſet dubiũ de intellectu.l.& poſſent dari plures intellectus,debemus ſequi intellectũ æquiorẽ & benigniorẽ qñ autẽ intellectus l.eſt clarus,nõ debemus ab eo recedere ꝓpter æquitatẽ,quam de capite noſtro fingimus. & adde quod habet in l.ſi ſeruũ.§.ſequitur.ff.de ver.oblig.quia in ſubtilitatibus iuris aliquando perniciosè erratur.quod declara vt §.qñ intellectus.l. eſt dubius.& quis vellet ſequi intellectum rigoroſum: vt faciũt multi,vt oſtendant ſe ſciolos,& multas ll.habere præ manibus: contra quos facit dictum Salomonis.Noli eſſe nimis iuſtus.

a ¶Seruus non poteſt eſſe.Adde.l.vix.ff.de iud.l.j. C. ſi per vim. vel alio modo Card. zab.in c. ſciſcitatus. in iij. q. de reſcriptis. eundẽ Car.in c. prætерea.in ij.concluſiõe de dila.
b ¶Aequitas ſcripta. Adde.l.quod ſi ephe ſi.ff.de eo quod cert. loc.Cyn.in l.ſi. C.de legi.c. fi. de tranſact. c.diſciplina. xlv. diſ.

2 ☞Inſtructio ac modus quem tenere debeat iudex in cauſis quæ coram eo uertuntur. & nu.3.
3 Cauſa in quibus ſummariè proceditur,& tamen requiritur plena probatio.
Clauſula ſummariè & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij.quid importet: & quid de uerbo ſummatim procedatur?
4 Cauſa qualiter dicatur ſummaria,multis modis.
Quæ dicatur cauſa ordinaria,& plenaria?
5 Interrogatio iudicis (ſi partes aliquid noui dicere uelint) debet fieri ante concluſionem in cauſa.
Concluſio in cauſa,an ſit de ſubſtantia ordinis iudiciarij? & an extendatur ad cauſam appellationis?
6 Poſt didicita teſtificata non poſſunt produci teſtes ſuper eiſdem articulis & directò cõtrarijs,etiam in cauſa appellationis.
Iudex poteſt quandocunque interrogare partes ſuper negotio principali de quo agitur ad informationem.
7 Quòd pars per modum interrogatorij non debeat audiri niſi ſuper præparatorijs iudiciorum,& quando interrogat,nihil ponit.
8 Si dantur interrogatoria parti tuæ tangentia principalem,dicas non teneor reſpondere: ſed da tua capitula,uel poſitiones.& reſpondetur per uerbum credit uel non.

LEX IX.

1 IVdices. †Regulariter per iudices in cauſis adhi-
benda eſt plena cauſæ cognitio:quæ cõſiſtit in ſæpius audiendo partes, & in expectando eas, ſi aliquid de nouo dicere volunt.hoc dicit.Et diuide in tres partes. Primò ponit dictum, ꝙ debet adhiberi diligens inquiſitio ſecundũ qualitatem cauſę,vſq ibi. [& tunc vtrãq partem.] Secundò declarat in quo cõſiſtat iſta plena cauſę cognitio,vſq ibi.[cũ hoc ipſum.] Tertiò ponit quę vtilitas ex eo reſultet,& ex iſta l.emanauit.& ſumptũ eſt ca.indicantem oportet cũcta rimari &c.xxx.q.v.qđ eſt.c.fi.vbi tex.plenius loquit quã
2 hic:ſed vtit verbis iſtius l.† Inſtruit ergo iſtã.l.iudicẽ quẽ modũ habeat tenere in cauſis q̃ corã eo vertunt:vt poſsit eas cũ iuſtitia terminare ꝓ ſuã ſniam diffinitiuã.Per primũ dictũ huius l.Cy.in l.j.de prẽto.ſtip.dat iſtã regulam.quã Bar.refert & approbat. & melius declarat in extrauagãti ad reprimendã.ſuper verbo ſum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Didicerũt testificata. Adde tex.in.c. iurauit.de proba.& in c.feries. de testib. & vtrobiq; per doc.

mariè. quod qñcunq; est talis causa in qua sententia diffinitiua facit plenũ ius, & præiudiciũ, quod nõ põt reparari nisi p appellationẽ, aut per resti.in integ. ibi regrit plena causæ cognitio:& dicit causa ordinaria: intelligе quãtùm ad triplicẽ effectũ. Primus est quantũ ad ordinem iudiciorũ: quia debet dari libellus,& lis contestari. & ferri diffinitiua,& pars citari peremptoriè ad ipsam audiendam. Item quia in ea admittuntur exceptiones requirentes altiorem indagi nem:& dantur dilationes.secundùm l.fi.ff.de fer. & l.j.ṡ.de dila.

3 †Item quia requiritur plena probatio per testes, vel instrumẽta. Fallit in quibuidã casibus,in quibus summariè procedit̃r: primus in casu l.de submersis.j.de naufra. lib.xj. Item in casu illius extrauagã.ad reprimendã. Item in casibus qui ponuntur in cle. dispendiosam.de iudicijs.in quibus proceditur summariè &.de plano sine strepitu & figura iudicij. Item quando causa esset cõmissa vel delegata cũ illa clausula:vt procedatur sine strepitu & figura iudicij:vt in cle.sæpe.de ver.sig.& in dictis casibus in quibus agitur de plano:licet summariè agatur, nihilominus requiritur plena probatio: & illa verba summariè & sine strepitu &c. important quòd non seruetur ordo iuris: puta libelli oblatio. vt in d.cle.vbi declarantur ista verba,& quid censeatur remissum, & quid non:sed si cõmitteretur duntaxat quod summatim pro-
6 cederetur,& non illa verba adijcerentur de plano & sine strepitu &c. figura iudicij solùm importaret quod deberet procedere terminis abbreuiatis:& q; possit denegari secunda dilatio.& darentur minores dilationes : non autem videretur sublatus ordo iudiciarius.imò daretur libellus, & lis contestaretur. vt patet in l.tigni.ṡ.ij.vel iij.ff.ad exhiben. vbi loquitur in actione ad exhibendũ, quæ summaria est,& tamen lis ibi contestatur.ergo & daretur libellus.importaret etiam illud verbũ summariè q; non deberet admitti exceptio requirens altiorẽ indaginem, si tamen sit talis quæ in alio iudicio posset reparari:vt l.ille à quo.ṡ.j.ff. ad Trebel.Si verò sententia diffinitiua nõ parit plenũ prejudicium.vel parit tale quod non potest reparari citra appellationẽ.vel restitutionem in integ.ibi nõ requiritur plena causæ cognitio,sed summaria.vt in casibus qui ponũtur per gl.in l.iij.ṡ.sciendũ.ff.ad exhibend.Et si præiudicium sit quasi nullum, sufficit probatio per iuramentum.vt l.thesaurus.ff.ad exhib. Si verò sit,quare requiritur saltem probatio per vnum testem.vt in casu l.si quis à liberis.ṡ.si vel parens.de libe.agnosc.nec requiritur ordo iuris:vt l.à
4 Diuo pio.ṡ.si super rebus.ff.de re iud.Cætera dic vt ibi per Bar. qui multum subtiliter & plenè examinat. †Dicitur ergo causa summaria pluribus modis. primo ratione ordinis iudiciarij : de quo in l.prolatam.j.de sentẽ. quãdo in eo non est necessariò seruandus ordo:quod potest;cõtingere etiam in casibus in quibus sententia facit plenũ præiudiciũ:vt ṡ.dixi. Secundò ratione probationis,quãdo nõ requiritur exacta probatio : sed sufficit iuramentũ,vel vnus testis:& hoc vbi sententia non facit plenũ præiudicium:quia potest reparari per appel. vt in casibus positis in l.iij.ṡ.ibidẽ.ad exhiben.in quibus etiam dicitur summaria ratione ordinis.qui nõ requiritur. Tertio modo quandocũq; proceditur cõtra absentẽ.vt j.eod.l.properandũ.ṡ.finautẽ reus.& in auẽ. qui semel.quomodo & quãdo iudex.& l.ampliorẽ.de app.l.cũ proponas.& in auẽ.ibi posita.de bo.autho.iudic.pos.& ibi no.Nam quãdo proceditur ad primũ & secundũ decretũ contra absentẽ, dicitur summariè procedi:etiã si requiratur plena probatio:vt in secũdo decreto quod facit plenũ præiudiciũ. cũ regula sit q; negotiorũ merita partiũ assertione pandũtur : vt in l.fi.j.si pervim vel alio modo.vbicunq; proceditur cõtra absentẽ:etiam si adhibeatur ordo iudiciarius,debet summariè procedi, quasi non plenè adhibita causæ cognitione. quia si foret præsens, aliqua allegaret quæ nunc non allegat:quia sententia lata cõtra absentẽ sibi soli præiudicat,& nõ alteri tertio, cui præiudicaret si foret præsens,vt l.qui repudiãtis.in fi.ff.de inoff.test.& l.si ideo.ff de euic, tanquam lata potius ex contumacia, quã q; habeat malam causam. Quarto modo videtur summariè procedi quãdo proceditur terminis abbreuiatis:nõ tamen prætermisso ordine iudiciario.vt si cõmitteretur q; summariè procederet nõ adiectis verbis de plano sine strepitu & figura &c.quo casu etiã nõ admitteretur exceptiones requirẽtes altiorẽ indaginẽ.si tamen in alio iudicio possent reparari citra appellationem ; aliàs secus. ne tollatur defensio, & ista casu denegabatur secunda dilatio propter hoc solum quod causa est summaria:sed in plenaria nõ,si fuit impeditus in prima:vt no. in l.fi.ff.de fer.Extra istos casus causa dicitur ordinaria & plenaria per istam l.In tex.ibi. [rei qualitatem.] id est,rei veritatem secundũ Bal.sub quo verbo comprehẽditur substantia,& qualitas.† In tex.ibi. [sæpius interrogare.] ista interrogatio iudicis si pates aliquid noui dicere velint . debet fieri ante conclusionem in causa : quia post nil possit dicere vel allegare:vt in c.cum dilectus.de fide instrum.& in c.pastoralis.cum ibi not.per Inno.de causa possel. & proprie. & si dixerint se amplius nolle dicere vel allegare,iudex concludet in causa:vel mãdabit partibus q; concludant , vel renuntient allegationibus & probationibus : vt not.in Specu.de renun. & conclu.in princip. de qua conclusione an sit de substantia ordinis iudiciarij. dic vt in d.l.prolatam.per docto.post glos.& de ipsa potius habetur in iure canonico quàm ciuili. Et not.quòd talis conclusio & renũtiatio non extenditur ad causam appellationis , quominus in ea possint fieri allegationes nouæ & probationes : vt not. Specu.in titu.de renun.& conclu.ṡ.j.versicu.scias.licet Bal. sequendo Alb̃ericum in authen.iubemus.dicat contrarium.& non bene : nec allegat Specu. quia per appellationem reponuntur partes in eo statu in quo erant tempore litis contesta. in prima causa vt not.
6 a in l.ita demum.ṡ.de procur. †Fateor tamen quod si didicerunt testificata*,illud impediat eos etiam in causa appellationis,quominus super eisdem articulis & directò contrarijs non possint
☞ testes producere propter timorem suborna.& ita loquitur c.fraternitatis.de testi.quod allegant.& hoc potius de iure canonico quàm ciuili.vt not.in l.per hanc.de tempo.appel.potest etiam iudex interrogare partes super negotio principali de quo agitur ad informationem suam.& istam interroga. potest facere quandocunq; etiam post conclusionem.vt l.vbicunq;. ff.de interrog. actio.& in c.cum Ioannes.de fide instru.& not.in Spec.de præscriptionib.ṡ.iiij.post princ.†Pars autem per modum interrogatorij non debet audiri nisi super præparatorijs iudiciorũ.de quibus.ff.de interrog.actio.per totum:sed si vult super negotio principali petere, puta an sin debitor eius , vel an tibi mutuauerim, vel super causa concernente negotium, nõ debet audiri nisi per modum positionum,ad quas teneris:quia in illis videor confiteri illa quæ pono : & ista confessio posset tibi prodesse.sed quando interrogo.& nihil pono, nihil confiteor:peto tamen vt confitearis:vnde si teneris,non seruaretur æqualitas:& ita reperio determinatum in decisionibus Rotæ decisione. xl. sed de hoc est glos.ordina.quæ non allegatur ibi in c.iudicantem. xxx.q.v. in prin allegato quod tene mentẽ.& istud habui de facto.& quotidie contingere potest.Tene mentẽ cum practicabis. 8 †Si darẽtur interrogatoria partẽ tuæ tangentia principalem. dicas nõ teneor respondere:sed de tua capitula,vel positiones:& respõdetur per verbum credit,vel non. & pauci hoc sciunt. & faciet tibi honorem. In glos.iij. ibi : [sed plenissima in criminali.] & sic in defectum proba.nõ datur iuramentum:sed in ciuili sic.secundùm Baldum,iuxta not.in l.iij.per glos.ff.de iureiuran.Et ista est differentia inter plenam & plenissimam. Item in criminali non videntur sufficere duo testes sine alijs præsumptio.iuxta nota. in l.ij.circa princip.j.de execu.rei iudi.sed in ciuili sic. vt in l.vbi numerus.ff.de testi.

2 ☞ *Lex faciens mentionem de mense,intelligitur de xxx.diebus. & an debeat intelligi secundùm quod occurrit?*

3 *Renuntiatio allegationum & probationum quid operetur ? & an ualeat,& quomodo intelligatur ista renuntiatio? & quid de allegationibus facti fiendis per partem?*

4 *Allegationes an transeant in actas?*

Postquàm aliquis renuntiauit allegationibus , uel probationibus , an hoc non obstante possit allegare uel probare infra terminos datos alteri parti?

5 *Quòd possit quis renuntiare instrumentis etiam postquam ipsa produxit , si hoc dicat expresse:& quid si simpliciter renuntiat?*

Quando censeatur conclusum in causa?

6 *Si iudex assignat terminum ad allegandum,postquam una pars renuntiauit allegationibus,an & antequam renuntiauerit possit assignare terminum ad exceptiones dilatorias uel peremptorias proponendum utrique parti?*

7 *Quid in probationibus & productione instrumentorum quæ possunt produci usque ad conclusionem in causa,an possit assignari alius terminus,itaque post eum lapsum non possint instrumenta produci,licet non sit conclusum in causa?*

8 *Quare dentur plures dilationes ad allegandum quàm ad probandum allegata?*

9 *Licet quis plures habuerit dilationes, & fuerit contumax in probando, uel allegando. tamen cum fertur sententia debet specialiter citari ad ipsam audiendam.*

AVTHENTICA.

1 IVbemus.†Ista auth.declarat vnum dubiũ circa l.C.quia ibi dicit q; iudex debet interrogare partes sæpius , si volunt aliquid noui addere.i.dicere,allegare,aut probare. Sed pone interrogat partẽ vnam quæ dicit q; non,& renuntiat allegationibus, & petit sententiã ferri:quia cõfidit de iure suo,quia aduersarius nõ probauerit suã intentionẽ,& cũ instantia petit sententiam. Alia pars interrogata dicit se velle addere,allegare,vel ꝓbare: & protestat iudici q; nõ festinet ad sententiã antequã audiat. Quærit quę erunt partes iudicis? Rñ.q; debet ei assignare terminũ, intra quẽ dicat vel alleget quicquid vult:& si intra illũ terminũ nõ fecerit,erit contumax:propter quod prę sumit in dolo. & ad malitiã fugandã datur alia dilatio.quibus elapsis si nihil dixerit, ꝓceditur ad sententiã secundũ leges,vel statuta,& cõsuetudines.Et poterat esse dubiũ si satis erat de tẽpore instantię:& ille qui volebat allegare petebat à iudice q; nõ procedat ad sententiã vsque
4 ad finẽ tẽporis instantiæ:quia nõ erat periculũ in mora.vt j.eod. l.ꝓperandũ.ṡ.huiusmodi aũt sententia &c. Certè Iudex non tenetur tm̃ expectare,postquã altera pars renũtiauit allegare : sed debet assignare terminos.vt hic:sed si pars altera nõ renũtiasset, posset procedere quod dixi:vt ibi.istud tm̃ quod dentur tres mẽses,nõ seruat:quia secundũ formã statutorũ instantiæ causarum
2 non tm̃ durant q; possint tam longę dilationes dari: imò nec solent dari tres:sed secundũ iudicis arbitriũ:vt hic sentit Bar.† Col
a ligе tm̃ ex isto tex.q; lex faciens mentionẽ de mense,* intelligitur de xxx.diebus:licet alij menses habeant xxxj.diẽ.gl.tm̃ in c. quã sit in ver.mẽsem.de elec.li.vj.aliter dicit,quod debet intelligi secundũ q; occurrit casus,vt intelligas de xxxj.diebus,si illemen-
3 sis habeat tot dies.†Quęrit in prima gl.quid operet̃ ista renuntiatio,de qua in prin.aut.ṡ.alleg.nam hoc verbũ põt intelligi tribus modis. Primò de alleg.iuris quę fiunt per aduocatos viua voce,vel in scriptis.Secundo de alleg.facti quę fiunt per partes excipiẽdo,vel replicando.Tertiò de proba.teſtiũ,vel instrumentorum circa ea quę sunt allegata in facto. Vtrũ ergo ille qui renuntiauit allegationibus videat renuntiasse oĩbus istis,vt sic nõ possit probare amplius per testes,vel instrumẽta?glo.vult q; nõ: quia etiã si specialiter renũtiasset probationibus, nõ valeret renũtiatio:tanquàm contra publicã vtilitatẽ.Et videtur tex.in aut.de testibus.ṡ.quia verò.vbi dicit q; volenti testes ꝓducere nõ nocet renuntiatio:sed nocet quarta ꝓductio,& didicisse testificata. Breuiter inquantũ vult q; expressa renũtiatio ꝓbationũ non valeat.Doct.dicũt q; imò si fiat in iudicio,valet.vt est casus in c. de testibus.extrà de testi.Sed si fiat extra iudiciũ,non valet: ita põt saluari glos.vnde renuntiatio quæ fit instrumentis,q; non possit probari solutio nisi per instrumentũ cãcellatũ,nõ valet. vt no.in aut.vt sine prohi.matres debi.& credi.ṡ.vlt.in gl.mag.& in Spe. de proba.ṡ.videndũ.ver.sed pone.el primo.& ita no.in c.cũ dilectus.de fide instr.Nunc ergo restat videre quo intelligat̃ ista renuntiatio allegationũ.Breuiter not.Intelligit̃ tertio modo.i.probationibus:quia aliud est allegare,aliud probare.& no.q; si renũtiaret probationibus in iudicio,nec testes nec instrumẽta posset producere,cũ oĩa cõprehẽdanẽ sub isto vocabulo. Sit ergo cautus si vult renuntiare testibus tm̃.q; ita dicatur expresse.& tunc hoc non obstãte poterit ꝓducere instrumẽta:ita notat in Spec.in tit.de testi.ṡ.fi.Qualiter aũt intelligat̃,an de allegationibus iuris fiendis per aduoca.an verò de allegationibus factis fiẽdis ꝑ partẽ:vt sic amplius nõ possit excipere,vel replicare , vel dicere qđ tangit negotiũ principale.gl.ista in fi.sentit.& etiã doc.hic.quod intelligat̃ primò de allegationibus iuris fiẽdis per aduocatos:sed in cõtrariũ,qđ intelligat̃ de allegatiõibus factis fiẽdis per partẽ: facit tex.hic in verbo [quod ꝓponat.]& in verbo [ꝓponere.] Breuiter istũ articulum disputauit Guido de Suzaria:& adducit plura iura pro & contrà in l.qm̃.ṡ. de hęreticis. Cuius dicta refert Io.an.in addi.Spe.in tit.de renũ.& cõclu.ṡ.j.& ad primã partẽ allegat.l.j.cũ glossella.ṡ.de iur.& fac.igno.in ver.allegationes.
☞ & glossella exponit id est exceptiões:& titulũ si ex falsis instru. in rubro & nigro:& plura alia iura: & istã partẽ videtur tenere Bar.in l.cõsentaneũ.j.quo & qñ iudex. nõ allegando prædicta dicit de iure cõi hanc partẽ esse verã:vt intelligat̃ de allegationibus facti:sed secundũ communẽ stylum iudiciorũ dicit primam partẽ esse verã;vt intelligatur de allegationibus iuris. Breuiter si hoc verbũ proferatur à lege,vel statuto , si a aliud nõ apparet,dico q; intelligatur de allegationibus facti:vt satis ꝓbatur hic:& ita intelligit̃.l.minor xxv. annis omissam allegationẽ.ff.de mino.sed si ꝓferat̃ ab homine dicẽdo renũtio allegationibus , dico inspiciendũ esse ex coniecturis. nã si fecerat b aliquando allegari per aduocatos,dicendo postea renũtio allegationibus, videtur tm̃ de allegationibus iuris:vt sic non possit petere q; amplius audiant̃ aduocati. Nec posset conqueri de iudice nolẽte audire.non tm̃ per hoc videtur renuntiare legibus,vel statutis facientibus pro se.vt l.ornamentorum.de aur.& argen.lega.Ideo bene imputaret̃ iudici si iustitiã suã nõ perquireret,& nõ suppleret de iure,nisi aliqua fuerint omissa per aduocatos.vt ṡ.vt quę desunt aduocatis partiũ. l.vni-
4 ca.† & dicit Bal.vnũ notabile.q; allegationes prius factę trãseũt in acta:& si causa cõmitteretur cõsulenda,deberẽt mitti cũ alijs actibus ad consul.sed illa quę fierent post renũtiationẽ : licet iudex debeat eas accipere,tm̃ nõ deberet eas mittere in sacculo cũ alijs act.& scripturis.Tene menti bonã practicã.tenendo autem q; videat renuntiasse allegationibus facti:& semper renũciauit expresè allegationibus,quęritur an iste renuntiãs hoc non obstãte infra terminos datos alteri parti possit allegare,vel ꝓbare? videtur quod sic:quia dilatio est communis.per l.petendæ. ṡ. de tempo.in integ.restit.Doctores tenent contrarium: quia illud si non renuntiasset,sed ideo quia se excludit per suam renũtiationem dilatio illa non est sibi proficua,vel communis. secundùm Iaco.bu.& hoc expresè tenet Specu.in tit.de testi.ṡ. fi.in fin. dicens quòd sit cautus:vt renuntiet sub cõditione, si altera pars re-
5 nunciauit.† Item dicit Bal.quòd potest quis renũtiare instrumẽ-
b tis b etiam postquàm ipsa ꝓduxit:& si hoc dicat expresè : vt est casus in l.iij.j.de fide instrumen.Sed simpliciter renũciando instrumentis,intelligitur de producendis : non de iam productis. ne videatur sibi contrarius.Dicit etiam quòd in criminali nõ valet renunciatio allegationum vel probationum, etiam facta in iudicio:& allegat.l.non tantùm.cum ibi nota.ff.de appel.hoc nõ
☞ placet:quia quotidie videmus seruari contrarium:quia postquã criminosus confessus est ad banchum , renunciat omnibus defensionibus suis:& etiam appel. & mittitur ad iustitiam: & ad hoc consueuit glosſ.j.allegari in l.j.& ibi Bald.notat.ff. de furtis. Dicit etiam Bald.quòd quando ambæ partes renunciant allegationibus,censetur in causa conclusum:non sic qñ vna pars.& allegat.c.fi.de arbi.li.vj.hoc tenet Io.an.in addi.Spec. de renũtia.
6 & conclu. † Vltimò quęri potest.an sicut iudex assignat terminum ad allegandum,postquam illa pars renũtiauit allegationibus,ita & antequam renũtiauerit possit assignare terminum ad exceptiones dilatorias,vel peremptorias proponendas vtrique parti? videtur quòd non.cum à iure præfigatur terminus ad dilatorias vsq; ad litis contest.& ad peremptorias vsque ad sententiam.vt in l.peremptorias.j.sententiam relcindi non posse. Et iudex non potest auferre beneficium à iure indultum : vt in c. indultum.de reg.iur.li.vj.breuiter vt sit litium finis:& abbreuientur potius quàm protelentur:de dilatorijs est casus in contrariũ in c.pastoralis.de excep.Et idem dicunt Doct.in peremptorijs: ex iusta tamen causa.Sed in dilatorijs sola abbreuiatio litis est causa iusta:in peremptorijs non:nisi videret partem malitiosè differre.† Et eodem modo quæritur.quid de proba.& de produc.in-
7 strumentorum quæ possunt produci vsq; ad conclusionem. an possit assignari alius terminus , ita quod post eum lapsum non possint instrumenta produci: licet non sit conclusum ? vide de hoc per Bar.in l.mancipiorũ.ff.de obti.leg.& glo.in cle.sæpe. de ver.sig.vbi dicunt doc.An ius alterius partis esset effectũ deterius:quia perirent suæ probationes si instrumenta admitterẽtur: & tunc non debent recipi. An res sit integra:& tunc secus , aliàs vidi seruari in romana curia : q; etiã primo casu si producantur instrumenta realiter:& non petatur dilatio ad ipsa producenda, debent recipi.secus si peteretur dilatio. In glo.quę incipit [similis.] ibi: [sol hic absenti:]Ista nõ est bona:quia hic loquitur etiã de præsente:dic ergo quòd hic loquitur de dila.allegatorijs : lex contraria loquitur de dila.probatoris.nam maius periculum est in non volendo allegare iura sua,quàm in non volendo proba-

¶Lex facẽs mentionem de mense. Adde l.cũ bissextus. & ibi Doct.ff.de verb.sig. Alex.de imo.in cõsi. incip.In causa & lite vertẽte inter christophorum.in ij.vol.

¶Renuntiare instrumentis. Adde Ange. in authen. vt cum de app. cogno. in ṡ. sed hoc colla.viij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Contumax. Adde cum de Paul. de ca. in l. qui uis. ff. de in ius voc. Abb. in c. propositi. ad fi. & in c. dilecti. de for. cõpe. & hoc intellige verum, etiã si talis cõtumax vellet reassereire expẽsas ita Bar. in l. quãtis. ff. de dam. infect. & d. Ant. in d.c. proposuisti. de quo per Ang. Imo. & d. Alexan. in d.l. quamuis. Cur.

re. nam si allegem, fortè aduersarius meus cõfitebitur: & nõ indigebo probationibus: Ideo †plures dantur dilationes ad allegandũ: vt hic sed ad probãdum allegata datur vnica tantũ, cũ modica causæ cognitione in ciuili & etiã secunda cũ tertia cũ magna causæ cognitione: vt in cõtrario. In ea. glos. in fi. ibi: [sed illa ad dandã diffinitiuã.] Tu dic q illa loquitur in dila. expectatorijs ad cõparendum. ista in dila. allegatorijs. † Vltimo no. gl. seq. quæ semper allegatur. q licet quis plures habuerit dilationes: & fuerit cõtumax in probando, vel allegãdo, nihilomi-
nus cũ fertur sniã debet specialiter citari ad ipsam audiẽdã: aliàs nõ valeret. vt l. j. §. Item cũ ex edicto. ff. quæ sent. sine app. rescin. & ad hoc vide tex. cum glo. in cle. sæpe. de verb. sig. super verbo adhibitis.

2 ☞ Causa conuentionis & reconuentionis etiam si non sint inuicem continentes, sed separatæ, an debeat fieri diuisio: & an ambæ sint coram eodem iudice tractandæ?

3 Plures casus in quibus pendente lite coram uno iudice: potest quis conueniri corã alio.

LEX X.

1 NVlli prorsus. †Non potest quis super causa possessiõis & proprietatis eiusdẽ rei eodẽ tẽpore & cotra eundẽ diuersos iudices impetrare: sed ambæ causæ debẽt corã vno tractari sec'm secundã lec. quæ cõiter tenetur in ver. [vel pone secundũ Ioã.] Cõtra lec. Io. quæ cõiter tenet. op. pro declaratiõe gl. nã tex. vult in effectu q nõ debeat quis diuersos iudices impetrare cõtra eũdẽ. s. aliũ super pos. & aliũ super proprietate. sed vnũ tantũ. Cõtra istud vltimũ oppono: quia poterit quis intẽtare: & cumulare possessoriũ & petitoriũ. & procedet eodẽ tpe. Sed cõtra. d. l. incerti. j. de interdi. & de rei ven. l. ordinarij. Timore huius. d. gl. q intelligendo secundũ Io. oportet intelligere de possessorio recuperãdæ, vel adipiscendæ quod potest cumulari cũ petitorio: vt in l. cũ fundum. §. fi. ff. de vi & vi ar. & in c. pastoralis. de cau. pos. & proprie. nõ autẽ in possessorio retinẽdæ: quod cumulari nõ põt. vt in cõtrarijs. & in l. si de vi. ff. eo. ti. ratione cõtrarietatis. quia in possessorio asserit se possidere: & in petitorio dicit aduersarium possidere. Sed quid istud est nimis restringere istã l. vt nõ habeat locum in possessorio retinendæ. Plac. receisit ab hac lectura. dicens posse poni casum in possessorio retinendę, qñ possessorium intentatur ab vno: & petitoriũ ab altero per viam reconuentionis. nam tunc possunt cumulari: & super vtroq procedi. quia ibi nulla est cõtrarietas. Doc. reprehendũt hanc positionẽ casus. nõ tamen quin sit vera in se: sed quia nõ congruit huic l. quæ fundat se in hoc. quod cõtinentia causæ nõ debet diuidi. † Sed certè
2 in causa cõuentionis & recõuentionis, etiã si nõ sint inuicẽ continentes: sed separatæ, nõ debet fieri diuisio: sed ambæ sunt corã eodẽ iudice tractãdę. vt j. de sen. l. fi. & aut. ibi posita. vt si te conuenio super quantitate, & tu recõuenis me super equo: quia non debes impetrare diuersum iudicem: sed coram eodem debes me recõuenire propter veram conuentionẽ: & recõuentionem, quę debent eadem tentẽtia terminari: ita etiã no. Inn. in c. fi. extra eo. tit. gl. etiã vult. h. d. tamen q si fiat recõuentio in causis continẽt. vt in petitorio & possessorio. satis potest sustineri q duplici ratione prohibeatur corã diuersis. s. natura recõuen. & natura continentiæ: prima tamẽ nõ prohibetur, finita causa conuen. incipit causa recõuen. sed nõ iret propriè recõuentio: sed noua cõuẽtio. secũda verò causa impedit etiã finita prima agi corã diuerso iudice. Et idẽ dicit gl. ibi in quarta lec. in ver. [vel dic tertiò.] Doc. tenent cõtrarium in hoc. quia finita vna causa nõ prohibetur moueri alia causa corã alio iudice: etiã si sint causæ cõtinen. vt in c. fin. extra eo. vbi est casus secundũ vnum intellectũ. vel dic q ibi actor & reus erant diuersi fori principalis: vt clericus & laicus: quo casu etiã pendẽte vno iudicio potest inchoari aliud coram alio. Si enim conuenio clericũ super possessione coram episcopo, ipse pot me recõuenire super proprietate corã potestate. secundũ aliũ intellectũ: quem tene mẽti. Alij timore prædictorum pos-
nunt casum etiã in possessorio retinẽdæ intẽtato ab eodẽ. eo casu quo nõ resultat cõtrarietas: vt si ago vti possi. ratione ciuilis possessionis quam habeo: & rei ven. ratione naturalis quã tu habes: propter quam me molestas in mea ciuili. nam possum impetrare vnum iudicem super vtraq: tamẽ prius procedit in possessorio, postea in petitorio: quia si pronunciabitur me esse in possessione ciuili, incumbet tibi onus probãdi dominiũ: quia præsumor dñs ratione possessionis quã habeo de præsenti. Et hoc modo intelligi possunt. ll. contrariæ. q non possunt cumulari: vt super vtraq procedat simul. sed prius debet ꝓcedi super possessorio. vt in l. exitus cõtrouersiæ. ff. de acqui. pos. & ita etiã dixit Io. volẽdo sustinere suã lecturã in versi. [vel dic tertiò.] Alij intelligunt q finita vna causa alia possit intẽtari: corã tamen eodem iudice. non diuerso: & sic nõ obstãt ll. cõtrariæ. quia hic nõ cumulantur eodem tẽpore. sed istã reprobaui. Alij timore prædictorũ dicunt q
☞ hic loquitur de causa possessionis & proprietatis: quia in fi. dicitur [atque aliũ super possessione, aliũ super principali quæstione:] & nõ dicit proprietatis: & ponunt aliter casum. q sint duæ quæstiones cõpetentes ad diuersa. cũ tamẽ sint cõtinentes: quia ambæ illæ res veniunt in vna actione generali: puta tutelæ: quæ potest dari per malam administrationẽ, & pro retentione fundi: cuius rei gratia notandũ est, ne procedamus in æquiuoco: q aliquãdo actor nõ vult diuidere iudicia, sed mutare idem iudicium de vno iudice ad aliũ iudicem: vt si primò te cõueni coram vno, postea volo te cõuenire coram alio super eodem, tunc nõ loquitur ista l. sed l. vbi cœptũ. ff. eo. Nam poteris corã secũdo excipere q causa pendet corã alio. & q debes ad illum remitti: quia nõ debes super eodẽ corã diuersis iudicibus tradi: tũ qui esset laborosum: tũ quia possent ferri cõtrariæ sententię. de quo etiã habetur per Inn. in c. cũ M. circa fi. de cõsti. datur etiã ista exceptio li-
penden. & eã nõ solũ tu potes obijcere: sed primus iudex ad instantiã tui potest præcipere secũdo iudici vt de causa se nõ impediat: quia ipse præuenit. ad quod sufficit sola citatio facta per eũ. vt l. si quis postea. ff. eo. & hoc etiã si secũdus iudex esset maior, vel superior: quia in hoc nõ est maior: cũ nõ debeat impedire iurisditionẽ alterius, nec per viã querelæ debet adire: sed per viam tantũ appellationis. vt in aut. de defen. ciui. §. nulla. & §. interim.
3 †Et de hac materia per Gul. de cu. habetur. j. de iurisd. om. iudic. l. nemo qui excipit plures casus. in quibus poterit conueniri corã secũdo. l. qñ primus denegat copiam processus: vt §. vt li. pendẽ. l. ij. Item si retardat litem. de temp. app. l. fi. §. pe. in aut. de manda. princip. §. non permittas. colla. iij. & vt differentes iudi. §. j. vel si non vult pronũtiare. vt in aut. in medio litis nõ fieri sacras formas. Adde alium casum. quando reus coram primo iudice esset
a contumax quia tunc non posset se iuuare de iudicio alibi pendẽte, in quo cõtumax est: vt per Bar. in d. l. vbi cœptum. & l. sepulchri violati. ff. de sepul. vio. Quid autem si non appareret coram quo fuerit primò conuentus? Respondeo q non habet reus exceptionem præuentionis, de qua loquitur illa l. vbi cœptum. & l. si quis postea. sed habet exceptionem, ne super eodem corã diuersis trahatur: ideo potest petere q actor eligat coram quo velit litigare: & sit cautus in modo excipiẽdi secundũ Bal. & si actor nõ eligeret, nõ valeret processus: & si reus non exciperet, valeret coram vtroq factus: secundũ Inn. in d.c. cum M. & si excipitur, impeditur ad vlteriora processus. vt hic in princi. dum dicit [audientia præbeatur &c.] Et sic poterit obijci ad inchoationem litis secundũ Ange. ponitur autẽ qui trahit aliquẽ coram diuersis iudicibus, & perdit actionẽ litis secundũ doct. per l. j. in fi. j. de aser. tollen. Sed illa loquitur in speciali casu fauore libertatis, extra quem non perdit causam: sed dãnatur in expensis secundùm Bal. hic in fi. & est glo. ordi. in c. ex tenore. in fi. extra de rescript. Interdum actor non vult diuidere, nec mutare. sed augere: vt si dedi libellum contra te super vno, & postea super eodem, & coram eodem do alium libellum, non debeo audiri super secũdo, si continet illud idem. arg. in l. fi. §. in refutatorijs. j. de temp. app. & per Bal. in l. edita. §. de eden. in xvij. colum. Sed si aliquid addit vel detrahit de primo libello. distinguitur: an erat lis contest. super primo, vel nõ, vt plenè habetur in d. l. edita. vbi est illa materia. & tunc dicitur oriri exceptio lit. penden. quia super hoc lis pendet per alium libellum, quæ exceptio dicitur inuenta ad rigorem iuris conseruandum. de qua habetur. & no. in l. Iulianus. ff. de condi. in debi. Interdum actor vult causam diuidere. & tũc loquitur ista lex. circa quam not. quod diuisio cadit inter ea quę inuicem se attingunt. quod potest contingere pluribus modis. primo modo quãdo se contingunt occasione vnius rei, licet inter se sint diuersa, vt causa possessionis & proprietatis eiusdem rei. vt in

vt in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acqui. pos. vel ratione vnius actionis qñ sunt plura quæ veniũt: in vna actione: licet sint inter se diuersa. vt in vlt. lec. gl. vel qñ vnius causæ: licet tangant plures: vt si habeo rem cõmunẽ cũ pluribus; & volo agere ad diuisionẽ: & conuenio vnũ corã vno iudice, aliũ corã alio non potest petere ad primũ iudicẽ se remitti. & ita loquitur ti. ff. de quibus re. ad eundẽ iu. eatur. Et idẽ si essent ex parte agentis: vt si essent plures qbus aliquis est obligatus & vnus vellet reũ trahere corã vno iudice, alter corã alio. eadẽ rõne: debẽt ergo cõcordare in agendo corã vno. Et quid si quilibet est obligatus in solidum? tangitur per Guli. de cu. in d. l. nemo. j. de iurisd. omnium iudi.

a ☞ Statuta de compromissis fiendis: licet dicantur concernere publicam utilitatem, & statuta abbreuiantia tempus instantiæ, non tamen debet tantum abbreuiari quòd impedatur cognitio.

3 Causæ criminales & eorum instantiæ non durant nisi biennio, & quid si moueatur per viam inquisitionis?

4 In causis fiscalibus proceditur ordinariè & lis contestatur.

5 Instantia incipit à tempore litis contestatæ.

6 Quid in causis in quibus lis non contestatur? quid incipiat à tempore contradictionis, & an tales causæ non habeant instantiam.

7 Vbicunque iudex videt aliquid fieri ad protelationem litis, debet illud amouere: & ex officio prouidere etiam parte non petente.

Si uideat instantiam perire, & partes sint negligẽtes, quid possit ex officio suo facere?

8 Instantia coram delegato durat triennio, sicut coram ordinario: nisi tẽpus sit præfixum in delegatione.

An instantia possit de consensu partium prorogari? & nume. 9.

Quid in arbitro, uel arbitratore?

9 Statutum quòd causæ debeant expediri infra dies sexaginta uel infra certum tempus, si non expedientur: an poterunt postea expediri?

Casus speciales in quibus instantia durat minus triennio.

10 Instantia an possit suspendi, ut certo tempore non currat: & quid in tẽpore appellationis interponendæ?

11 Instantia an finiatur lapsu triennij ipso iure, an per interlocutoriam iudicis absolutentis reum ab instantia iudicij?

12 Instantia causæ appellationis prosequendæ durat anno, & ex causa biennio: & quid si stetit per iudicem quòd tempus instantiæ ipso iure non currat, & quid in instantia causæ principalis si stat per iudicem.

LEX XI.

1 PRoperandum. †Lex ista mandat causam ciuilem terminari infra triẽnium à tẽpore lit. cõtestatæ. hoc primo vult vsq ad §. [& si quidem.] Et ne hoc impediat absentia actoris, prouidet secundò vsq ad §. [sinautem reus.] Et ne impediat absentia rei, puidet tertiò vsq ad §. [sinaũt vtraq.] Et ne impediat factũ iudicis, vel casus fortuitus, puidet quartò. ibi: [illo ꝑculdubio.] & ne culpa aduocatorũ, tutorũ vel curatorũ, prouidet quintò. ibi: [sinautẽ vtraq parte imminente.] vsq in fi. l. habut. Ex quibus patet diuisio huius l. primò ponit procemiũ. vsq ibi. [censemus itaq:] secũdò statutũ vsq ibi: [sed oẽs iudices.] tertiò instruit iudices vsq ibi: [hoc etenim.] Et notandũ q etiã de iure veteri instantia lit. finiebaẽ certo tẽpore: sed nõ habemus qñ: & hoc patet in l. arbitrio. §. dolo cuius. cũ gl. ff. de dolo. Sed p
b istã l. statuit tẽpus triẽnij, per statuta verò certarũ terrarũ multominus tps quę valẽt: quia abbreuiatio tẽporis instãtię pertinet ad publicã vtilitatẽ, vt hic patet: & etiã habeẽ in gl. mag. fi. in ver. [Item an põt prorogari.] de iure canonico nullũ tps prefigitur: ideo põt durare lõgissimo tpe. vt in fi. eiusdẽ gl. & narrat Spe. in ti. de app. §. nũc breuiter. ver. Istẽ iuxta q qõ tñ vertebaẽ corã eo in curia romana, quæ fuerat incœpta añ tps natiuitatis suæ. qđ erat vt dicit xxxiij. ann. Et no. mirabilẽ virũ, q in tam paruo tpe
2 esset ita excelles. & dicit quod adhuc lis non erat contest. † Not. ergo argu. ex prima parte quod sicut statuta de cõpromissis fiẽdis dicuntur concernere publicã vtilitatem: quia pertinent ad abbreuiationem lit. & sic sunt fauorabiliter interpretanda, vt per Bart. in prima quæstione huius voluminis: ita & statuta abbreuiantia tempus instantiæ. Non tamen tantum debet abbreuiari tempus, quòd impediatur cognitio: quia multa mala ex hoc sequerẽtur, vt narrat Specu. in loco prælegato de curia Franciæ.
b dictum pro quo facit. c. j. de dolo & contu. li. vj. †Item not. secundum dictū. q; cōtumax nō appellat. [b] Cōtra hoc opp. de. l. ab eo. j. quomodo & quando iudex gl. soluit q; ibi loquitur in ficto cōtumace, qui fuit citatus ad domum. & ad cuius notitiam citatio nō peruenit. hic verò si fuit citatus personaliter: vel ad eius notitiam peruenit citatio: qui non auditur nisi veniat iudice sedente pro tribunali. Quidam alij vt Odoffre. & quidam alij tenuerūt quod nullus contumax appellat. per istos tex. etiam si sit factus contumax. nam hic loquitur indistinctè. & §. [sinautem ex gestis.] loquitur de illo qui non fuit inuentus. & sic fuit citatus ad domū. Sed glo. subaudit quod postea ad eius notitiam citatio peruenit. & tali tempore q; commodè potuit comparere aliàs non diceret verus contumax. Opi. gloss. communiter tenetur: & de his duobus articulis quis sit verus contumax: & quis fictus: & quis eorū possit appellare: plura hic tangunt per Cy. & per glo. in l. Diuus de in integ. resti. seu in l. fi. & plenius per gl. in cle. j. de dolo & cō tu. Et adde quod verè contumax est ille qui est citatus per iudicem personaliter, vel ad eius notitiam peruenit citatio per partē. Sed si est citatus à lege, non est verus contumax: & non prohibe
3 tur appellare. vt not. in c. j. de ele. & hic tangitur per Cy. †Et ideo
c si statutum dicat quod bannitus debeat infra mensem comparere; aliàs habeatur pro confesso, & possit condemnari: licet quis sciat se bannitum, & fore citatum per statutum, si non comparet, non denegatur sibi beneficium appellandi: quia non est citatus per iudicem: sed per statutum. & ita reperio Bal. cōsuluisse. Item tunc non potest appellare quando est citatus per nuntium. Si verò per edictum positum in valuis palatij, vel ecclesiarum, potest appellare infra. x. dies à die latæ sententiæ. Et in hoc deterioris conditionis est quam si non esset verus contumax: quia fictus cō tumax app. in fra, x. dies à die sententiæ: vt d. l. ab eo. quomodo et quando iudex. Et ita reperio in decisionibus Rotæ seruari in palatio apostolico. Item vera contumacia procuratoris non tollit domino beneficium appellandi. l. ij. §. si. cum ibi no. ff. quādo ap
4 pellandum sit. †Item iudex qui tulit sententiam debet admittere appellationem: licet dicatur per alteram partem non admitten dam: quia est verus contumax. nam hoc discutiendum relinque re debet iudici appel. qui si reperiet hoc, pronunciabit nulliter fuisse appellatum secundùm doc. & vide Bar. in l. ex consensu. §. fi. ff. de app. Opp. de l. creditor. & est l. fi. §. iussus. ff. de appel. vbi
5 verus contumax appellat. †Sol. vt in glo. ex quo no. quod maior contumacia est in non veniendo ad iudicium: quàm in non soluendo; & non restituendo: quia prima impedit cognitionem & diffi-

diffinitionē. & per cōsequens etiam solutionem: sed secunda solum tardat solutionē. quod est minus præiudiciale.

1 **§. Huiusmodi autē.** †Hic determinat aliud dubium, quando debeat ferri ista sententia. de qua in §. [sinautem reus.] & in §. [sinautem ex gestis.] & dicit quod propè finem triennij. & sic loquitur de sententia diffinitiua duntaxat. hoc vult gl. j. & etiam alia superverbo [condemnatio.] sed interlocutoria ab obseruatione iudicij pōt ferri etiam ante finem triennij sc̄dm Bulg. pro quo videtur iste tex. dum dicit [& absolutione forsitan præstetur pœnalis sententia.] qui videtur loqui de illa absolutoria: sed in cōtrarium videtur tex. in §. [& siquidem.] Gl. ibi secundū Hug. subaudit & etiā hęc gl. quæ incipit [ex necessitate:] tamen ipsa glo. dicit inter reū actorem & absentem. dic vt dixi in §. [& siquidē.] quia iste text. loquitur tam de diffinitiua quàm de absolutoria ab obseruatione iudicij: per quam lex moritur: vt non debeat ferri nisi propè finē triennij. vt hic. & in §. [& siquidē.] & tex. dū dicit [absolutione.] intelligatur de absolutione ab instantia edicti. q̄ quandocunque pōt ferri: quia per eā nō moritur lex. vt in l. & post edictū. §. circū ducto. ff. eo. tamen inquantum loquitur de diffinitiua lata cōtra reum absentem, prout refert ad §. [sinautē reus.] videt cōtra tex. in d. l. & post edictum. in prin. quia tunc qñcunq; poterat ferri vi detur dicendum q; iste tex. corrigat illum. vel potius declaret, & limitet: quia ibi nō fit mentio de tempore & per hoc patet Gl. esse declaratas quæ videntur adinuicem contrariari.

2 ☞ *Quando fertur absolutoria interlocutoria ab obseruatione iudicij, quæ expensę ueniant absoluendæ illi absoluto.*

3 *Ad hoc ut uictus uictori condemnetur in expensis: an requiratur quòd fuerint petitæ in libello, uel in calculo ferendæ sententiæ?*

4 *Iusta causa litigandi excusat ab expensis, & qui fuit iusta causa litigandi in parte iudicij tantum?*

5 *Iuramentum de calumnia non excusat ab expensis uictoriæ.*

1 a **§. Siue autem alterutra.** †Victus victori [a] condēnatur in expensis legitimis. h. d. & semper allegatur ad hoc: & determinat vnū dubiū circa. §. [sinautem ex gestis.] & §. [sinautem reus.] qui loquunt qñ
2 fertur diffinitiua. quo casu est dare victum & victorē. †sed quando fertur absolutoria interlocutoria ab obseruatione iudicij, non est dare: cū quæstio nō finit: tamē venit expēsæ nō ratione victoriæ: sed ratione cōtumaciæ. vt in §. [& siquidem.] in fi. de qui bus etiam loquitur l. sancimus. j. eo. Et etiā dare expēsas ratione temerariæ vocatiōis in ius. de quibus in l. eū quē temere. ff. eo. Itē ratione calūniæ: si calūniosè & malitiosè aliqua exceptio opponatur. vel omittatur. vel alia pars fatigetur laboribus & expēsis. vt j. de fruc. & lit. expē. l. non ignorat. & q; not. Cy. in l. j. ŝ. vt quæ desunt aduoca. partium. & de ista materia quæ est satis longa dic vt in cap. prout. de dolo & contuma. per Canonistas. & in
3 Spe. de expensis, per totū. †In tex. ibi. [& reddere eam pacti lesæ coarctabuntur.] hoc si fuit petitū. aliàs secus. vt in l. iij. §. hoc aūt iudicium. ff. de dam. infecto. sed Dy. dicit etiā si non fuit petitū
5 per l. ædiles. §. Item sciendum. ff. de ædili. edic. Cyn. & bene dicit q; nō requiritur q; hoc sit petitum in libello: sed sufficit q; saltem in calculo ferendę sententiæ petatur. & ita intelligitur ille. §. dicit Bal. quod sufficit q; petat sententiā pro se: quia cēset petijsse qđ ferat. tam in principali quàm in expēsis. quod tene menti. Sed licet non teneatur iudex si non petit: potest tamen ex officio face re condemnationem in expensis: postquam contigerunt in lite.
4 ita potest intelligi ille. §. Item sciendum. †Ab istis tamen expēsis excusat iusta causa litigandi. vt in aut. de iudi. §. oportet & l. qui solidum. §. etiam. ff. de leg. ij. Et si fuit iusta causa in parte iudicij & in parte non, pro tēpore quo fuit excusatus, nō pro alio. vt no. Bar. in l. si quis inficiatus. ff. depositi. & l. destitisse. de iudi. & hoc quando veniunt iudicis officio mercenario. sed si iure actionis, non excusatur ab eis propter iustā causam litigandi. vt no. per gl.
5 sing. in l. si mulier. §. j. de leg. iij. & l. non solum. ff. de rei vēdi. † Iu
b ramentum autem de calumnia [b] non excusat ab expensis victorię sed ab his que veniunt ratione calumniæ: q; non præsumitur calumnia qui de calumnia iurauit. vt l. iij. de iureiur. ff. vbi mulier non præsumitur calumniare propter iuramentum de calumnia. Et quod hic dicitur in eo qui succumbit in diffinitiua. habet locū etiam in eo qui succumbit in interlocutoria. vt j. de fruc. & lit. expen. l. non ignorat. & ibi per Barto. & de istis expensis litis plenè Cy. tractat in l. sancimus. j. eo.

2 *Iudex qui non audet causam expedire, dicitur habere miserrimum animum.*

3 *Plus punitur maior quàm minor.*

4 *Ille qui remouetur ab officio, nunquam amplius ad illud redire potest, intellige propter aliquod crimen.*

5 *An post lapsum triennij finiatur instantia, ante quam sit secuta absolutoria ab instantia iudicij?*

a ¶ Victo victori. Adde l. eum quē temerè. ff. de iudi. c. calūniā. de pœnis. c. finem litibus. s. de do. & cō tu. gl. in c. vlti. de maio. & obedien.

b ¶ De calūnia. Adde de hoc & dic vt per Alex. de Imo. in l. ij. in prin. ff. de iureiu. ꝑ Bar. & Bal. in auth. generaliter. ŝ. de epi. & cle. per L. amphrā. de brixia. in repet. c. qm̄ contra extra de probatio. Cur.

1 **§. Sinautem vtraque.** † Hic incipit tractare quando contingit impedimentum ex parte iudicis, quo minus causa terminet infra triennium. & primò loquitur qñ dolo vel culpa eius. vsque ibi. [sinautem in medio.] postea quando casu cōtingēte in eius persona, siue suo dolo vel culpa. Et primo casu dicitur hic q; iudex debet puniri: sed nō declarat an tps instā tiæ currat gl. tenet q; sic: tamen pars cui currit, vel ad cuius damnum, vt est actor: restituit in integ. sc̄dm gl. Tu dic circa primum sc̄dm Iac. bu. aut loquimur de tēpore præfixo actioni. & tunc si stat per iudicē quominus causa expediat, vel lis contestetur, tempus currit. & actionē perdit: tamen actor restituit in inte. & recuperat actionē vtilē. vt in l. sed & si per prætorē. in prin. ff. qui. ex cau. maio. etiā non in subsidiū: vt quia iudex est soluēdo: & pōt ab eo dānū recuperari in syndicatu. Aut tempus præfigitur instā tiæ causæ principalis: vt est hic. & tūc currit: & nō restituit actor ad instantiam peremptā: nisi fortè in subsidiū. vt dicitur in pupillo; & minore. vt dicitur j. eo. l. circa fi. aut præfigitur causæ appellationis, vel eius prosecutioni: & tūc si stat per iudicem quominus expediatur, ipso iure non currit. vt j. de appel. auth. si appellatione. vbi dicit nullum præiudicium ex hoc penitus fieri. Glo. tñ dicit quod currit mero iure: sed restituitur & ita videtur sentire Bar. dicit tamen restitutionem fiendam incidēter. & sine libello: plus placet dictum Iaco. But. per illum tex. dum dicit nullū præiudicium. q; si curreret mero iure, non esset sine præiudicio si nō peteretur restitutio. & vide hic omnino gl. in c. ex ratione. de appel. & in auth. vt spon. lar. ŝ. & hoc quoque. & dixi circa princi. in tex. ibi. [accipere noluerit.]i. expedire. aliàs non inciperet currere triennium si à principio denegaret audientiā. & nō fieret litis
2 contest. † In tex. ibi. [miserrimis animis.] Not. q; iudex qui no au
3 det causam expedire, dicitur habere miserrimum animum. †In text. ibi. [si autem iudex minor.] Not. quod plus punitur maior quam minor. facit. l. præsbyteri. in ratione sui. de epis. & cleri. qa ab eo cui plus cōmittitur plus exigitur. vnde dicitur q; potentes delinquentes potenter patiūtur, & plus quàm alij. q; no. q; prin
4 cipes qui superiorem non habent plus puniantur à deo. † In tex. ibi. [remouendo] si. no. q; ille qui remouetur ab officio nūquam amplius ad illud redire potest. vt no. in l. mancipia. j. de seruis fugi. per doct. per tex. in aut. de armis. in fi. col. vj. & j. de libe. & eorum lib. l. ij. & ibi per Bal. in fine. In gl. ibi. l. [præsbyteri.]de hoc
5 dic per Cyn. in l. nemo. ŝ. de sum. trini. † In ea. ibi. [finitur instantia.] Ista distinctio non procedit retenta opi. Cy. & Pe. qui tenuerunt quod per lapsum triennij non finiatur instantia nisi secuta absolutoria ab instantia iudicij: vt ipsi no. in §. fi. huius. l. sed cōis opinio est in contrarium per illum. §. dum dicit à causæ decideri. & per l. cùm lite mortua. ff. iudi. sol. & hoc tenet Io. And. in addi. Specu. de iud. deleg. §. restat. & dicit Albe. quòd cum haberet istum casum de facto volebat defendere opi. Petr. coram magnis & peritissimis viris. & non potuit obtinere: quia fuit pronūtiatum ipso iure instantiam peremptam.

2 ☞ *Si superior iudex uetat inferiori quòd de tali causa amplius non se impediat an finiatur instantia?*

3 *Quid sim delegatione ponatur clausula quòd debeat causam infra sex menses expedire & non expedierit, & propter hoc alteri committatur simpliciter. an uideatur commissa ut infra idem tempus ex integro dando expediat.*

1 **§. Sinautem in medio.** † Si iudex pendente instā tia moriatur, vel mutetur
2 successor debet cām expedire infra annū: si tantū superest de tpe instantiæ: aliàs debeat sibi suppleri vsq; ad annum. h. d. † In gl. ibi [soluitur tamen.] vt sic pereat instantia. & eius virtute nō possit ad diffinitiuam peruenirí. vt in casibus legum quas gl. allegat inter quas est l. iudicū. ff. eo. per quā patet secūdū hoc q; si superior iudex vetat inferiori q; de tali causa amplius nō se impediat, finit instantia: nō aūt ad ipsum superiorē deuoluitur. Aliud est qñ à se

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ☞Exprimere cãm. De hoc adde. vt per Alex. & doc. in l. Iulianus. ff. de cõdi. indebi. & in l. præses. ff. de pœn. Et adde an & qñ libellus alternatiue concludit: vt puta qa dicit ꝙ emphyteuta decidit ãiu re suo, ꝓpter canonẽ nõ soluẽ: vel ꝓpter nõ petitã inuestiturã infra tẽs. iuxta cap. j. quo tẽpo. miles quo casu talis libellus ꝓcedit. iuxta notata p Bald. in l. gallus. §. si ei⁹. ff. de li. & posth. tunc an iudex teneat exprimere i snia cãm cõdẽnationis. Et dic ꝙ sic. saltẽ per dictionẽ maximẽ: iuxta nota p Iac. but. in l. ñ. §. ignominiæ. de his q nor. infa. & ita sentit hic Are. de quo vide p Ant. de bu. de rest. in integ. q hãc practicam dãnat. & addeq qñ qs petit recursũ ad arbitriũ boni viri, opus est ꝙ in libello exprimat causa legõnis: aliãs nõ ꝓcedit. ita Bal. in l. j. de his quæ pœn. no. Idẽ qñ fert snia i cõcessum. ita Ang. in l. ñ. j. quo. app. nõ reci. allegãs Inn. in c. romana extra de app. Et idẽ qñ petit restitutio in integrum. ita Bal. in l. eos. j. de appellatio. Cur.

causam abdicat. vt in c. intimasti. de app. qa tunc trãsit in eodẽ statu: & hoc frequenter facit summus põtifex. & sic causa deuoluit ad cancellariã. & per præsidem alteri committitur in eodẽ statu. † In glo. sequenti ibi. [ff. e. l. si iudex.] ibi soluitur multis modis: veritas est ꝙ loquitur de tẽpore præfixo iurisditioni: & loquitur de iudice delegato: quia si cũ clausula ꝙ debeat causam infra sex menses expedire: nõ expedierit propter hoc alteri cõmittitur simpliciter, sine cõmoratione tẽporis videtur cõmissa: vt j. idẽ tempus ex integro dãdo expediat: hic loqtur de tẽpore præfixo instantiæ de iudice ordinario: in hoc tamen illa lex recipit supletionẽ per istũ tex. vt si in delegatione sit appositũ maius tẽpus, nõ debeat egredi instantiã tẽporis triẽnij secundũ Doc. Certè qñ apponit tẽpus in delegatione, etiã si sit maius triẽnio, durabit instãtia quousq; durat iurisditio: sicut qñ apponeret in cõpromisso arbitrorũ. ita sentit Spe. in tit. de arbi. §. excipitur. circa fi. Sol. ergo ꝙ ibi in tẽpore præfixo iurisditioni: & in iudice delegato. hic in tẽpore præfixo instantiæ: & in iudice ordinario. In gl. ibi. [quod nõ placet:] scilicet ꝙ nõ habet locũ in annali: quia imò sine dubio põt in eo locum habere: cũ successor habeat annũ pro sua iurisditione. vn de si tantũ * super erat de instantia potest causam expedire & si tantũ * nõ supererat, suppletur vsq; ad illud tẽpus: & idẽ erat. & sic nullũ incõueniens resultat: sed in iudice semestri. Gl. videtur tenere ꝙ nõ habeat locũ: quia sic nunquã peribit instãtia. nã cum quilibet successor debeat habere annum, & nullus duret anno, nunquã finietur. Cy. tenet contrariũ: quia oẽs successores habebunt solũ annum, & non plus. arg. de leg. iij. l. fideicõmissa. §. si quis decẽ. quia tẽpus semel suppletum amplius nõ suppletur. vt in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. qui. ex cau. maio. Gul. de suza. vt refert hic Bar. tenuit nõ habere locũ istũ tex. in iudicibus tẽporalibus, vt debeat aliqua suppletio fieri: imò dicit ꝙ successor cẽletur idẽ cũ prædecessore: & tẽpus quod superat prædecessori: datur successori. & nõ plus. quasi sit idẽ iudex: & dicit sibi placere hanc op. & sic tenet opi. primã. ꝙ loquaẽ in iudicibus perpetuis, nõ tẽporalibus. quantũ ad id quod dicitur de suppletione: & ita videmus seruari. nã si tẽpore quo finitur officiũ potestatis, nõ supererat nisi medius tẽpus instantiæ post aduentũ successoris debet eã expedire infra illud modicũ. aliãs perit. & ita videmus seruari de facto.

2 ☞In sententia quando debeat exprimi causa?
An causa sit exprimenda in libello?
3 Aduocatus qui semel sumpsit causam, non potest eam derelinquere sine iusta causa, & potest compelli officio iudicis ad prosequendum.
4 Si lite pendente clientulus non soluit aduocato à labore suo, potest aduocatus officium iudicis implorare, & ipsum compellere ad soluendum: & potest clientulus eum mutare, & alium loco eius accipere.

1 **§. illo proculdubio.** †Hic loquitur quando causa nõ expeditur infra triennium propter defectũ aduocatorũ vnius vel vtriusq; partis: quo casu puniũtur: & fertur interlocutoria ab obseruatiõe iudicij expressa causa: sed si aduocatus habuit iustã causam nõ prosequendi: quia clientulus nõ soluebat sibi de labore suo, prouideẽt hic ꝙ iudex ex officio cõpellat ipsum ad soluendũ: ne causa differat. h. d. Debet ergo aduocatus petere hoc, & nõ ꝓmittere ꝙ tps labatur: quia sibi esset imputãdũ. In gl. ibi: [sententia, qua condẽnat patronos.] hoc placet: quia nõ debet condemnare patronũ nisi ad pœnã de qua hic nisi dicat ob quã causam facit hoc: sequẽs non placet quo ad istum text. quia non habet necesse in absolutoria obseruatione iudicij dicere ꝙ ista sit peremptа culpa patroni. sed sufficit dicere ꝙ peremptа sit vt no. gl. dũ dicit [absoluit, vel absolutas declarat.] nã prima habet locũ qñ absoluit prope finem triẽnij. & sic antequã sit perẽptа instãtia. Secũa verò qñ absoluit ☞ea peremptа. nam hoc facere põt *. vt in l. fi. vt infra certũ tẽpus
2 & dixi in §. & si quidẽ. s. eo. l. † In gl. ibi [inferere causam in sententia.] dic ꝙ in sententia cõdemnatoria si præcesit petitio, vel accusatio, nõ expedit inferere causam: quia cẽseretur ex causa deducta in petitione: & sententia referatur ad petitionẽ, & ad acta. vt in l. ait prætor. §. j. ff. de re iudi. Sed si nõ præcesit petitio: quia cõdẽnat ex officio, debet exprimere causam. vt hic scdm primã expositionẽ. In sententia verò absolutoria q̃ põt ferri ex pluribus causis vel ab obseruatione iudicij, vel propter libellum malè conceptũ vel diffinitiue à petitione actoris, debet iudex exprimere cau-
a sam. ne fiat interpretatio vltra intẽtionem eius: quia si vult absoluere ab instãtia iudicij: vel quia libellus sit malè cõceptus, nõ debet absoluere simpliciter: sed exprimere. aliãs præsumereẽ absolutus diffinitiuè: quis actor nõ probauit: & sic fieret præiudiciũ actori si sententia trãsiret in rẽ iudica. Et de isto articulo an causa sit exprimẽda in libello. tãgitur in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. ob. & in c. sicut. de re iud. Similiter si vult augere & minuere pœnã, ita ꝙ videat ex infamia dispẽsatum scdm materiã. l. gl. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de insa. aliãs nõ censetur dispẽsatũ. vt ibi no. Quid aũt si exprimit causam, & illa nõ sit vera, an reddatur sententia nulla? dic vt no. p gl. & doc. in l. si is adquẽ. de acqui. hær. ff. & si est appellatũ, pot reformari ex alia causa me-
3 liori. vt in l. Titianus. & ibi no. ff. ꝙ cum eo. † Itẽ no. in ver. [necesse sitate.] ꝙ aduocatus qui semel sumpsit causam, nõ põt eã derelinquere sine iusta causa: imò põt cõpelli ex officio iudicis ad prosequendũ. vidi tamen per quosdã fieri cõtrariũ. † Itẽ no. in ver. [honorarijs.] quod lite pẽdente si cliẽtulus aduocato nõ soluit de la-
4 bore suo: põt aduocatus officiũ iudicis implorare, & ipsum compellere ad soluendũ: sed si cliẽtulus vult ipsum mutare: & alium loco eius accipere põt, ꝙ not. quia in hoc clientulus est melioris cõditiõis quã aduocatus, cum posit aduocatũ derelinquere, & aliũ assumere: etiã sine alia causa: & tamẽ aduocatus nõ põt cãm derelinquere, dicit tñ glo. ꝙ tũc qñ mutat aduocatũ, licet nõ possit cõpelli iudicis officio ad soluẽdũ primo: poterit tamẽ de ꝑterito tẽpore cõpelli iure actionis. vt in gl. quæ incipit. [tunc enim.]

2 ☞*Tempora iudiciaria. quod etiam hodie currant minori.*
Instantia, an ipso iure finiatur per lapsum triennij?
3 *Per absolutoriam ab obseruatione iudicij, uel peremptionem instantiæ non perit ius actoris nec actio.*
4 *An dicta testium quæ non pereunt, faciant fidem in alia instantia: absque eo quod examinentur de nouo?*
5 *An tẽpus triennij (de quo in ista lege) habeat locum coram arbitro iuris: & nume. 6.*
6 *Quid si compromissum fit de iure & de facto, seu tanquam in arbitratorem?*
7 *Potest causa delegari à principe, ut expediatur longiori tempore quam sit tempus instantiæ.*

1 **§. Hæc autem omnia.** †Pupillo, vel minori curit tps instãtiæ: etiã si iterueniat culpa tutoris, vel curatoris: tñ cõtra illos succurit minori ad intereſſe; & si nõ sunt soluẽdo, restituit in inte. cõtra aduersa-
2 riũ. h. d. No. hic, & ad istud semp allegaẽ. ꝙ tpa † iudiciaria currũt minori hodie: sicut olim. nõ obtãte. l. fi. §. de tẽp. in inte. restit. vbi dicit ꝙ tpa quæ olim currebãt; & dabat restitutio, hodie ipso iure nõ currũt. Nã fallit hoc in tpe iudiciali: puta instãtię primę causæ. Idẽ in instãtia causæ appellatiõis & ĩ tpe dato ad ap. vt no. gl. in l. fi. §. si aduer. rẽ iudi. & Bal. in l. fi. in qbus cau. ĩ int. rest. nõ est necesse. Pe. dicit ꝙ nulla est fallẽtia: qa illa loquit qñ in tpe ꝙ currebat etiã dabaẽ restitutio nõ est necessaria: tñ in illis nõ immutat ꝑ illã. l. certè, imò dabaẽ in subsidiũ. vt hic. tene ergo. ꝙ primò dixi. & cõiter ita dicimus. Itẽ iste tex. dũ dt [& à causa decideꝛit.] allegaẽ cõtra Pet. prout exponit cã. i. instãtia. ꝙ instãtia ipso iure finitur per lapsum termini triẽnij: sed ipse subaudit nõ ipso iure: sed
3 per iniam absolutoriã. † Itẽ dũ dicit. [litem quidẽ &c.] No. scdm expositionẽ gl. ꝙ per absolutoriã ab obseruatiõe iudicij, vel ꝑ emptionẽ instãtiæ nõ perit ius actoris, nec actio: & sic poterit in alio
4 iudicio intentari. † Sed quærit gl. super verbo. [vigorẽ.] Jan dicta testiũ q̃ nõ pereũt. vt no. s. ea. l. §. & si quidẽ. poterũt ꝓduci in alia instãtia: & faciãt fidẽ absq; eo ꝙ examinẽtur de nouo. Gl. tenet ꝙ debeãt iterũ examinari: nisi fuerint mortui: qa tũc credit examinatiõi primæ ꝑ. l. fi. j. de testibus. Doc. tenẽt ꝙ si attestatiões erant publicatę. i. autẽticatę manu notarij, etiã si viuãt, nõ sint amplius examinãdi: sed possit ꝓduci corã alio iudice ẽt iter ꝙdã pionas ꝑ. l. gesta. j. de re iudi. aſs secus. vt no. ĩ l. ij. §. de edẽd. Nec ob. l. fi. j. de

testi. quia illa loquitur in attestationibus receptis corã arbitro: quia nõ faciunt fidẽ coram iudice, nisi sint mortui. Et sic debent examinari de nouo. Secus in receptis corã iudice. & ita tenet Inno. in c. significauit. de testi. est casus. in c. fi. de proba. & ibi etiam per Inn. & Bar. in l. fi. de testibus. Vltimò oppo. in gl. fi. quod restituatur etiam nõ in subsidiũ per l. etiam suprà si tutor vel curainteruenerit: quia remedium ordinarium actionis tutelæ vel negotiorũ gestorũ nõ potest cõcurrere cum extraordinaria resti. in integ. cõtra diuersas personas. & est electio ipsius minoris. & ad hoc allegãtur illæ ll. Solu. Speciale est hic propter rigorẽ iudicio rũ: vt denegetur restitutio: præterquã in subsidiũ. dicit Pe. ꝙ non est speciale: sed est dicẽdũ ꝙ aut per restitutionẽ in integrũ nõ cõsequitur aliud quàm illud ꝙ põt cõsequi per actionẽ. & tũc non datur restitutio nisi in subsidiũ. & ita loquit hic: qñ à tutore vel curatore cõsequitur intereſſe. & illud idem cõsequit per restitutionẽ in integ. aut potest cõsequi aliud puta rem suã, vel sibi debitam. Sed per actionẽ nõ nisi pecuniã. & tũc loquunt ll. cõtrarię Aduerte quia Pe. sentit ꝙ hic nõ restituatur ad cursum instãtiæ. sed ad pecuniã, & ad intereſſe. hoc esset valde absurdũ & iniquũ: si minori currit instãtia, vel tempus eius quod aduersarius suus qui in nulla culpa fuit, teneatur sibi ad intereſſe mediãte restitutione in integ. & hoc nõ cõsiderauit Pet. neque doc. vnde nõ puto ipsum bene intellexisse. Sed intelligo hic ꝙ restituitur ad instãtiam peremptam, vt possit eam prosequi: & restituitur per vim: acsi nõ esset perempta: & tũc propter rigorẽ iudiciorũ nõ dat̃ ista restitutio: nisi in subsidium, si nõ potest intereſſe recuperat à tutore, vel curatore: & sic videtur debere intelligi. l. arbitrio. §. dolo,
5 cuius. ff. de dolo. † Vltimò quærit de vna quæstione, quã format Cy. in §. finautem in medio. an tempus, de quo loquitur ista l. locum habeat coram arbitro iuris: sicut habet locum coram iudice ordinario, vel delegato. vt s. post princ. huius l. Breuiter aduerte ad tres casus. nam aut in compromisso fuit appositum maius tẽpus quàm sit tempus instantiæ. & ita sentit Spe. licet Cy. non alleget in ti. de arb. §. excipitur. circa fi. aut apponitur minus tempus & tunc puto illo tempore finito finiri instantiam. Nec ob. ꝙ dixi in prin. huius. l. quando in delegatione est appositum minus tempus: quod licet finiatur iurisditio, nõ finitur instantia: sed deuoluitur in eodem statu ad delẽgantem: quia non sic gesta corã arbitro deuoluuntur ad iudicem: sicut gesta coram iudice deuoluuntur ad alium. vt s. dixi. de attesta. aut in compromisso nõ fuit appositum tempus. & tunc procedit quæstio. quo casu dic secũdum Spec. in loco prælegato. & Cy. hic & Bal. in l. falso. s. de diuer. rescript. ꝙ si partes nõ caperent coram arbitro, & nõ fuerũt lit. conte. & sic non est cœptum tempus instantiæ: compromissũ durat coram arbitro. tanto tempore quanto durat coram iudice: & sic triennio de iure communi. & ita debet intelligi glo. quæ est in l. Item si vnus. §. si multo post. ff. de arbit. Et si per statutũ esset minus tempus, durabit. tanto tempore. & prædicta in arbitris iuris. coram quibus proceditur ad instar iudiciorum. vt l. j. ff. de arbi. vt sunt illi qui habent pronuntiare de iure tãtum: quia ita fuit actum: & etiam procedere in vno: tamen est differẽtia inter arbitrum & iudicem: quia si arbiter pronuntiaret cõtra ius. & sic cõtra formam compromissi, nõ valeret sententia ipso iure: nec committeretur pœna secundùm Bart. qui ita not. in l. diem proferre. §. stari. ff. de arbi. & dicit se ita consuluisse: sed sententia iudicis lata contra ius: non tamen expresso errore iuris, valeret mero iure licet etiam ipse teneatur de iure pronunciare: quia in arbitrio suo relinquitur, melius & iustius sibi videtur. vt j. eo. ti. auth. hodie.
6 † Sed si fit compromissum de iure & de facto, seu tanquam in arbitratorem tũc quanto tempore duret potestas arbitrãdi. Bart. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. ob. dixit quod durat anno per l. fin. §. sed & si quis. j. communia deleg. Bald. ipsum reprehẽdit in multis locis: dicẽs ꝙ est alia: ꝙ talis ratio & potestas durat perpetuò. Sed in c. j. de l. corradi. in vsibus feudorum. distinguit melius: ꝙ aut fuit compromissum de lite vertẽte: vel quæ sperat moueri inter partes: prout communiter fit. & tũc talis arbitrator est ad instar arbitri: quia positus ad quæstionẽ decidẽdam: ideo decidẽdum est idem quod s. dixi in arbitro sine tempore assumpto. Aut fuit compromissum nõ de lite: sed de contractu: puta vẽdidisti pro pretio declarando per Titium: vel fecimus societatem pro partibus per Titium declarãdis. vt in l. si quis societatem. ff. pro socio. & tunc potest sustineri dictum Bar. quod per lapsum anni

finiatur potestas arbitrãdi per illam l. finalẽ a
a §. sed & si quis. quę loquit̃ dicto casu: quasi partes videantur renuntiasse arbitramento sili cẽdo: nisi appareat de ipsorum diligentia: b
7 & negligẽtia arbitratoris. † Quod autem s. dixi posse causam delegari, vt expediatur lõgiori tempore quàm sit tempus instãtiæ. & quòd tunc tantum durabit instantia, procedit in delegatione factaà principe, qui nõ potest tempus instantiæ prorogare: non in facta ab inferiore. per id quod dixi in §. finautem in medio. in contrario de. l. si iudex. ff. eod. sed bene potest inferior à principe apponere minus tempus tamen tunc finietur iurisditio: & non instantia. Sed in compromisso potest apponi etiam maius tempus: & tantum durabit instantia secundum Specu. in loco prælegato: quia illud totũ dependet ex voluntate compromittentium. vt l. non distinguemus §. de officio. ff. de arbitris.

a ☞In principio causæ. Adde glos. in l. ñ. C. de iura. calũ. Cy. in l. ij. eo. titu.
b ☞Silicet pro cõputo. Adde. l. j. C. de errore calculi.

2 ☞*Iudices ordinarij hodie iurant in ingressu officij, & ulterius ab eis non exigitur iuramentum in singulis causis, & iurant seruare leges & statuta quod intelligitur de honestis.*
Aduocati quando possint astringi ad iurandum de calumnia?
3 *Ambulandum est per uiam ueterem, nisi uia noua esset melior, & securior.*
Calculum quid importet?
4 *Litis contestatio qualiter fiat?*
5 *Aduocatus si dicat coram iudice derelinquendo causam, quòd hoc facit: quia cognouit quòd clientulus suus non fouet iustitiam, quòd præiudicium ei fiat.*

LEX XII.

1 **REm non nouam.** †Iudices & aduocati debẽt iurare ĩ singulis causis solẽniter forma hic cõtenta. & aduocatus in quacũque parte litis si reperiat cliẽtulum nõ fouere iustitiam debet causam derelinquere: cuius loco cliẽtulus aliũ surrogare nõ potest. h. d. tota. l. quæ est moralis & vtilis pro salute iudicum & aduocatorum. si eam seruarent: sed malè seruãt: maximè aduocati: quia quantumcũque videant clientulum nõ fouere iustitiã:
2 nihilominus perseuerant: ne perdant lucrum. † Hodie iudices ordinarij iurant in ingressu officij: & vlteriusab eis non exigitur iuramẽtum in singulis causis, & iurãt seruare leges & statuta, quod intelligitur de honestis. vt in c. finali. de iureiuran. libro vj. Aduo
a cati non iurant de calumnia in principio causæ, quia possunt prę tendere ignorantiam: sed publicatis attestationibus consueuerũt astringi ad iurãdum. & ita vidi seruari in ista ciuitate: & etiã alijs locis quãdo pars vna cõfidit fouere iustitiam: quia facit astringi aduocatum alterius partis vt iurẽt de calumnia. quod si in eorum cõscientiam comprehẽdũt partem suam nõ fouere iustitiam, debeãt causam derelinquere: & ita credo quod hoc sit statutum: tamẽ multi absorbẽt sibi iuramentum. informãtes eorum cõscientias ad eorum modum: sed deus est desuper. qui nouit abscõdita
3 cordis. † Not. in prĩ. quod ambulãdum est per viam veterẽ: quod est verum: nisi via noua esset melior, & securior. vt j. de iure do. l. vlt. §. præterea. secũdùm Cy. adde. j. de iur. delibe. l. fi. §. sed quia quidam. Item no. istud verbũ [calculum] quod exponitur id est sententiam diffinitiuam. vt j. subijcitur ibi. [& diffinitiuæ sententiæ recitationem &c.] Aliter sumitur in titu. de errore calculi. scilicet
b pro computo⁹ ratiõis. Item nota ibi. [sciturí quòd nõ magis alios &c.] Nam id quod hic dicitur deberet terrere omnes iudices à malè iudicãdo vt dicit Albri. qui ante oculos gerũt iudices cernẽtes. vt inquit Boe. in fin. sui operis. In §. [patroni.] post princip.
4 † No. quia semper allegatur quod lit. cõtest. fit per narrationem factam ab accusatore. supple cũ petitiõe, vel cõclusiõe. quia non sufficeret narratio facti, nisi sequeretur petitio: & cõtradictio alterius partis. i. narratio. Cõsueuit ergo dicere nego narrata prout narrãtur, & petita prout petũtur sibi debere. videtur ergo quod si reus cõfiteatur, nõ videatur fieri lit. cõtesta. Cõtrarium dic postquam libellus præcessit: nisi dicat expreſsè quod nõ animo litẽ cõtestãdi: sed potius declinãdi iudicium per l. ij. s. de iura. calum.
5 post prĩ. vbi patet ꝙ potest ferri etiã ꝑ cõfessionẽ. † Itẽ nota inver. [hoc que subsecuto.] magnũ ꝓiudiciũ. quod potest facere aduocatus parti suæ. videlicet de relinquẽdo causam, & dicẽdo corã iudice ꝙ hoc facit, quia cognoscit quod cliẽtulus suus nõ fouet iustitiã. Nam ex tũc clientulus nõ potest capere aliũ aduocatũ. & aduersarius potest à iudice petere quod inhibeat aduocatis ne assumant talem causam. Certè credo quod in hoc iudex debeat habere magnam diligentiam, & aduertentiam in qualitate & cõdi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctione aduocati:si sit talis cui meritò sit credẽdum. & etiam explorare de causa, & non credere simplici assertioni: quia posset hoc facere fraudulenter,& malitiosè:nunquã tamẽ vidi hoc fieri:& adde quod no. Cy.in l.ij.de iur.cal.qui dicit q etiam cũ aduocato alleganti in causa debent iurare de calumnia, quoniam etiam in legibus allegandis possunt vti malitia & calumnia:si leges ad propositum non facientes allegant scienter. vt iudicẽ inducant ad eorum libitum.& quia etiam multa quę sunt in facto consueuerunt dicere & possunt dicere calumniosè.

2 ☞ *Index si credat bene iudicare, & tamen malè iudicat ductus errore iuris: an in foro conscientiæ teneatur parti quam læsit?*

3 *Medicus imperitus non excusatur propter ignorantiam.*

AVTHENTICA.

HOdie. Ista auẽ.videtur facere differentiã inter iuramentũ delegati, & iuramentũ ordinarij. i.defensoris ciuitatis:vel aliter & melius secundũ Alberi.primum dictum huius auth.debet intelligi in his quæ nõ sunt terminata à iure:sed cõmittuntur arbitrio iudicis.

1 Secundũ dictum in his quæ terminata sunt. †Item dicit Bal.secundũ Inno.q maiores magistratus(vt sunt iudices perpetui,vt episcopi.& Comites) possunt leges transgredi cũ eis expediens visum fuerit ex aliqua causa.per ea quæ no. Inn.in c.j.de consti. Sed inferiores magistratus temporales iurant seruare ll.& statuta.& non possunt ab eis recedere : & ideo si per statutum imponeretur alia pœna quàm imponatur à iure cõi,nõ posset omittere pœnam statuti,& imponere pœnã iuris cõmunis:licet ius cõmune per statutũ nõ sit sublatũ.vt in l.quoties.ff.de act.& oblig. quod no.in l.qui sepulchra.j.de sepul.vio.& no.idẽ Bal.in l.& si

2 seuerior.ś.de infa.& tangitur per Bar.in l.j.ff.vi bo.rap.† Itẽ pone q Iudex credit bene iudicare : & tamen malè iudicat,ductus errore iuris:an in foro conscientiæ teneatur parti quã læsit? dixit hic Petr. & Cyn. quod si ex necessitate assumpsit sibi officium iudicandi: vel ex voluntate,etiã de cõsensu partium:nõ tenetur nisi de dolo. vt l.j.ff.si men.fa.mo.dixe.quod not.pro arbitris & arbitratoribus qui assumũtur de volũtate partiũ:vt nõ faciant li tem suã si malè iudicant:nisi cũ dolo hoc faciãt. Et ita debet intelligi.l.si quis in cõscribendo.ś.de pac.in fi.& voluntariè.& nõ de voluntate partiũ tenẽtur. nec excusanẽ per ignorãtiam iuris, quia asseruere se esse peritos.iuxta not.in l.ij.ff.quod quisq; iuris. Et per hoc respondetur ad id quod dicitur iuris ignorantia non

3 nocet in damnis vitandis.† quod est verũ:nisi quis asserat se peritum.vt in acceptante officium medicandi:nam medicus imperitus non excusaretur propter ignorantiam.

3 ☞ *Contumax si compareat incontinenti post contumaciam, an tunc purgetur contumacia?*

Reus qui non comparuit in termino,& postea comparet,& producit suas exceptiones & capitula,quòd non sint admittẽda:nisi refusis expensis,si pars altera hoc petijt,& quid si non petijt,& fuerunt admissæ?

4 *Contumax si fuit auditus non refusis expensis,nec postea fuerunt petitæ lite pendente, an ea finita per sententiam iudicis possint peti?*

5 *Contumax quando etiam teneatur ad alia damna ultra expensas?*

6 *Quid de expensis uel damnis quas altera pars feciſſet, uel recepiſſet, etiamsi aduersarius non fuisset contumax.*

7 *Statutum quòd si reus sit contumax in ueniendo ad litem contestandam, habeatur pro contestata,& procedatur ad ulteriora,& ita fuit processum:nõ recuperabit actor expensas citationis illo postea comparente.*

Quid si non fuit processum super eo ad quod fuit citatus?

Quid si citatus fuit impeditus sine sui culpa?

8 *Citatus ter si in prima & secunda citatione non comparuit,in tertia sic, an teneatur refundere expensas factas in prima & secunda?*

9 *Iudex qui admittit non admittendum, facit litem suam:& idem in executore qui non diligenter exequitur.*

Plus punitur Iudex si non facit quod facere debet,quàm si ferat iniustam sententiam.

10 *Succumbens in aliqua exceptione dilatoria, uel aliquo articulo incidenti, non debet condemnari uincenti.*

11 *Actor cum teneatur sequi forum rei,si obtineat sententiam, an uictus debeat condemnari in expensis factis per actorem in hospitio in loco ubi reus sortiebatur forum?*

12 *Qui non comparet in termino citationis, præsumptione iuris uidetur mala conscientia abesse:& quòd præsumatur potius uera contumacia quàm ficta.*

An refectio expensarum de qua in ista lege.habeat locum in ficto contumace?

13 *Iudex pedaneus seu delegatus ab ordinario,an possit citare per nuntium: & quid in arbitro?*

LEX XIII.

1 SAncimus, †Contumax nõ auditur volẽs postea comparere:nisi refectis expẽsis factis per alteram partem propter eius contumaciam. quas nõ fecisset si contumax non fuisset.h.d. in effectu. Et primò statuit. vsq; ibi[scituris.]Scdò punit.vsq; ibi.[quòd &.] Tertiò statutũ

2 ampliat.†Et not.q ista lex vr limitãda.nisi cõtumax incontinẽti post contumaciam cõparuerit:quia tũc purgat cõtumacia, sicut purgat mora vt l.si ita quis.§.Seia.ff.de verb.obl.ita videtur sentire gl.j.quę est in l.& si post tres.ff.si quis cau.& sic ista lex limitatur secundum illam:secundum Iac.Bu.ibidem. Sed Bal. contra quia non dicitur cõparere nisi legitimè compareat . sed non vi-

3 detur legitimè cõparere non refusis expensis:vt hic.†In text.ibi. [persona citata:]& sic loquitur in reo qui non comparuit in termino:& postea comparet:& producit suas exceptiones & capitula:nam non sunt admittenda:nisi refusis expensis.si pars altera hoc petit:sed pone quòd non petijt,& fuerunt admissa.Respondeo propter hoc non præiudicatur alteri parti, quominus possit implorare officium iudicis mercenarium,quousque durat lis: vt ille condemnetur in expensis & damnis receptis propter eius cõtumaciam:sed si hoc non fecit ante sententiam, potest petere qđ in sententia diffinitiua condemnetur : vt eleganter not. Inno.in c.sæpe.extra de appel. Intelligo etiam si feratur sententia pro illo qui fuit contumax : quia non per hoc euitat expensas contumaciæ:vt in l.properandũ. §. sinautem ex gestis. põt etiã habere locum in actore qui non cõparuit in termino in quo reum citari fecit:& reus bene cõparuit,& eius cõtumaciam accusauit: aliàs contumacia nõ noceret.Et idẽ etiam intellige in casu præcedẽti. vt in l.properandũ.§.& si quidem. nã si vult postea comparere, & litem prosequi,nõ auditur nisi refusis expensis.& hodie per c.

4 j.de dolo & cõtu.lib.vj.debet etiã cauere de prosequendo litem: quod dic vt ibi.†Sed pone q contumax fuit auditus non refusis expensis.nec postea fuerunt petitæ lite pendente,an ea finita per sententiam iudicis possint peti? videtur q non.ar.in l.iiij.j.depositi.In contrarium.quia non solũ cõpetit exceptio.vt hic : & iudicis officium mercenarium.vt.ś.dixi:sed etiam actio in factũ ex edicto.ff.si quis ius di.non obtempe.& l.non ignorat.j.de fruc.& lit.expen.Bal.videtur tenere primam partẽ:quasi talis actio surrogetur loco officij iudicis:& sic non duret vltra quàm illud esset duraturum:maximè ne lis ex alia lite oriatur.vt l.terminato.j.

5 de fruc.& lit.expen.† In text.ibi.[nisi prius omnia damna.] Nota quia non solum expensas, sed damna quæ altera pars recepit in bonis suis,vel etiam in operis perditis propter contumaciam, debet restituere,non sic cum fit condemnatio ratione victoriæ: non ratione contumaciæ:quia non veniunt nisi expensæ quæ cõ sueuerũt fieri in lite:vt in aduocatis,& notarijs:& ,pcuratoribus, vt in l.properandum.§.sinautem alterutra.Et idem in actione q̃ oritur ex titulo.de alie. iudicij . vt veniant non solum expensæ: sed etiam cætera damna:vt in.l.j.& ibi not. per gloss. & Bald. & ibi omnino vide.ff.de alie.iudic. Et idem quando quis condemnatur propter retardationem processus malitiosè factam.vt in l.

6 non ignorat.j.de fruc.& lit.expen. †In text.ibi [ex huiusmodi vitio.] Nota istud verbum:nam expensas vel damna quas quis fecisset vel recepisset,etiam si aduersarius non fuisset cõtumax, non recuperat per hanc l.Vnde etiam dicit Cy.quod si non obstante contumacia fuit processum ad vlteriora : perinde est acsi

7 comparuisset.†puta dicit statutum quod si reus sit contumax in veniendo ad litem contestandam, habeatur pro contestata : & procedatur ad vlteriora:& ita fuit processum.Certè non recuperabit actor expensas citationis illo postea comparente : qa iua contumacia non impediuit processum . sed si non fuit processum super eo ad quod fuit citatus: puta ad missionem in possessionem ex primo decreto, bene recuperabit expensas: si postea comparens vult recuperare tenutam : quia non debet audiri nisi refusis expensis , & præstita cautione de iudicio sisti. vt in authen.& qui iurat.j.de bo.auth.iudic.pos.Sed quid si citatus fuit impeditus sine sui culpa: dicit Bartol.in l. & si post tres. ff.si quis cau.in ij.colum. non habere locum hanc l. quia non videtur fuisse contumax. vt etiam probatur in l.ij.§.si quis in iudicio. ff.si quis cau.sicut enim non tenetur ad pœnam quam promisit si non sistit, saltem ope exceptionis : ita nec ad istas expensas.

8 †Sed pone fuit citatus ter,in prima & secunda cita.non comparuit.in tertia sic.an teneatur refundere expensas factas in prima & secunda? Quidam dicunt q non:quia non dicitur contumax nisi in tertia citatione.nã sciebat se debere ter citari. vnde potuit vti beneficio legis,& comparere in vltima:maximè si oẽs cumulantur

lantur in vno citatorio.puta q compareat infra xxx.dies.quorũ x.pro prima x.pro secunda.& x.pro tertia. & perẽptoria assignãtur.Spec.tenet contrarium.in tit.de expensis.idem Bar.hic.& in auẽ.qui semel.post prin.j.quo.& quã.iudex.dicit ibi esse casum. quia etiam in prima citatione committitur contumacia . & aliæ censentur factæ ad malitiam conuincendam, & ex superabun-

9 dantia.vt in auẽ.iubemus.ś.eo. † In text.ibi. [scituris iudicibus.] No. q iudex qui admittit non admittendum , facit litem suam. Item executor:qui non diligenter exequitur,similiter facit.secũ dùm Bal.Item secundùm Ang. No.quod plus punitur iudex si

10 non facit quod facere debet quàm si ferat iniustam sententiam. Nam primo casu tenetur integraliter parti læsæ.vt hic:sed secundo casu solũ condẽnatur quatenus iudicanti in syndicatu æquũ esse videbitur vt in l.fi.ff.de var.& extraor.cogni.& in l.si filiusfami.ff.eo.or sufficiant ista.†In glo.ibi.[illa post tantùm loquitur.]dic ista glo.in hoc verbo,& in eo quod sequitur.dum dicit. [q illa respicit finem causæ.] innuit secundùm Bar. q si aliquis ex litigatoribus succũbat in aliqua exceptione dilatoria, vel aliquo articulo incidenti. de quo fuit disputatum q victus nõ debeat condemnari vincenti in expensis vigore illius. §. sinautem alterutra.quia non dicitur victor,vel victus: nisi cùm vincit vel

11 vincitur per diffinitiuam. Similiter non veniat condemnandus virtute huius l.quæ loquitur in expensis factis ratione contumaciæ.Sed hic non fuit contumax. Bar. fatetur se dicere quod debet condemnari ratione retardati processus per l. nõ ignorat. de fruc.& lit.expen. & ita intellige sanè ea quæ dixi in §. sinautem alterutra.allegato per Bar.in d.l.non ignorat.† In fi.glo.ibi.[illa de litis expensis tantùm.] dic videtur ergo per istam glos.& per aliam similem,quæ est in l.j.ff.de alie.iudi. quod si actor qui tenetur sequi forum rei:vt in l.ij.j.de iurisd.omni.iud.vadat ad locũ vbi reus sortitur domicilium ad litigandum secum,& stat in hospitio:& finaliter obtinet sententiam contra reum præsentem,& se defendentem , quod reus non sit condemnandus in expensis quas fecit in hospitio: quia illæ non sunt expensæ litis : licet sint propter litem,sed sunt extrinsecæ.venit ergo condemnandus in expensis procuratorum aduocati , & notarij : sed iniquum esset quod illas expensas non recuperaret:quas non fecisset si reus solui esset. vnde potest dici quod fiat cõdemnatio virtute illius l. nõ ignorat.vel illius titu.si quis ius dicendi non obtem.vel quia damnificatus est culpa illius.ergo &c.vt in l.ij. in fi.ff.de cõdi. ob cau.Cætera vide hic per Cy. qui format quã plures quæstiones. & per Bal. qui subtilius loquitur. & melius intelligit quàm Cy.

12 Or sufficiat.non debet plus scribi hic.† Vltimò no.in fi. dum dicit. [mala conscientia.] q ille qui non comparet in termino citationis,præsumptione iuris videtur mala cõscientia abesse : & sic in dubio præsumitur potius vera contumacia quàm ficta : q tene menti. quidam verò dicunt l.istam de refectione expensarũ non habere locum in ficto cõtumace:sed in vero. per istum text. sed communiter seruatur contrarium secundũ doc.& tex.intel-

13 lige vt dixi.†No.etiam secundũ Azo.dum dicit.[licet non citati.]quod iudex pedaneus seu delegatus a ab ordinario nõ potest citare per nũcium:sed debet partem præsentem monere. & hoc vult dicere. [sed requisiti.] quæ ammonitio vel requisitio fortius arctat.vt j.quo.& quan.iud.l.ij. Et referunt doc. q cum quædã causa esset commissa domino Azo.& dño Ottoni contra quandam mulierẽ. dominus Azo dicebat q non poteat citari per nũtium. vt personaliter accederet ad illã mulierem. Sed dñs Otto tenebat cõtrarium.& ita etiam glo.quia arbiter potest citare per nuncium.vt l.sed interpellatur.ff.de arbi.delegatus qui habet iurisdictionẽ:sed arbiter notionẽ tm.vt no.in l.ait ptor.ff. de re iu.

AVTHENTICA.

1 POst iusiurandum. †Ista taxatio expensarũ debet fieri antequam iuretur:quia si fieret post,posset detegi periurium , si prius iurauerit se expẽdisse duo milia: & postea fieret taxatio de cc. & dicit Inno.in c.sæpe.de appel.q ista taxatio fit etiam in expensis factis iure actionis.& vide quod idem no.in c.fi.extrà quod mecau. Item dicit Bal. quod nunquam fit nisi in illis in quibus staretur iuramento.Sed si probarentur expensæ per testes, non fieret ista taxatio:nisi essent excessiuè.vel non legitimè factæ.

2 ☞ *Recusatio iudicis ex causa suspicionis debet fieri ante litem cœptam: postea non.nisi ex noua causa,uel de nouo ad notitiam perueniente.*

Periculosum est sub suspecto iudice litigare.

3 *Appellatio ab interlocutoria,& recusatio iudicis quomodo æquiparentur?*

4 *Iudex si post recusationem propositam procedat in causa spreta recusatione,an ualeat processus?*

Arbitri qui eliguntur de necessitate imposita à lege,cẽsentur potuis iudex quàm arbutri : & sic quòd ab eorum sententijs posit appelluri.

Ex sententia arbitri sponte electi,an committatur stipulatio de euictione?

6 *Iudex ordinarius an possit recusari?*

7 *Causa suspicionis an sit alleganda in libello recusatorio?*

8 *Quæ sint causæ.& an arbitri qui eliguntur ex forma huius l.habeant ipsi cognoscere de negotio principali,& sic an succedant loco iudicis recusati?*

9 *Si in rescripto delegationis remoueatur causa appellationis.an uideatur etiam remota recusatio?*

Ille ad cuius instantiam fuit delegatus non potest recusare, & an poterit appellari ab eius sententia?

10 *Illud quod facit ille cui dedi potestatem faciendi, censetur à me factum.*

LEX XIIII.

1 APertissimi. †Iudices delegati pñt ex causa suspicionis recusari ante litem contestatam.& partes cogũtur ad eligendum arbitros.qui vicem delegati fungentur.h.d. Bar.Et de eadem ma- b

teria tractat.l.fi.sed differt ab ista: quia loquitur quando iudex delegatus est in loco vbi sunt partes : quo casu libellus recusatorius datur sibi: & ipse requirit iudicem ordinarium, vt cogat partes ad eligendũ arbitros.

lex illa loquitur quando non est in illo loco:& tunc libellus datur iudicio ordinario: vel in eius defectum si non est datum administrantibus rempublicam:qui vocantur duumuiri.& cõmuniter vocantur in vulgari priores, vel Anciani:sed in ista ciuitate essent illi qui deputati sunt ad vtilia ciuitatis.Et dicit Barto.q istæ non sunt delectabiles: quia non sunt in vsu his temporibus in foro seculari. Et canonistæ plenius habent quàm legistæ : qđ dic vt in c.suspicionis.de offi.dele.& c.secundò requiris.de app.

2 Casus ergo est iste &c.† No. primò q recusatio b debet fieri ante

b litem cœptam:postea fieri non potest.supple nisi ex noua causa. vel de nouo ad notitiam perueniente.arg.in l.de ætate.§. ex causa.ff.de interro.actio.& quod habetur in l.ij.j. de cõsor. eiusdem litis.in alia exceptione dilatoria post litem contestatam superueniente.Item nec ante litem cœptam semper fieri potest.vt si esset elapsus terminus ad proponendas exceptiones dilatorias. vt in c.pastoralis.de exce.vel alio modo consensisset in iudicem:puta proponendo aliàs exceptiones,& petendo,super eis pronunciari.vt in l.sed & si susceperit.in prin.ff.eo.ti.de iudi.Et sic illa quę concernit iurisdictionem iudicis,debet ante omnes aliàs proponi.vt j.de exce.l.fi.quod plenè examina per Bar.in l.quidam cõsulebat.ff.de iudi. Item no.ad id quod allegatur. quod periculosum est sub suspecto iudice litigare.sicut in auẽ.de tri.& semis.§.

3 hæc autem.† Item no.in ver.[cum post.]q appellatio ab interlocutoria,& recusatio iudicis æquiparantur : & sicut nõ potest ab interlocutoria appellare post li.conte.ita nec recusatio proponitur:quia per vtranq; suspẽditur iurisdictio iudicis.vt no. in Spe. de recusatio.§.effectus.in prin.& in c.legitima.de appel.li. vj. in

4 nouel.† Et hoc facit ad q.qua queritur.si iudex post recusationẽ propositam procedat in causa spreta recusatione.an valeat processus? Inno.dicit q non meminit se legisse q non valeat in c.cũ speciali.de appel. Idem videtur tenere Spe.in ti. de recu.dicit q est necesse appellare.aliàs processus valebit. Bar. in l.quia poterat.ff. ad Treb. dicit q meminit se legisse q processus est nullus: quia proposita recusatione statim iudex desinit esse iudex. vt in l.ij.j.si quacunq; prædi.potestate. Contra istud dictum facit ista æquiparatio.de qua hic : nam processus factus per iudicẽ à quo post appellationem interpositam ab interlocutoria valet:nisi per iudicem appellationis fuerit sibi inhibitum. vel nisi ipse detulerit appellationi:quia tunc desinit esse iudex : vt plenè habetur in c.non solùm.de appel.li.vj.nec reuocatur per viam attentati.sed demum si pronunciabitur bene fuisse appellatum. Idem ergo

Universidad de Deusto
Biblio

a ¶ Arbitri qui eligun-
tur. Adde l. qui quis
C. de postu.
b ¶ An iudex ordina-
rius. Adde Car. Ale.
1 c. cū spāli. de appel.
c ¶ Quæ aūt sunt cau
sæ. Adde philipum.
in c. postremo de ap
pe. vbi enumerat.
x l. casus. & diffusè
per Car. Ale. ibi nu-
merat lx vj. casus.
d ¶ Rectores terrarū.
Adde Saly. in l. sta-
tutis. C de senten. ex
breui. rect.

videtur in facto post recusationem vt va-
leat: nisi postea appareat cā recusa. vera. &
tunc reuocabitur. Breuiter mihi videtur q
istud dubium decidatur per c. iudex de of
fici, deleg. lib. vj. vbi ponūtur tres casus. cū
quærit an iudex recusatus possit causam
alteri subdelegare, si erat delegatus princi-
pis. Nam aut libellus recusatorius nō erat
adhuc datus, tamen viua voce dixit pars
q habebat ipsum suspectum, & fuit prote-
stata q ad vlteriora non procederet: tunc
iurisditio nec est sublata, nec est suspensa.
ideo etiam partibus inuitis potest subdele-
gare. Aut erat propositus. libellus recusa-
torius. non tamen super illo erat pronuntiatum per arbitros. & tūc
iurisditio non est extincta. sed suspensa, quantum ad hoc vt sine
voluntate partium subdelegare non possit. sed cū eorum cōsen-
su sic: & tunc non est suspensa. Aut erat pronuntiatum q causa
recusationis erat legitima: & tunc iurisditio eius est extincta, nō
suspensa. ideo etiam de voluntate partium subdelegare non po-
test. & dicti tres casus ponuntur in d. c. Idem videtur dicendum
in alio processu causæ per omnia. nā subdelegare est vti iurisdi-
tione vt l. & qa. ff. de iur. om. iu. Sicut ergo in primo casu pōt. vti
iurisditioē subdelegādo, & partibus inuitis. ita etiā in cā pcedē-
do. Eodē modo in secundo casu pōt de consensu partium: non
aliter. In tertio de consensu etiam potest quia postquam est ex-
tincta iurisditio consensu priuatorum non potest reuiscitari. vt
5 in l. priuatorū. j. de iurisd. om. iud. † Item no. circa fi. illud ad q al-
a legatur. q arbitri q eliguntur de necessitate imposita à lege, cen
sentur potius iudices quàm arbitri: qa succedunt loco iudicis. 1
ideo ab eorum sententia potest appellari. vt infra eo. l. fi. in fi. nō
sic in illis qui eliguntur ex mera voluntate cōpromittentis: vt in
l. j. §. de arbi. Item ex hoc sequitur q ex sententia arbitri sponte
electi non committatur stipulatio de euictione. si emptor com-
promisit cum eo qui mouit litem super re empta. vt l. si dictū. §.
si compromissero. ff. de euic. bene tamen committetur ex senten-
tia arbitri electi ex necessitate statuti: si dicatq causæ inter cōsan
guineos debeant cōpromitti, & emptor erat cōsanguineus illius
↩ qui litem mouit. * facit c. ab arbitris. de offici. delegat. libr. vj.
6 † Prima glos. magna disputat: an iudex ordinarius [b] possit recu
b sari: & tenet quod non. sed duntaxat delegatus. sed de iure cano
ni. expeditum est quòd potest. vt in c. cum speciali. de app. & in
c. si quis contra clericum. de foro compe. Item etiam de iure ciui
li potest recusari in certis casibus primo quando erat inimicus
magna inimicitia. vt in l. j. infra si quacunque prædi. potestate.
& l. si pariter. ff. de lib. cau. per quas dicit Bart. in l. quia poterat.
ff. ad trebel. quod si potestas vel alius. Iudex ordinarius est tuus
inimicus potes eius iurisditionem declinare protestando q con
tra te non procedat. quo casu tu cum tota domo tua es exem
ptus ab eius iurisditione: & postea non valebit q facit contra te:
& est speciale hoc casu. Item in casu l. fi. §. de assessori. Item in ca 1
su auth. habita. ne filius pro patre. Item in casu l. prætor. ff. de iu
risdi. om. iud. vel dic quod non recusatus vt eligantur arbitri: put
hic dicitur: sed non cognoscat per se: sed vt causam deleget alteri
non suspecto. vt in d. l. prætor. nec tunc erit locus illi distinctioni
illius. c. Iudex. Item & in casu l. qui iurisditioni. eodē. titu. de iu
7 risdi. omn. iudi. secundùm Bal. in d. l. prætor. † Alia gloss. magna
disputat. an causa iuspitionis sit alleganda in libello recusato-
rio: & tenet q non de iure ciuili: sed sufficit quod cum iuramen-
to asserat se habere illum suspectum ex tali causa: de iure cano
nico requiritur assertio & probatio coram arbitris qui eligiun- 2
8 tur ex forma huius. † Quæ autem sunt causæ [c] Specu. enume-
c ratquàm plures in titu. de offici. deleg. §. post quàm. secundū hoc
sic de iure ciuili non requiritur expressio causæ: arbitri qui eli
guntur ex forma huius. l. habent cognoscere de negotio prin-
cipali: quia succedunt loco recusati iudicis. & hoc est de men
te istius. l. Et dicit Specu. in titul. de recusa. quod si cognouerint
causam non esse legitimam. debent remittere ad eundem: sicut
Iudex app. ab interlocutoria. vt in l. intra vtile. ff. de mino. ne fru
stra iudicem recuset: quia si hoc contingat, habebit iudicem
malè uolum: nec ipsum exaudiet etiam in rebus iustis. Si autem
cognouerint causam recusatiōis esse veram, dicit q de negotio
principali non debent se intromittere: nec remittent causam ad
illum iudicem: sed erit alius iudex impetrandus. hoc non placet
imò ipsi arbitri habebunt tunc cognoscere de negotio principa
li: sicut cū prouinciatur appellatio ab interlocutoria fore iusta:
quia deuoluitur negotium principale ad iudicem appel. & pro
batur per illam l. vt dixi. q si de iure ciuili non requiritur expres
sio causæ isti arbitri non habebunt cognoscere nisi de negotio
principali. per ius autem canonicum ista potestas eis non tollit:
additur alia. q etiam cognoscant de causa suspicionis: & si non
9 fuerit, pbata, remittāt, aliàs de causa principali cognoscant. † Sed
quæritur. quid si in rescripto dele. remoueatur causa app. an vi-
deatur etiam remota recusatio? dic vt in l. fi. j. de sen. Item ille ad
cuius instantiam fuit delegatus, non potest recusare: quia cense
tur in ipsum consensisse: sed bene poterit appellari ab eius sentē
tia: quia in ea non consensit. vt l. ex consensu. in prin. ff. de app. si
cut ille qui testem producit non potest reprobare personam: sed
bene potest reprobare dictum eius. vt l. si quis testibus. j. de testi.
Licet autem de iure ciuili non teneatur quis exprimere causam
suspicionis quando recusat iudicem, bene tamen tenetur expri-
mere quando petit debitorem suum capi: tanquam suspectum &
fugitiuū. quia oportet dicere causam propter quā suspicatur. qa
si illa fuisset tempore debiti contracti, nō posset eam allegare: sed
sibi esset imputandum quare cū eo contraxit secundū Bal. per l.
si creditores. de priui. cre. & arg. j. de spon. l. fi. & l. qui bona. §. de
illo. ff. de dam. infe. Vlti. no. glo. fi. q illud quod facit ille cui dedi
potestatem faciendi, censetur à me factū. vt in concor. alle. in gl.
2 ☞ *Rectores terrarū possunt esse illiterati. & habent penes se literatos, per quos pos-
sunt proferre sententias.*

LEX XV.

1 ¶ Erti iuris. † Magistratus militares, & homines illiterati possunt esse iudices & ha-
bere officiū iudicandi. hoc dicit. Et sic patet per istam
l. quod capitanei gentiū armorum supra illos qui sunt
sub sua conducta habent iurisdictionem ordinariam: vt possint
inter eos iudicare. de hoc in l. magisteriæ. j. de iurisdi. om. iudi. nam
in causa criminali si delictum non esset militare, vt furtum, vel
aliud quod à quolibet potest committi? non pertinet ad eum co
2 gnitio: sed debet remittere ad potestatem. † No. q rectores terra-
d rum [d] possunt esse homines illiterati: quia habent penes se litera-
tos. per quos possunt proferre sententias. & ipsi videntur eas p
tulisse si sunt præsentes. ar. de ver. obli. l. si procuratori presentis.
& in c. fi. de re iudi. li. vj. & vide quod no. Bal. secundùm Nico.
Mat. in l. iubemus. j. de test. & l. hac consultissima. §. at cū huma
na. j. qui testamen. facere possunt.

2 ☞ *Aduinctus ordinario, an sit ordinarius: uel delegatus?*
3 *Si aliquis iudex, à seipso adiungit sibi alium, & cum illo procedit, an ualeat processus?*
4 *In iudicem ordinarium potest fieri compromissum de iure & de facto, tanquam in arbi
tratorem licet tanquam in arbitrum fieri non possit.*
5 *Arbitramentum arbitratoris dicitur potius conuentio seu transactio quàm sententia.*
6 *Non est quis extrahendus extra locum sui domicilij.*

AVTHENTICA.

1 ¶ Si verò contigerit. † Per istam auth. proui-
detur parti quæ habet iudicem ordinariū suspectum. & sic periculosum est
sub eo litigare. & ipsum recusare nō potest de iure ci-
uili. nam prouidetur vt eidem ordinario adiungatur episcopus:
istud hodie non est in vsu. sed do. Guli. de Cug. dicit quod loco
episcopi eligetur alius probus homo. Sed quæro. qd si causa de-
legatur vni. & postea alius sibi adiungatur propter suspicionē?
de hoc dic vt in c. coram. de offi. dele. & eo. ti. c. cū plures. li. vj. in
2 nouel. quia censetur ab ipso præside fuisse datus. † Quæro. an ad-
iunctus ordinario sit ordinarius, vel delegatus? dic q est ordina-
rius si adiūgatur à lege. vt hic. sed si ab homine, est delegatus. vt
3 no. per Bar. in l. duo iudices. ff. de re iu. † Sed qd si aliquis iudex
à seipso adiungit sibi alium: & cum illo procedit, an valeat pro-
cessus? Respondeo si credit se sine illo non posse procedere, non
valet: licet procedere posset: vt in c. cum super. de offic. dele. aliās
secus per l. j. §. Idem Pomponius. ff. q fal. tu. auth. & per regulam
vtile per inutile non vitiatur. Item allegatur iste tex. dum dicit.
4 [per amicabilem compositionem.] † q in iudicem ordinarium
potest fieri compromissum de iure & de facto, tanquam in arbi
tratorem: licet tanquam in arbitrum fieri non possit. vt l. si sedet
in seruū. §. si quis iudex. ff. de arbi. quia fieret iniuria iurisdictio-
ni ordi

nī ordinarię: cum arbiter habeat procedere eo modo quo iudex.
Vnde cum possit procedere vt iudex non debet procedere vt
arbiter: sed arbitrator non habet necesse procedere vt iudex: sed
procedit de bono & æquo: & potest de iure vnius auferre, & da
re alteri: in parua tamen quantitate. quod facere nō debet iudex.
vt in l. si de meis aliās incipit. Idem Pomp. §. fi. ff. de arbi. nō fit
ergo iniuria iurisdictioni ordinariæ de tali cōpromisso. facit qd
5 no. in l. j. §. & post operis. ff. de ope. no. nun. † Allegatur etiam q
arbitramentum arbitratoris dicitur potius conuentio seu transa-
ctio, quā dicatur sententia: nō tamen est propriè transactio. quę
dicitur fieri aliquo dato, vel retento. ideo potest arbitrator in to-
tum absoluere: vel in totum condemnare. si sibi videtur iustum:
absq eo quod auferat aliquid vni parti: & det alteri. quod non
esset propriè transactio. vt s. de transac. l. transactio. & ista no. per
Bar. in l. quod si epheſi. §. j. ff. de eo quod cer. lo. & de his qui no.
6 infa. l. qui iussu. † Vltimò no. in ver. [ne prouinciales.] q non est 1
quis trahendus extra locum sui domicilij: & ideo rescripta per c
quæ impetrantur iudices extra locum sui domicilij. sunt odiosa
& restringenda: quod dic vt in c. statutum. de rescri. li. vj. & ista
est etiam ratio. q actor tenetur sequi forum rei: vt in l. ij. j. de iu-
risd. om. iudi. licet ergo quis sortiatur forum in pluribus locis: in 2
vno, ratione originis: in alio, ratione contractus: in alio, ratione
domicilij: in primis duobus nō potest conueniri: nisi ibi reperia- 3
tur. non tamen tanquam viator: sed habens per gulam, vel arma
rium: licet non domicilium, ne trahatur extra domicilium: sed in
loco domicilij. bene potest conueniri: licet ibi non sit præsens: qa
saltem est præsens familia: & poterit contra eum procedi facta 1
citatione ad domum. ad quod vide quod no. Bal. in l. assumpto.
§. filius. ff. ad municipa.

2 ☞ *Illud dicitur fieri illico quod fit intra triduum: sed non semper hoc est uerum.*
3 *Quando est discordia inter partes, pertinet ad iudicem concordare.*
4 *A sententia arbitrorum de quibus hic, appellatur. sicut à sententia iudicis, & quòd non
appelletur ad iudicem recusatum. sed ad quem?*
5 *Quando iudex appellationis confirmat sententiam, debet eam mittere executioni: non
primus iudex. & quid si appellatio remaneret deserta?*

LEX XVI.

1 ¶ Vm specialis. † Libellus recusatorius debet
offerri coram recusato: si est præ-
sens. aliās coram iudice illius loci vbi est pars. qui iudex
debebit partes cogere ad arbitros eligendos: quorum sententia
per primum delegatum executioni mandabitur: sed si appelleꝰ,
2 debet ad primum delegantē appellari. † No. ibi illico autem, id
a triduum: q illud dicitur fieri illico. [a] quod fit intra triduū. hoc nō
est semper verum. nam pactum non dicitur fieri incontinenti iu
xta contractum vestitum, nisi fiat antequam partes habeant cō
tractum pro absoluto. ad hoc vt insit, & actionem producat. vt
no. in l. iurisgentium. §. quinimò. ff. de pac. sed quantum ad pur-
gationem moræ quæ fit. si fiat incontinenti vel infra modicū tē-
pus, diceretur fieri incontinenti, vt in l. & si post tres. si quis cau.
Item si spoliatus recuperaret possessionem infra triduum, dice-
retur recuperasse incontinenti. & sic licitè. aliās secus. vt no. in l.
iij. §. eum igitur. ff. de vi & vi arma. iuncta l. qui possessionem. eo.
titu. Item an arbitri cogantur? dic vt no. in c. suspicionis. de offi.
3 dele. † Item no. ibi. [electione videlicet &c.] q quando est discor
dia inter partes, pertinet ad iudicem concordare: ideo si non cō-
cordant in formatione puncti mittendi ad consiliū sapientis, ipse
iudex debet formare punctum. ad hoc. ff. de bo. autho. iud. pos. l. 2
in venditione. §. fi. & ibi no. & facit l. in copulandis. j. de nup. Item
Bar. in l. à diuo pio. ff. de re iudi. in prin. circa finem. in versi. exe- 3
cutore negotij prout exponitur, id est iudice delegato recusato.
4 dicit q delegatus à principe etiam de iure ciuili potest suam sen-
tentiam mittere executioni. & dicit esse casum hic. Nam si mittit
sententiam arbitrorum, qui vice eius funguntur, vt hic patet. er-
go & suam. de iure autē canonico clarum est q intra annū hoc
facere potest. vt in c. quærenti. de offi. dele. sed delegatus ab infe
riori à principe non potest: sed debet eam mittere ad delegantē.
4 vt ibi. † Item no. q à sententia istorum arbitrorum appellatur. [b] si-
b cut à sententia iudicis. Item q non appellatur ad ipsum iudicem
5 recusatum: sed ad ipsum qui delegauit. † Vlti. no. & ad hoc alle-
gatur. q quando iudex appellationis confirmat sententiā, q de-
gatur. q quando iudex appellationis confirmat sententiā, q de-
bet eam executioni mandare. non primus iudex: quia prima sen
tentia est transfusa in secundam: sed si appellatio esset deserta, &
sic prima sententia remaneret firma, debe- a
ret executioni mādari per iudicem primū.
ita cōmuniter tenetur. & pbatur §. de epis.
audi. authē. si quis litigantium. & ibi no. & b
in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pa-
ctis. & l. furti. §. j. ff. de infa.

*De sportulis & sumptibus in diuer. iudi. faciendis & de executoribus li- c
tium. Rubrica.*

No. quia de prima & secunda parte hu
ius rub. nihil tāgitur in nigro: sed solùm de
vltima parte: scilicet executoribus. & sic ru
bri. est generalior quàm nigrum. quandoq
econuerso. & no. j. de relig. & sump. fu. † Et
ideo dicit glo. q argumentum à rubrica nō semper est bonum.
licet glo. in l. j. j. ne fideiuss. do. den. ante fi. glo. magnæ videatur di
cere contrarium: ista no. in authen. de ince. nup. in princip. in glo.
quæ incipit. hoc generale.

¶ Illud dicitur fieri illico. Adde l. si quis.
in §. simpliciter. ff. de
verbo. obliga.
¶ Istorum arbitrorū
appellatur. Adde Al
beri. in l. j. C. de arbi.
Bal. in l. si seruus plu
rium. ff. de leg. j. doc.
in c. ab arbitris. de of
ficio delega. lib. vi.
¶ Argumentū à rub.
Adde l. si vno. ff. loc.
glo. in l. si qui. de cō-
di. inde. gl. in c. vno.
de cle. percu. gl. in c.
j. de offi. dele. li. vj. &
per Alex. de Imo. &
doc. in rub. seu in l. j.
ff. si cer peta.

2 ☞ *Si partes scienter litigauerūt coram delegato à iudice incōpetente, an ualeat processus?*
3 *Quid si delegans erat competens ad cognoscendū de causa, tamen non poterat delegari?*
4 *Causa appellationis an possit delegari?*

LEX. I.

1 ¶ Rocuratori. † Delegatio facta à iudi-
ce incompetenti non va-
let: nec sententia lata per dictum delegatum. hoc
dicit. sic j. titu. j. l. j. dic vt ibi: quia plura requirun
tur ad hoc vt valeat delegatio facta ab ordina-
rio. † In glo. si quæritur de duabus quęstionibus.
2 Prima si partes scienter litigauerunt coram isto delegato, an va-
leat processus? & tenet ista glo. quod non. ista glo. verum dicit si
iste delegatus nullam habebat iurisdictionem ordinariā: sed erat
simplex priuatus. & ita probat l. priuatorum. quam allegat: sed si
habebat iurisdictionē ordinariam, puta procurator cæsaris dele
gauit inter duos priuatos, puta potestatē. vel magistratū munici-

Universidad de Deusto
Biblioteca

palem,quod potest fieri.vt l.prætor.ff.de iurisd.om. iudi. & tunc est distinguendum.Aut litigauerunt coram eo tanquàm delegato:quod potest comprehẽdi ex actis:& tunc idem. Aut tanquã ordinario.& tunc valent acta & sententia.posito q illi nõ essent de sua iurisdictione ordinaria. tanquàm prorogata iurisdi. vt in l.j.ff.de iudi.& j.de iurisdi.omni.iudi.l.j.& ita no. per Cy.in l.j.j. titu.j.vbi est similis glos. † Item quæritur glos.quid si delegatus erat competens ad cognoscendum de causa,tamen erat talis causa quæ non poterat delegari.iuxta no.in l.seq.si partes scienter litigant coram delegato:& non opponitur ista exceptio cõtra delegationem,an valeat iste processus.glo.tenet quod non.quam tene menti:licet enim partes possunt facere iudicem competentẽ ex prorogatione:qui prius non erat competens: & sic darent sibi iurisdictionem:non possunt tamen facere quod causæ quæ prohibentẽ delegari à iure possint delegari:quia fauore publico emanauit prohibitio:cui non possunt renunciare.vt in l.ius publicũ. ff.de pac.† Item no.glo.dum dicit de causa appellationis.quod illa causa non potest delegari. & ita quidam intelligunt authen. ad hęc s.de iudi.vbi allegaui istam glo.sed communiter tenetur contrarium. & de iure canonico clarum est. vt patet in c.super questionum extrà de offi.delega. & ad authen.respondetur. qd ibi alius est intellectus.vt ibi dixi.

2 ☞ A delegato appellatur ad delegantem:& quid si appellatur à subdelegato?

LEX. III.

1 PLacet vt iudicibus.† Delegati de qua causa cognouerint iudicare debent: nec possunt ad delegantem appellare.hoc dicit. In tex.ibi.[ad iudicium præsidiale.]id est ad præsidem,qui eis delegauerat.Et no.quod regulariter prohibita est relatio ad superiorem ordinarium.sed ad principem ali-
2 quando permittitur.vt in titu.j.de rela.in l.j.in fin.† No.quod à delegato appellatur ad delegantem. Quid si appellatur à subdelegato eo casu quo potest subdelegari,an appellabitur ad ipsum delegatum delegantem.An autem ad primum delegantem? distinguitur inter delegatum principis, & delegatũ ab ordinario. quod dic vt in l.j.ff.quis & à quo appelleturin fi.per Bar.& tangitur.j. titu.j. in fi.secundùm diuersas lecturas. Et emanauit ista l.cõtra delegatos ab ordinario:qui postquam audiuerant de causa,non audebant dare sententiam. sed remittebant ad delegantẽ vt daret. quod procedit ex miserrimo animo. vt in l. properandum.s.sinautem vtraque. & hic prohibetur ne hoc fiat: quia de qua re cognouerit iudex de ea quoque pronunciare debet.vt in l.de qua re.ff.de iudicijs.

LEX. IIII.

1 PLacuit quoties.† Si iudices delegati causas terminare impediunt, debent alij surrogari loco ipsorum.hoc dicit. Et si hoc impedimentum erat longo tempore duraturum.secus si breui.& in l.si longius.ff.de iudi.in princi.& l.si legationi. Superior ergo lex loquitur quando potest expedire,& nolebat:& tunc alius loco eius non surrogatur.hic quando non poterat. Et Guli.de Cu.allegat istam l.in l.& quia.ff. de iurisd.om.iudi. ad limitationem.l.iudicium soluitur.ff.de iudi.vbi habetur: q si superior iudex,vel delegans potest inhibere inferiorivel delegato ne in causa procedat,& delegationem vel iurisdictionem reuocare. & tunc soluitur iudicium:dicit ipse q hoc potest facere,quando aufert ab vno,& committit alteri.vt hic:secus si non committeret. istud non est verum. nec probat ista l.quia loquitur quando delegatus non poterat cognoscere propter impedimẽtum super ueniẽs.& sic delegãs nolebat ad se aduocare causam: sed ipsum alteri committere quod potest:sed si vellet ad se aduocare,& delegationem reuocare:posset etiam lite conte.quia delegatus non efficitur dominus lit.per contestationem:vt in d.l.iudicium.differt tamen an vetet procedit per eum:& soluitur iudicium:an ad se aduocet:& tunc eodem statu ad eum deuoluitur. vt dixi s. de iudi.nõ recordor vbi.& in c.intimasti. de appel.& dictum Guli.
* reprobat *Bar.in l.& quia.ff.de iurisd.om.iudi.dicens q ista l.nõ
2 probat *dictum suum.† In tex.ibi.[alium in locum eorum.]dic quod recipiet causam in illo statu in quo erat apud primum.Sed quantũ tẽpus habebit ad expediendũ cãm? videt q tantũ tẽpus integrũ.quantũ habebat primus.per l.si iudex.ff.de iu.sed illa loquitur qñ finitũ erat tẽpus primi. & alius postea sibi surrogatur sine pfinitione tẽporis.Sed si nõ erat finitũ,videt q habeat illud tantũ q restabat primo,& etiã tertiã partem temporis vltra,put dicit in l.,perãdũ.s.sinaũt in medio s.de iudi,vbi supplet usq ad tertiam partem temporis instantiæ:si tantum non supererat.

LEX. V.

1 QVædam sunt.† Causæ minores,vel infirmæ iurisditionis possunt per ordinarios ad nutum alteri delegari:siue impediantur ipsi procedere,siue non.hoc dicit.Et dicunt infirmę iurisditionis causæ breues.puta ad duos.vel tres,aut quatuor aureos in qbus plus expẽderetur litigãdo quã esset summa quæ petitur vt auth.nisi breuiores.j.de sentẽ.ex breui.reci.& in authẽ.de iudicibus.s.ne autẽ.& l.id est usq ad duos aureos. ff.de dolo. vel etiã maiores summæ,usq ad trecẽtos aureos.quæ dicunt minores:non infimæ.sed si trãseũt trecentos aureos.sunt magnæ iurisd. Et licet olim possent delegari ante l.ij.s.eodẽ per illã.l.statuit q nõ delegenter in totũ:sed solum quò ad audiẽtiam,reseruata sententia.nisi ordinarius propter publicas occupationes, vel causarũ multitudinem impediatur in eis procedere:quia tũc poterũt committere plenariè quò ad audientiam. & etiam sententiam: iste est casus illius.l.difficilis.quæ per prædicta remanet clara, & sic necessarium fuit primò videre hanc legem.quæ prima facie videtur illis contrariari.

2 ☞ Ea quæ sunt meri uel mixti imperij,an possint delegari?

LEX. II.

1 PLacet nobis.† Ista l.reputatur difficilis,& dicit Barto.quòd reputat eam difficiliorum quàm aliquam quæ sit in codice:& hoc nõ est ppter aliud,nisi qd oportet diuinare in intellectu eius:& distinguere illa quæ nõ reperiũt p tex.distincta,cuius rei gratia est sciendũ quòd istud verbum iurisditio estverbum generale:quia est potestas de publico introducta.vt notat in l. prima de iurisditione omniũ iudicum.cum necessitate iuris dicendi et equitatis statuẽdę.quę diffinitio cõgruit singulis speciebus ipsius.Sunt autem tres species iurisditiõis in genere sumptę:scilicet merum imperiũ.quod cõsistit in illis quæ expediunrur iudicis officio nobili.& ad publicam vtilitatẽ.vt est cognitio causarum criminalium.Item mixtum qd expeditur iudicis officio nobili.tamen ad priuatam,non publicam vtilitatem. vt mittere quem in possessionem ex primo vel secũdo decreto:vel dare tutores & curatores.vt in l.iubere cauere.& l.imperium.ff.de iurisdi.omni.iudi.Item est simplex iurisditio.quæ cõsistit in his quæ expediuntur iure actionis.non autem officio iudicis,& ad priuatam vtilitatẽ.vt sunt causæ pecuniariæ:vel quæ ad æstimationẽ pecuniæ possunt deduci.Concedere ergo restitutionẽ in integr. est de imperio mixto.qa expeditur iudicis officio nobili. & ad priuatam vtilitatem.Quælibet autem istarum triũm ispecierum habet sex gradus.secundũ q considerauit subtiliter Bar.puta in uestigando.in d.l.imperiũ:dicens q est imperium merum, maximum,maius,& magnum.paruũ,minus, & minimum. in singulos gradus exẽplificat.Similiter & mixtum.& simplex iurisditio.q est reperire maximum gradum iurisditionis.vt cognoscere de causa liberali.de qua loquitur fi.huius.l.& illa nec olim nec hodie potest delegari:nisi eo modo quo merũ imperium. & hoc vult ista.l.in fin.Item maior iurisditio, vt sunt causæ pecuniariæ,quæ expediuntur iure actionis. tamen in defectum vel propter paupertatem non valentis soluere, deuenitur ad pœnam corporalem.vt in l.diuus.ff.de iniur.& istę similiter secũdũ eum nõ possunt delegari.Irẽ magnæ iurisditiõis sunt causę transcendẽtes summã trecentorũ aureorũ.vt in authẽ.de defen. ciui. §.& iudicare.& de istis loquit principium huius.l.dicens quòd olim delegabãtur indistinctè maximè quãdo præsides nõ poterant in eis vacare:propter quodcũq impedimentũ etiam leuehodie vult q non delegent:sed per seipsos cognoscant:si nõ sint impediti magno impedimento:& hoc vsque ibi,[ita tamen.]& cum isto principio coniũge ver.[q vsque adeo.]Nam posset qs dicere per diminuuntur iudicia præsidum plus quã essent prius: quia olim poterant cognoscere & delegare:Respondetur quòd poterunt delegare cognitionem,sed reseruare sibi iudicia.& sentẽtias.ita intelligũt doc.illũ ver.Si verò sint occupati magnis occupationibus publicis:vel multitudine causarũ,poterũt ex toto delegare quò ad cognitionem.& quo ad sententiam. vt in verſ. [ita ta

[ita tamen.]vsq ad ver.[quod non ita.] quę intelligunt ita doc. & glo.quid autem de causis meri imperij,quæ olim nullo modo poterant delegari? quia non competebant iure magistratus.nisi propter absentiam præsidis vt in l.j.ff.de offi.eius cui man.est iurisd.& in §.j.Respondetur in ver.[quod nõ ita.]q nec hodie possunt delegari.quia quod s. dictum est. vt possint causæ delegari propter magnas occupationes.procedit in causis simplicis iurisd. magnæ nec medię.quę olim indistinctè delegabantur hodie nõ indistinctè.sed secundũ quod dictum est per hoc tamen non intendit aliquid immutare in illis quæ nullo modo delegabantur. vt erant causę meri imperij.in quibus ex offi.suo nobili habebat cognoscere ad publicam vtilitatem.& idem de mixto imper.vt d.l.iubere cauere.fallit tamen hoc quando esset impeditus,ppter absentiam.vt d.l.j.de offi.eius cui man.est iurisd.Nec etiam intendit aliquid immutare in causis liberalibus, in quibus agitur de ingenuitate & libertinitate:quæ sunt maximæ iurisd.nã nec olim nec hodie vult q illæ possint delegari.h.d. ista l.sic planè declarata.In quo ergo casu loquitur.l.fi.huius titu.cum etiam aliæ.ll. quæ indistinctè videntur permittere præsidi vt causas suæ iurisd. delegare possit.Respondetur in paruis & minimis: vt à trecẽtis infrà.Et per prædicta remanent expeditæ oẽs glo.quę nil aliud faciunt:nisi q tendunt ad declarationem literæ.sed melius habetur per prædicta quã per glos. In prin.ibi.[in quibus q ipsi non possent cognoscere.]id est non poterant.nõ tamen intelligas de impotẽtia iuris:quia imò poterant cognoscere,si volebant: quia habebant iurisdictionem & merum imperium. vt in l.illicitas.§. qui vniuersas.de offi.præ.sed intellige non poterant impotentia facti.etiam propter alias occupatiões,etiam minimas. sed hodie non possunt propter magnas.de quibus in ver.[ita tamen.]prõpter minimas non:vel etiam nullas non debent delegare.sed per seipsos cognoscere.vt statim sequitur. limitando tamen vt dicit in ver.[quod vsq.]vt non possint delegare:quó ad iudicia.i.ad
2 sententias.sed eas sibi reseruare:quantum verò ad cognitionem & audientiam possunt.sicut olim poterant. † In tex.ibi.[vel per occupationes publicas.]subaudi etiam si propter eas non habebant se absentare,propter quas merum & mixtum imperiũ non poterant olim delegari. nec etiam hodie possunt per hanc l. vt j. sequitur in ver.[quod non ita.] sed si habebant se absentare propter rem publicam:poterat olim imperium merum vel mixtum delegari.vt in l.j.de offi.eius cui man.est iurisd.hodie etiam poterit:non obstante eo quod dicitur in ver.[quod non ita.] In tex. ibi.[iudices dandi habeant potestatem.]scilicet in totũ nihil sibi reseruando.aliàs non differret iste casus de magnis occupationi
bus à paruis.In tex.ibi.[quod non ita.] quasi dicat q §.dixim̃s procedit in his quę olim poterant delegari.& indistinctè delega 3
bãtur.nos volumus quod indistinctè delegãtur. & sic volumus restringere,& non ampliare potestatẽ delegandi.vt vbi olim fiebat,hodie non possit.nec etiam licentiam delegandi causas ingenuitatis & libertinitatis: quæ non sunt de iurisdictione simplici. sed maxima.imò volumus quod ipsi præsides per semetipsos cognoscant.vt in fi.Or sufficiant ista.In gl.j.ibi.[vel dic causas pecuniarias.]Dic hæc vera per id quod sequitur in glo.super gl.fi. quæ opponit contra fi.huius l.vbi dicitur q præsides ipsi habent cognoscere de causa status,& non delegare.contra de l.j.j.de oriu.vbi dicitur q præses non poterat cognoscere de causa status. multæ dantur solutiones.sed ista est vera:quia ista l.nõ intelligit q non posset propter defectum suæ iurisdictionis. imò poterat. sed propter qualitatem personæ.de cuius.statu agitabatur: quia erat pupillus,quo casu de quæstione status non debet cognosci durante pupillari ætate.sed debet differri in tẽpus pubertatis. vt in ti.ff.de car.edi.Et hoc quãdo principaliter cognoscitur:sed incidenter poterat cognoscere.vt ibi habetur. Cætera quæ sunt in glo.sunt impertinentia quo ad intellectum huius l.sed pertinent ad titu.ff.& C.de carbo.edicto.Non sunt alia.

Qui pro sua iurisdi.iudices dare dariue possunt. Rub.

2 ☞ Quæ requirantur,ut ualeat delegatio facta ab inferiore à principe?
3 Delegatio facta ab eo qui est electus ad officium consulatus antequam ingrediatur prouinciam,qualiter confirmetur eo postea regrediente?
4 Quando causa non erat de iurisdictione delegantis.tamen delegatus bene erat,an ualeat delegatio?& uide nume.5.
5 Si præses delegauit magistratui municipali,an ualeat delegatio?
6 Si aliquis tanquàm delegatus.(cùm non esset) processit in causa,& postea ordinarium hoc sciens ratificauit,an ualeant acta?
7 Consensus partium non potest facere sententiam nullam reconualescere,ut ualeat tanquàm sententia.sed ut pactum sic.
8 Attestationes nullæ an possint consensu partium ualidari?
9 Delegatus principis an possit subdelegare causam quæ non erat delegabilis,nisi ex speciali priuilegio principis?
Delegatus principis non utitur omni priuilegio principis.
Delegatio facta per principem mortuum uirtute legis scriptæ: an sit maioris efficaciæ quàm facta per principem uiuentem?

LEX VNICA.

1 AN causarum.† Non possunt delegari causæ quę non pertinent ad iurisdictionem delegantis: delegatus tñ principis omnem causam sibi delegatã subdelegare potest, quia nulla causa est quæ nõ pertineat ad iurisdictionẽ principis:& per cõsequens illa quę per eum delegatur pertinet ad iurisdictionem delegati: & cũ appellatur à subdelegato delegati à principe appellat ad ipsum delegatum.secundũ vnam lecturam.quę dicit ad eos:vel ad ipsum principem omisso medio.i.ipso delegato subdelegante.secundũ aliam lecturã.quæ dicit ad nos.h.d.Et quia istæ duæ lec.sunt inuicem contrariæ,tamen aliquando est verum vnum.aliquando aliud.dicvt no.in l.j.in fi.ff.quis & à quo appelletur,quia si quis delegatus est à principe:& postea subdelegat,si aliqd sibi de iurisdictione reseruat,appellatur ad eum:non ad principem. & ità declaratum est de iure canonico in c.super quęstionum.de offi. dele.& isto modo procedit prima lec.vt dicat ad eos.Si intelligimus in delegato principis.Si autẽ nihil sibi reseruat, appellatur ad principẽ:& tunc procedit secunda lec.dum dicit ad nos.Sed si loquimur in delegato ab ordinario in eo casu quo potest subdelegare,appelletur ad ipsum ordinarium omisso delegato: qd
2 dic vt hic plenè no.per Bar.in fi.Tria ergo † requiruntur ad hoc vtvaleat delegatio facta ab inferiore à principe.Primum.q ipse sit ordinarius iudex:quia delegatus non subdeleget.vt in l.iudices.s.de iudi.Secundũ est.q causa quã delegat pertineat ad suã iurisdictionem ordinariam. aliàs non valet vt in l.j.§.ti.j. Tertiũ est.q causa de iuí natura sit delegabilis: quia non sit de imperio mixto,vel mero:vel non sit de maxima iurisdictione:vt in l.placet.& in l.ij.s.ti.j.sed de iurisdictione simplici,quæ competit iure magistratus:vt in l.j.§.si verò.ff. de offi.eius cui man. est iurisd. Est & quartum.q delegetur in casu in quo datur licẽtia delegãdi,si est delegabilis.non simpliciter:sed in certo casu. vt in d.l.ij. circa prin.Est & quintum quod requiritur.vt nonvaleat delegatio:sed vt delegatus posit compelli delegationem acceptare: q ipse sit de iurisd.delegantis.aliàs licet valeret delegatio, compelli non posset.† In gl.j.ibi.[nisi in casu quando confirmatur.]dic.s. delegatio facta de causa non pertinente ad iurisdictionem delegantis:& dic.[confirmatur].s.ex causa de præterito:quia ibi pro consulerat electus pro offi.consulatus:nondum tamen fuerat ingressus prouinciam:& sic nondum habebat iurisdictionem, vel exercitium:& tamen causam delegauit,non valuit delegatio:sed ipso ingrediente prouinciam confirmatur ex causa habente originem ante delegationem:confirmatur tamen ex nunc nõ vt ex tunc.vt ibi habetur.& no.j.in alia gl.hic autem in prin. nõ super
4 uenit causa cõfirmans:ideo nõ valet.† In gl.ibi.& no.q hic.No. quod in prin.istius l.& qd j.subijcitur.in sequenti casu.supple.s. in ver.[qd si qs.]vel dic q ista est diuinatio, qd ambo casus possunt intelligi eodẽ modo.s.qñ causa nõ erat de iurisdictione delegantis:tamen delegatus bene erat.& in prin.dicitur qd nõ valet delegatio in ver.[qd si quis.]quia qd gestum est corã eo nõ valet: verum qa hic dicitur q delegatus nõ cõpellitur suscipere delegationẽ.qd non esset si foret de iurisdictione delegantis.posito qd delegatio non valeret:qa posset cogi de facto:ideo gl. sic fuit locuta.q in secundo casu delegatus nõ erat de iurisdictione delegantis:sed certè etiã si delegatio esset valida,non cõpelleret tunc delegatus acceptare.vt patet in alia gl.sup verbo. [resedissent.] † In gl.quę incipit.i.[cõsensum.ibi.[habebat aliàs iurisdictionem.]subaudi ordinariã,puta præses delegauit magistratui
5 municipali qd fieri põt.vt in l.prætor.ff.de iurisd.om. iudi. & hoc ideo dicit gl.qd si non haberet aliã iurisdictionẽ,ex cõsensu partium spõte corã eo litigantiũ nõ posset acquirere. vt in l.priuatorum.j.de iurisd.om.iu.Sed si habebat,põt acquirere ex progatione:vt in l.j.e.ti.gl.tenet q acquirat per illã l.Tu distingue vt dixi

Universidad de Deusto Biblioteca

2 ¶ Ex tribus ꝑsonis. Adde Barba in rub. extra de iudi.

b ¶ Nō pōt esse Iudex i cā ꝓpria. In qb⁹ casi⁹ qs pōt esse Iudex in cā sua vide ꝑ Bar. i l. si qs sorte. in §. fi. qs. ff. de pœnis. & ꝑ Ale. de imo. in cōsi. suo. cxxxv. col. ij. & ij. in j. Vol. Et qñ pos sit cognoscere de iniuria illata offō suo. ꝑ eūdē Ale. de imo. in cōsi. xxxv. col. ij. vi. in fi. ꝓsuppono. ij. vo. & addi an eps sit Iudex cōpetēs in cā ꝓpria. Et in his quæ sunt de ei⁹ mēsa. dic vt ꝑ Alex. in suo cō. lxxix. col. un. ij. vers. qs igit. i j. vo. & in ꝓposito vid Per. de anch. i cōsi. cclxxvij. finci. Ex ꝑdicta facti narratiōe co. v. ver. venio ad qntū repe. ritū in cōsi. ccccxxxix. Cur. Et adde tu. qñ qs posit eē Iudex in cā ꝓpria. & dic vt ꝑ do. meū. Sozi. in cōsi. xcvj. colū. iij. ver. ij. qa. & ibi qd si cōcurrat volū tas aduersarij in cō silij. cxx. colū. ij. circa prin. & i cōsi. cxxxvj. col. ij. ver. ad quo rū confirmatiōē. in cōsi. cxxxvij. co. fi. et in cō. ccxxxj. co vj. circa fi. Stra.

in l. j. §. tit. j. An litigauerunt coram eo, tanquā corā delegato. q̄ potest cōprehēdi ex actis: si se appellabat delegatum, vel cōmissarium alterius: & tunc non acquirit. quia censetur vt priuatus: postq̄ coram eo non litigauerunt: tanq̄ coram iudice ordinario per argumentū de tanq̄. vt in l. si pater. ff. de adop. Si autē tanq̄ corā ordinario, pōt procedere. vt dicit glo. Et hoc quando cā non erat etiam de ipsius ordinaria iurisdi tione, sicut nec de iurisditione delegantis. Si autem erat tunc etiam si ignoranter litigassent, vel tanquā coram delegato, postquā in veritate causa erat de sua iurisdictio ne, & poterat in ea procedere, non attenditur error partium: imò valent acta ex ea iurisditione. quam reuera habet inspecta potius veritate. & hoc voluit Innocenti. in c. cum ex officij. de præscriptio. facit. l. regula. §. j. vel ij. ff. de iur. & fact. igno. vbi In translatione dominij potius inspicitur veritas quā falsa opinio transferentis. facit. ff. mand. lege seruum. Tene menti. In fi. gl. ibi. [videtur confirmari.] dic hoc intellige verum. vt dixi in prima glo. quando efficitur de iurisditione delegantis ex causa de præterito, quæ habuit originem ante delegationem. argu. in l. si rem. §. fi. ff. de pigno. acti. secus si ex causa superueniēte post delegationem. vt not. infra vbi de crimi. agi. opp. l. j. in gl. quæ incipit non opposita. Et ꝓ dicta procedūt qñ interuenit delegatio sed erat nulla, qa cā nō erat de iurisdictiōe delegātis. † Sed ponamus q̄ erat: tñ delegatio nō interuenerat: & aliquis tanq̄ delegatus, pceperit in cā postea ordinari⁹ hoc scies ratificauit. An valeāt acta? videt q̄ sic. ꝑ l. licet. ff. de iudi. dic cōtra per notata in c. prudentiam. in prin. de off. dele. quia iudiciū

a fuit funditus nullū à principio. cū cōsistat ex tribus personis °. s. actore. reo. & iudice: vt in c. forus. de ver. sig. & hoc deficiebat persona iudicis: vñ nō pōt recōualescere. l. q̄ ab initio. de reg. iur. sed in l. licet allegata in cōtrariū. iudiciū nō erat funditus nullū: quia erāt tres ꝓsonę: imò valebat respectu ꝓsonarū iteruenientiū in iudicio in earū ꝓiudiciū, nō tñ extēdebat ad illū cuius noīe tanq̄ ꝓ curator qs egerat. qa nō habuit mādatū. sed superueniēte ratihabitiōe extēdit ad eius ꝓiudiciū. Nō aūt recōualescit q̄ nullū erat qa nō erat nullū. vt dixi: & adde q̄ no. in l. j. j. de iur. fisci. lib. x. or

7 iusticiāt ista. † In alia gl. quæ incipit [quo casu:] ibi. [nisi hic partes post sententiā cōsensissent.] Tu dic q̄ cōsensus partiū non pōt facere sniam nullā recōualescere: vt valeat tanq̄ snia. qa sentētia nō depēdet ex voluntate partiū: sed à potestate publica. i. à iurisdictione proferētis: vt no in l. si diuersa. §. de trāsa. facit tñ eā valere vt pactū: vel vt cōuentionē. & ita communiter intelligunt Doc. illā l. ij. quā glo. allegat. & de hoc per Bar. in l. si expressim.

8 ff. de appel. Sed † an attestationes nullæ possint validari cōsensu partiū? vide Inn. in c. cū cā de testi. sup verbo præsumptione. In ea. glo. ibi. [unt ergo tria necessaria.] Dic ergo §. addidi alia duo: & sic q̄nq; In gl. super verbo [iudicandas.] in fi. ibi. [q̄d ergō si delegatus à principe.] Dic præmitte q̄ iste ver. hoc dicit de plano pōt intelligi qñ causa delegata à principe de sui natura est delegabilis, vt qa est de simplici iurisdictiōe: & tūc est verū q̄d delegatus pōt eā subdelegare: nō habita distinctiōe an pertineāt ad iurisdictionē delegātis: vel nō: qa hoc nō cadit in principem,

9 ad cuius iurisdictionem omnes causæ pertinent. † Sed ponamus quòd causa de sui natura nō erat delegabilis, princeps tamē ex speciali priuilegio poterat delegare. vt sunt causæ meri & mixti imperij: vt in l. placet nobis. vers. q̄ nō ita & ver. fi. §. ti. j. An illa poterit subdelegari? gl. tenet q̄ sic per istū tex. dū dicit [nullo personarū causarum ve &c.] No. verbū [causarum.] quasi dicat nec siue sit delegabilis de sui natura: siue nō. Pet. de bel. partica cō trà: quia delegatus principis nō vtit omni priuilegio principis. & princeps propter plenitudinem potestatis pōt illas causas delegare. Sed delegatus non habet illam plenitudinem. Item ꝓbat per pulchram rationem: quia nō debet esse maioris efficaciæ delegatio facta per principem viuentē virtute rescripti, quā facta per principē mortuū virtute legis scriptæ. imò minoris. quia lex fit cum maiori maturitate. sed ille cui committitur merum imperium per legem scriptam, nō potest ipsum delegare: quasi sit electa industria personæ propter magnitudinem causæ: vt in l. j. in prin. de offi. eius cui man. est iurisd. ergo nec ille cui committitur per rescriptum. Et istam partem videtur tenere Ioā. An. in addi. Spe. de offi. dele. §. ex qui. potest. Alij tenent contrariū. dicentes quod licet de originali natura tales causæ non sint delegabiles. postquā tamen efficiuntur semel, & fuerunt licitè delegatæ per habentem potestatem, mutant naturam: & efficiuntur delegabiles in perpetuum. & allegat ad hoc l. pater filium. §. quindecim libertis. ff. de le. iij. vbi etiam tangitur per Bar. ad quod bene facit l. videamus. ff. quod me. cau. & ista videtur cōmunior opi. tangit̄ per Gul. in l. oēs. ff. de resti. in fine. Et hic refert se habuisse longā disputationē cum quodā venerabili doctore: qui postea fuerat effectus Cardinalis, nō tamen aliter determinat. In vlti. glo. in fi. distingue. vt s. dixi cōcordando literas. vel dic q̄ illa l. j. in fi. ff. qs & à quo appel. non loquitur in subdelegato. sed in vicario, à cuius sententia si appellatur ad illū qui ipsum cōstituit, cum censeatur vnū & idem tribunal. & ideo videretur appellari ad seipsum: quia sententia lata à vicario, videtur lata ab illo qui deputauit. Et hoc est hodie expressum in vicario episcopi: vt in c. ij. de consue. li. vj. Appellatur ergo ad superiorem ipsius episcopi, ad quē appellaretur si sententia lata esset ab episcopo. Nos loquimur in sententia lata à subdelegato. & qualiter cognoscatur an sit vicarius, vel delegatus ad vniuersitatē causarum. dic vt ibi per Bar. quia vicarius sedet in eod. tribunali, in quo sedet ille qui ipsum deputauit: vt etiā patet in vicario potestatis: vnde nō habet iurisdictionem delegatā ad vniuersitatē causarū: sed potius illā quē habet potestas: sicut vicarius episcopi. delegatus aūt ad vniuersitatem causarum sedet in alio tribunali. In fi. glo. ibi. §. [de iudi. l. fi.] Dic q̄ ibi loquitur in arbitris electis ex necessitate iuris: qui nō sunt sub iudice delegato. ideo non appellatur ad ipsum delegatū: sed ad principem in subdelegato, qui est sub iurisdictione delegati. vnde appellatur aliquando ad ipsum delegatum, quando est de legatus à principe: & aliquid sibi de iurisdictione reseruat. secūdùm vnam lecturam: quæ habet hic ad eos. & est declaratum de iure canonico. vt suprà dixi.

Ne quis in sua causa iudicet. uel ius sibi dicat. Rubrica.

☞ *Quod quis posit esse iudex in causa propria. & quod in ea non posit sibi ius dicere, quòd sint diuersa.*

Iudex quando posit in causa propria cognoscere?

Si inferatur iniuria iudici, an ipse idem posit vindictam sumere, & punire?

LEX VNICA.

Generali lege. † Lex ista loquitur etiam in iudice ordinario. vnde licet potestas habeat iurisdictionē vniuersalē, tamen in causa ꝓpria non habet: nec de eo, pōt cognoscere: nec ꝓnunciare. & eodē modo nec de causa familię suę: puta vxoris, vel filiorum, vel libertorū, vel familiarū. vt ff. de iurisd. om. iu. l. qui iurisdictioni præest. Sed delegatus bene pōt esse in causa taliū. licet posset recusari. & si nō recusatur, potest ꝓcedere: vt in l. in priuatis. ff. de iudi. quę no. in d. l. qui iurisdictioni. † In glo. ij. ibi. [ff. quod me. cau. l. extat.] vel dic quartò q̄ quis non pōt esse iudex in causa ꝓpria. b vt in primo dicto. & ex hoc sequitur quod nec in ea pōt sibi ius dicere. i. sententiare. vt in secundo dicto. & sic ista duo dicta non sunt vnū & idem: sed diuersa. de aliis cōtrariis dic vt in glo. quia sunt leuia. Adde aliū casum in quo quis pōt esse iudex in causa ꝓpria. s. cū agitur an quis sit iudex cōpetens in aliqua causa. Nā ipse pōt de hoc cognoscere. & sup eo ꝓnūciare, vt in l. si quis ex aliena. ff. de iudi. & tamē videtur esse causa ꝓpria. s. est de sua iurisdictione. quia de hoc recipit cōmodum pecuniariū, si ꝓnunciat se iudicem cōpetentem. Secus si perciperet. vt no. gl. in l. de iure. ff. ad muni. & hoc casu quando quis percipit cōmodum. Io quitur iste tex. † Quærit hic Cy. & plenè disputat de ista qō. si in

3 fertur aliqua iniuria iudici, an ipse idem possit vindictam sumere, & punire inferentem: quia non solū ipse offenditur: sed respublica:

blica: & breuiter tenet q̄ si iniuria est notoria, possit. quia tūc magis exequitur quā cognoscat, vel pronunciet. Non enim in notoriis expedit cognoscere vel sententiare: sed exequi, vel punire: hoc tamen quando redundaret in iniuriam officij aliās secus. Si autem non est notoria: & sic oportet cognoscere & pronunciare tunc ipse non posset: sed ad superiorem. est recurrendum: & vide quod habetur in c. ex parte. de verbo. signi. per Inno. & etiam in c. dilecto. cum ibi no. de senten. excom. lib. vj.

Qui legitimā personā stādi in iudicio habēt uel nō. Rub.

2 ☞ *Pupillus qui cōpromisit cū tutore, an possit prosequi litē corā arbitro sine tutore?*

3 *Monachus sine licentia abbatis non habet legitimam personam standi in iudicio: & fide iussores ab eo dati non obligantur.*

4 *Casus in quo claudicat iudicium.*

5 *Quid possit facere iudex contra pupillū, uel adultū, non habentē tutorē, uel curatorē?*

LEX I.

1 Si cū esses. † Pupillus sine tutoris authoritate non habet legitimam personam standi in iudicio: nec valet sententia lata cōtra eum. Idem in adulto litigāte sine curatore. hoc dicit. cum l. seq. Et possunt intelligi quando agūt: tunc reus potest excipere q̄ non debent admitti sine authoritate suorum: administratorum: quia non habent legitimam personam standi in iudicio. ideo facient sibi dari tutorem, vel curatorem: si non habent. vt j. qui da. tu. pos. l. in vniuersis. interest enim rei eos repellere: quia si obtineret sententiam contra eos, sibi nō non prodesset. vt in istis legibus. & si daretur sententia cōtra eū. & pro illis, bene valeret. per l. non eo minus. §. de procu. quando autē conueniuntur, similiter sit cautus actor: ne admittat eos cōparentes. nisi legitimè compareant cum authoritate suorum ad ministratorum. aliās procedat contra eos tanquā se non defendentes ad primum & secundū decretum. iuxta ea quæ habentur in l. iij. siue iiij. ff. qui. ex cau. in pos. ea. & in l. si minor. de bo. auth. iu. pos. Sed pone q̄ adultus non habebat curatorem: an tunc habebat legitimam personam standi in iudicio? videtur q̄ sic. sicut habet ad contrahendum. quo casu ciuiliter & naturaliter obligatur. & cum effectu. nisi restituatur in inte. vt in l. si curatorem habens. §. de in inte. resti. Contrarium determinat glo. in l. cū & minores. §. si aduer. rem iudi. licet ibi dicat q̄ nulla lege hoc reperitur in l. acta. §. fi. ff. de re iu. & in ista l. ij. quæ indistinctè hoc vult q̄ non valeat sine curatore. & j. qui pe. tuto. l. j. & l. admone. vbi quando vult litigare, debet petere curatorem. ergo si litigat sine

2 eo, non valet, nec potest dici quod curatoris authoritas faciat ne restituatur in inte. quia imò potest hoc non obstante restitui. vt in titu. si tutor vel curator interue. requiritur ergo ad hoc vt valeat sententia, vel processus mero iure. aliās sententia ipso iure nō

2 valeret. nec esset necessaria restitutio. † In gl. j. ibi. [l. si pupillus.]

a lex ista vult q̄ pupillus sine tutore nō potest compromittere in arbitrū: sed pone q̄ cōpromisit cū tutore. & sic valet: postea sine tutore vult prosequi litem coram arbitro: an possit? glo. innuit q̄ nō relata ad tex. qui loquitur quando vult litigare Guli. de Cumultum no. dicit q̄ longa est differentia. quia si litigat coram iudice, non obligatur ciuiliter & naturaliter ex quasi cōtractu: qui consueuit fieri in iudicio: quia non habuit legitimam personam. & prohibetur à iure: & ideo si dedit fideiussores, ipso iure nō obligantur: quia non subest obligatio principalis. l. cū lex. ff. de fide iusso. Sed si litigat coram arbitro, obligatur. saltim naturaliter. si erat doli capax: ideo si dedit fideiussores, obligantur efficaciter: & erit damnum ipsorum fideiussorum: vt in tit. de fideius. mi. & l. in causæ. in prin. ff. de mi. quia compromissum & litigium corā arbitris potius accedit naturæ contractus in quo potest naturaliter obligari: si est doli capax. vt in l. j. ff. de noua. quā naturæ iu-

3 dicij. † Tene menti: nam non est diu q̄ fui interrogatus: quia qui dam monachus sine licentia abbatis litigauit, & dedit fideiusso res: & dicebatur quod monachus poterat obligari naturaliter: & sic fideiussores ciuiliter & naturaliter. sed certè in iudicio mona

b chus non habet legitimam personam[b] sine cōsensu abbatis: ergo nec fideiussores obligantur. iuxta no. in l. si longius. §. j. ff. de iud.

4 in glo. Tene menti ista dicta Guli. † In sequē. glo. ibi. [non eo minus.] & sic claudicat iudicium. quod videtur reprobari à iure. l. si cum dies. §. pe. ff. de arbi. sed dic q̄ propter priuilegium personæ vnius litigantium permittitur ista claudicatio. vt l. Iulianus. §. pen. ff. de actio. emp. sed quando neutra a pars esset priuilegiata, nō permittitur. † In glo. ibi. [secus in interlocutoria.] Intellige sanè secundū Guli. Pe. & Cy. scilicet in interlocutoria de mittendo in possessionem: nam illa bene potest fieri contra pupillum, vel adultum sine tutoris vel curatoris authoritate. quia fit contra absentem: & tales habentur pro absentibus. vt in l. si quis litigatorū. §. coram. ff. de arbi. sed aliæ interlocutoriæ b quæ feruntur contra absentem, nō possunt ferri cōtra pupillum, vel adultum: si litigat sine tuto. vel cura. j. quomo. & quā. iudex. l. si præses. quod tene menti perpetuò. & sic dilationes datæ pupillo, vel adulto. sine tuto. vel cura. non arctāt j. de dila. l. siue pars. & l. si quando. & productio testiū, vel instrumentorum. Tene menti. quia est multum vtile: & declarat istam materiam. Non sunt alia.

¶ Pupillus sine tuto. Adde quid si pupillus compromittit sine authoritate tutoris & si fideiussorem præstet an possit poni pœna à fideiussore ad quam pupillus aliās nō teneretur. vide per Specu. tiu. de compē. iudi. §. j. vers. sed pone clericus.

¶ Monachus non habet legitimam personam. Adde doc. in c. cum I. & A. de sentētia & re iud.

2 ☞ *In causa possessionis seu possessorij si feratur sententia contra minorem, cum ualeat sine curatore: an poterit petere restitutionem in integrum.*

3 *Statutum si dicat quòd contractus factus à minore xxv. annis, maiore tamen xviij. ualeat. an possit peti restitutio?*

4 *Quid si statutū dicat quòd cōtractus gesti, uel acta gesta per maiorem xviij. an. ualeāt?*

5 *Casus in quo agens possessorio retinendæ potest reconuenīri petitorio: dummodo legitimè compareat, quando agens esset maior.*

6 *Seruus q̄ non possit intentare possessorij adipiscendæ: & quid in minore sine curatore?*

7 *An sit differentia an quis agat interdicto unde ui, an condictione legis si quis in tantam. eodem titu. infrà unde ui?*

8 *Agens possessorio sicut non potest ratione illius accumulare petitorium si agit sine tutore uel curatore, ita testis inductus in causa possessionis, quòd non debeat interrogari de proprietate.*

9 *Si ageretur interdicto retinendæ, & uterque litigantium assereret se possessorem, & pariter de possessione probaret, q̄ tunc ille qui probat de proprietate præferatur.*

LEX II.

a pus:*& de loco ad locũ:b quia põt fieri in iuriſditione delegata ſicut ille. Aduerte tamẽ q̃ Inn.videtur dicere in c.de cauſſis.de offi. delega.q̃ illud ſit verũ quando cadit in eadem ſpecie iuriſditiõis ſecus ſi in diuerſa.nã ſunt tres ſpecies principales.merum imperiũ. Itẽ mixtũ. Item ſimplex iuriſdit.ſi iudex habet iuriſditionem dũtaxat in cauſſis meri imperij,vt iudex maleficiorũ.ſi partes vellent prorogare ad ſimplicẽ iuriſditionẽ,vt videlicet q̃ cognoſcat de cauſa pecuniaria principaliter:nõ poſſet fieri per l.ſolemus. §. latrũculator.ff.de iudi.& idem ecõtrà per id quod ibi ſubijcitur in gl.q̃ de cauſa meri imperij non poteſt fieri prorogatio in iudicẽ inabẽtẽ cognitionẽ dũtaxat de cauſſis ſimplicis iuriſditionis:vt ſunt pecuniarię. Tene mẽti. In ea ibi:[ſed fortè poteſt in iudicẽ.] Idem no.ff.ad muni.l.inter conuenientes.hoc tamẽ verũ: niſi iudex loci dediti peteret remiſsionẽ:vt in auf.vt nulli iudi.§.ſi quis verò cõprehenſorũ.no.ergo illud dictũ. Vñ ſi ille qui deliquit in iſta ciuitate,dubitat hic litigare.videt̃ per illã gl.q̃ ipſe poſsit ſubmittere quendã accuſatorẽ,qui accuſet eũ coram alio iudice:puta corã poteſtate Vincentiæ:qui eſt eius amicus,& ſperabat abſolui:& poſtquã erit abſolutus,nõ poterit hic accuſari qa de delicto eiuſdẽ hominis nõ põt pluries cognoſci:vt in l.licet.ff.nautæ cau.ſta.niſi doceat de q̃uari.primi.vt,l.ſi cui.§.hiſdẽ.ff.d accuſa.Sed poteſtas huius ciuitatis de iure cõi põt ſcribere poteſtati Vicẽtiæ vt nõ cognoſcat:ſed remittet ipm ad locũ delicti.vt d.§. ſi quis verò cõprehẽſorũ.ſed hodie nõ vtimur iſtis remiſsiõibus q̃ iudices non ſubſunt vni.& eidem ſuperiori.quod dic vt not. in auth.qua in prouincia.j.vbi de crimi.agi opor.

2 ☞ Quando quis uult aliquem conuenire,debet ire ad locum ubi reus ſortitur forum.
Caſus in quibus actor trahit reum ad forum ſuum.
3 Reus debet ſortiri forum ubi habet domicilium.
Vbi dicatur quis habere domicilium?
Scholaris ſi ſtetit in loco ſtudij per decem annos:an ſortiatur forum,ut ibi poſsit conueniri ratione contractus,uel cauſæ celebratæ in alio loco?
4 In loco domicilij poteſt quis conueniri,etiam ſi ibi non reperiatur perſonaliter.
5 Ratione originis propriæ,uel paternæ:ratione contractus,uel quaſi delicti, uel quaſi ſortitur quis forum.tamen in illis locis non poteſt conueniri:niſi ibi reperiatur nec tanquam uiator.ſed pergulam ibi habens,uel armarium.
An Romæ ſortiatur quis forum(cum ſit cõmunis patria)& quid in curia imperatoris.
6 Licet ratione contractus ſortiatur quis forum,ſi tamen non eſt ibi oriundus,nec habet domicilium,non per hoc dicitur ſubditus:nec iudex illius loci dicitur proprie iudex ſuus:& quid ſi ibi conuentus non compareat?
7 An debeat quis conueniri in loco domicilij quod habet de nouo, an in eo quod habebat tempore contractus.
8 Forum an poſsit mutari?
9 Vbi poſsit conueniri aliquis conſinatus de patria?

LEX II.

1 VRis ordinem.†Actor ſequitur forum rei. & ibi dicitur reus ſortiri forũ vbi habet domiciliũ tempore quo cõuenitur:vel vbi habuit tempore cõtractus celebrati,ratione cuius conue-
2 nitur.h.d.†No.regulã quæ ſemper allegatur.q̃ quando quis vult aliquẽ conuenire,debet ire ad locum vbi reus ſortitur forũ: non aũt trahere reũ ad forũ ſuũ.& hoc ſiue laicus contra laicum. vnde Paduanus nõ poſſet trahere Vincentiũ coram poteſtate Paduano:ſed debet trahere coram Vincentino:ſiue clericus contra laicũ:quia debet accedere ad curiã ſecularem,nõ ad eccleſiaſticã vt in c.ſi clericus laicũ de fo.cõp.niſi ratione oppreſsiõis, q̃ eſſet facta per laicũ:vel oppreſsiõis rei eccleſiaſticæ,vel doli,vel fraudis commiſſæ in contractu celebrato inter laicũ & clericum.quę omnia dic.vt in c.cũ ſit generale.&.c.licet ex ſuſcepto.de fo. cõpe.in quibus etiam non placent alij caſus,in quibus actor trahit reum ad forũ ſuũ.& in Spec. de compe. iudi. additione.vbi ponit multos caſus notabiles. Eſt & alius quando eſſet reus volũtarius non neceſſarius.vt ſi Paduanus conueniret Paduanum rei vendicatione coram poteſtate Paduano,& Vincentinus qui vendiderat illam rem illi Paduano cõuento,vult ipſum defendere: ne teneatur de euict.nam non poteſt petere q̃ cauſa remittatur Vicentiæ:vbi ipſe ſortitur forum:ſed debet venire coram poteſtate Paduano.vbi cauſa eſt inchoata:vt in l.venditor.ff.de iudi.quia ipſe nõ eſſet reus neceſſarius.ſed voluntarius,cum ipſe non fuerit vocatus ad iudicium:ſed venit ſponte pro ſuo intereſſe,quando debet defendere in eodem foro,in quo iudicium eſt inchoa-
3 tũ.†Item nota q̃ reus debet ſortiri forum vbi habet domiciliũ.c
c & ibi videtur habere domiciliũ,vbi habet maiorem partem fortunarum ſuarũ:& vbi habitat cum familia vt j.vbi ſena.vel cla.l. ij.circa finem.vbi dicitur q̃ etiam in loco in quo aſsiduè conuerſatur:licet ibi non habebat domicilium:q̃ perpetuò tene menti: quia ſemper allegat̃.& ibi dicitur aſsiduè conuerſari,ſi in maiori parte anni conuerſatur.arg.in l.cùm de lanionis.§.Sabinus.ff. de fun.inſtru.facit l.ij.j.vbi de crimine agi oportet.& per Inno.in c. ex parte.de foro compe.& per gl.in c.dilectus filius.l.ſaracenus. de reſcrip.dicit aũt Cy.in d.l.ij.q̃ illa cõtinua ſeu aſsidua cõuerſatio debet fuiſſe per decennium.Et ideo dicit Guli.de cu.quod
d ſi ſcholaris* in loco ſtudij ſteterit per decennium,ſortitur forum: vt ibi poſsit conueniri ratione contractus,vel cauſæ celebratę in alio loco ratione aſsiduæ conuerſationis Rayn. contra & etiam Pet.hic:quia cum ſcholaris ſemper habeat animum recedendi finito ſtudio,non poteſt dici quod ſortiatur domicilium: vel acquirat forum ratione aſsiduæ conuerſationis:quia non cenſetur fuiſſe in loco,qui non habet animum illic remanendi ff.ad muni ci.l.domicilium.& j.de incol.l.ij.lib.x.& argu.in l.nihil.ff.de cap. quando ergo habet locum auth.habita.C.ne filius.&c. vbi dicit quod poteſt eligere iudicem in loco ſtudij.Reſpondeo quando conuenitur ratione contractus celebrati in loco ſtudij,vel ratione rei quam iam ibi fouet,aut poſsidet:vt j.vbi in rem actio.l.fin.
4 †Et no.quod in loco domicilij poteſt quis conueniri etiam ſi ibi non reperiatur perſonaliter: quia poteſt citari ad domum ſolitè habita.& procedi ad omnes actus ad quos poteſt procedere cõtra abſentes in diffinitiuam.ſi erat cauſa in quam non requireba tur conteſt.lit. quia erat ſummaria. & de plano:vel quia lis habe retur pro conteſt.ipſo non comparente. vt eſt Florentiæ: quia non dicitur trahi extra locum contra id quod dicitur in authen.
5 ſi verò.ſ.de iudi.licet à loco domicilij multum diſtet. †Sortitur etiam forum ratione originis propriæ, vel paternæ. Item ratione contractus, vel quaſi delicti, vel quaſi. quod dic vt l.hæres abſens.ff.de iudi.tamen in illis locis non poteſt conueniri niſi ibi reperiatur:non tanquam viator, ſed pergulam ibi habens vel armariũ.vt in d.l.hæres abſens.§.j.ne trahaẽ poſt domicilium.

cilium.quod eſt valde incommodum.& hoc declara vt no. Bartol.in l.aſſumptio.§. filius.ff.ad municip. & in hoc differunt illa loca.in quibus ſortitur forum.ſimiliter nec Romæ:quæ eſt communis patria. & in qua quilibet ſortitur forum: ſicut in curia romana,vel in curia imperatoris, non poteſt quis conueniri: niſi ibi reperiatur: & etiam ſi reperitur, tanquam legatus habet ius reuocandi ad domicilium, & quòd non veretur durante legatione.l.ij.§.legatis.ff.de iudi.ita intelligitur l.Roma.ff.ad munic.
6 †Et not.q̃ licet ratiõe cõtractus* ſortiatur quis forum: ſi tamen
a non eſt ibi oriundus:nec habet domicilium:non per hoc dicitur ſubditus:vt not.gloſ.in cle.j.de foro compet.ſuper verbo ſubditorum.nec iudex illius loci dicitur propriè iudex ſuus:ſed iudex
2 domicilij:vt dicit Inn.in c.ſi.eo.tit.de foro cõpe.in prin.ſi tamen ibi reperitur,poteſt ibi conueniri:ſed ſi non comparet,nõ poteſt procedi in cauſa: ſed ſolum ad miſsionẽ ex primo decreto. ſi ibi habeat bona aliqua:vel ſi non habet, pronũtiatur vt fiat miſsio in bonis.alibi ſitis: & iudex illius loci ſcribat iudici vbi ſunt bona:vt in c.romana.§.cõtrahentes.de fo.compet.Et hoc idem videtur poſſe dici q̃ conuenitur in loco originis propriæ, vel paternæ:& ibi tamen nõ reperiatur, nec cõparet ad citationem: cũ ſit eadẽ ratio.& in hoc differunt illa loca à loco domicilij.in quo poteſt peruenire ad diffinitiuam ſententiam in caſibus quos ſ. dixi.ſed in iſtis nõ: ſed dũtaxat ad primum decre. ita intelligo illã materiam.in qua alias multùm fantaſticaui.& neſciui alium intellectum extrahere de his quæ dicunt doc.& glo.quia per prædicta valde bene intelligunt omnia: & reducuntur ad concor-
7 diam.†Vltimò videtur hic tex.quòd ſi tempore contractus habeas domicilium in vno loco:& nunc cum te volo cõuenire habeas domicilium in alio loco, nõ habeo neceſſe te conuenire in domicilio præſenti, ſed poſſum conuenire in domicilio quod tũc habebas illud videtur mirabile quia domicilium poteſt mutari pro libito voluntatis:& ſi antequam mutetur nõ fuit præuẽ 3 tus à iudice domicilij mutati, nõ cogitur ibi reſpõdere:ſed in domicilio nouo.ita colligitur expreſsè in l. ſi quis poſtea quàm. ff. de iudic.breuiter dic q̃ ille tex.intelligitur quando in veteri domicilio cõtraxerat: & tunc in loco illius domicilij poterit ibi cõueniri. ſi reperiatur ibi. nõ ex eo quòd alias habuit domicilium, quia potuit ipſum mutare: ſed ex eo quod ſibi contraxerat,& forus quem quis ſortitur ratione contractus vel delicti,non poteſt mutari. ſicut non poteſt fieri quòd contractus non fuerit ibi celebratus.vt in l.in bello.§. factæ.ff.de capti. ſed ſi in loco veteris domicilij non contraxerat. ſed in tertio loco, tunc non poteſt in 4 illo veteri conueniri. ſi non fuerit ibi præuentus per citationem.
b ſed debet conuenitri in nouo. ita intelligo illum tex.licet Barto.b
8 tranſeat. & non examinet. †Similiter non poteſt mutari forus quem quis ſortitur ratione originis, eadem ratione. niſi per mulierem ortam de vna ciuitate,& nuptam in alia. nam ex toto videtur deſinere eſſe ciuis ratione loci originis, vt ibi non poſsit conueniri in cauſa publica, vel priuata, ſed ſolum in domicilio mariti. niſi in primo fuiſſet præuenta:vt in l.cum quidam. ff.eodem titu.& l.fina.§.Item reſcripſerunt.ff.ad municip.etiam ſolutmatrimo.& ipſa exiſtente vidua.vt l.filij.§.vidua.eod.titu.quod tamen declaratur per Bartol. in d.l.finali. §. Item reſcripſerunt.
9 †Sed vbi poteſt conueniri aliquis confinatus de patria.Reſpondeo in loco de quo confinatus eſt.ſcilicet in patria per l. Papinianus exuli.ff. de minorib. quia debet ibi conſtituere procuratorem, non tamen contra eum poteſt peruenire ad ſecundum decretum.quia non poteſt dici latitare ſi ad illum locum non reuertitur,cum non poſsit.& hoc voluit glo.not.in l.ad cognitionem. ff.quib.ex cau.in poſ. ea. In loco verò vbi eſt confinatus adhuc poteſt conueniri,ſi eſt confinatus perpetuo, vel ad decennium, vel vltra.& ſic poteſt intelligi l.filij.§.relegatus.ff.ad munic.ſed ſi minori tempore,videtur ſecus.per id quod habetur in text. & gl.& in l.eius qui.§.j.eod.tit.niſi ratione contractus.vel quaſi ibi celebrati,ſeu delicti commiſsi.

1 ☞ Conſenſus priuatorum non dat iuriſdictionem: ſed poteſt dare notionem ut in arbitro.
2 Qualiter cognoſcatur collegium approbatum:& quæ ſint eius ſignaremiſ.
3 Collegium,& uniuerſitas quomodo differant?
4 Rectores electi ab uniuerſitate ſtatim acquirunt iuriſdictionem, & an etiam exercitium. licet non ſint confirmati à ſuperiore?
5 An ſtatuta uniuerſitatis indigeant confirmatione ſuperioris.

LEX III.

a ¶Ratione cõtractus. Adde c.romana.in §. cõtrahẽtes. & ibi do cto.de for.cõp.li. vj.

b ¶Licet Barto. Adde quod contra Bar. tenet Ant.de bu. Abb. & ibi Fran. de Aret. in c. propoſuiſti. de foro cõpe.& do. Maria.ſozi. in c. licet.q. x.principali. de foro compet. Et in materia vide per Alex.de imo.in l.cũ quædam puella.ff. de iur. om. iudi.Cur.

1 PRiuatorum.†Prorogatio iuriſdictionis de cõſenſu partiũ nõ cadit in eo q̃ nõ habet aliquã iuriſdictionem.ſecus ſi habet.ſaltẽ inter aliquos: licet nõ inter litigãtes:vt l.j.ſ.eo.ſicut nec prorogatio termini cadit vbi nullus eſt terminus: quia iã eſt tranſactus.ſecus ſi durat:vt l.ſed ſi manente.ff.de præca.& l.j.in prin. de dã. infec.& l.j.de diſa.& per Spe. in tit.de diſa. vbi de hoc.†Not.q̃ cõſenſus priuatorũ nõ 2 dat iuriſdictionẽ nõ habẽti:quia eſt poteſtas de publico introducta cũ neceſsitate iuris dicẽdi & æquitatis ſtatuẽdæ:vt no.in l.j.ff.eo.in glo.priuati verò apud quos nõ eſt adminiſtratio reipublicæ, dare nõ poſſunt:qa nemo dat quod nõ habet:ſed bene poſſunt dare notionẽ.vt in arbitro.qui nõ habet iuriſditionẽ,ſed notionẽ:vt no.in l.ait prętor. ff.de re iud.quis ergo poteſt dare iuriſditionẽ ordinariã, vel delegatã:dic vt no.in l.& quia.ff.de iur.om.iud.& in c.cũ ab eccleſia.& c.paſtoralis.de offi.ord.nã ordinariã dat lex, vel etiã princeps:ſed delegatã dat nõ ſolũ princeps, ſed etiã qui habet ordinariam:quia dat vſum illius ordinariæ quã habet. vt in l.j.§.qui mandatã.ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſ.In caſu autẽ iſtius legis iſti priuati cõſenſerunt in iſtũ priuatũ,tãquam in iudicem :ideo nõ valuit ſententia ab eo lata.Sed ſi eõſenſiſſent ſimpliciter, cenſerentur cõſenſiſſe vt in arbitrum:vt potius valeat quàm pereat. Sed quid ſi tempore quo conſenſerunt nullam habet iuriſditionem.poſtea lite pendẽte acquiſiuit eam inter alios nõ inter iſtos cõſentientes:an extũc recõualeſcat cõſenſus,& habeatvim prorogationis:de hoc tangitur ibi.& dixi in l.j.ſ.qui pro ſua iuriſditione.& j.vbi de cri.agi opor.l.j.per gloſ.†In glo.ibi: [vel etiam decem.] imò ſi eſſent mille, vel duo milliaſi tamẽ non facerent collegium approbatum,nõ poſſent iuriſditionem dare.vnde dicit Imo.alibi. q̃ ſi omnes clerici vnius dioceſis conſentirent in vnum,non facerent eum iudicem.ſi non faciunt vniuerſitatem. vnde licet dicatur clerus Florentinus,vel Paduanus,non ſignificatur propterea vniuerſitas:quia non habent ſigna vniuerſitatis:vt aream cõmunem,vel locum communem,in quo conueniant:aliàs ratio.quod dic vt in l.j.q̃ cuiuſq̃ vni.nomine. vbi habetur qualiter cognoſcitur collegium approbatum, & quæ ſunt eius ſigna.†In gl.ibi.† Item ſecus in cõſenſu vniuerſitatis.] ſubaudi.faciant ciuitatem,caſtrũ,vel villam,quæ remanent ſub hoc nomine vniuerſitatis.vt differat ab eo quod ſuprà dictum eſt de collegio Cerdonum pelliparíorum,nã & talia collegia ſunt vniuerſitas: tamen non econuerſo: quia vniuerſitates facientes caſtrum,vel villam,non vocãtur collegia. & ſic differunt tãquàm genus à ſpecie. †In eadem ibi: [Sed dico quòd ſtatim facta ele 5 ctione habent iuriſditionem,ſed non effectum &c.] No. ex illa glo.quòd rectores electi ab vniuerſitate ſtatim acquirunt iuriſditionem:ſed non exercitium quouſq̃ ſint confirmati à ſuperiore.ego intelligo illam gloſſ.in vniuerſitate faciente caſtrum, vel villa recognoſcente ſuperiorem. à quo habent petere confirmationem:ſed quid in electo à collegio approbato non faciente caſtrum,vel villam? Cy.& Bald.videntur hoc idem tenere. quòd non acquirat exercitium ante confirmationem. hoc non placet per l.ſi.j.eod.vbi patet quòd electi ab vniuerſitate facientes collegium approbatum,ſtatim acquirunt iuriſditionem.vel exercitium authoritate illius legis.ſine alia cõfirmatione ſuperioris. & 6 hoc expreſsè tenet Barto.in l.ij.ante fin.j.de conſti.pecu.†& eodem modo ſtatuta eorum quæ facere poſſunt in his quæ concernunt eorum miniſteria:vt dicta l.ij.in fine.de conſtitu.pecun. & in authen.de fideiuſ.§. argentariorum.non indigent cõfirmatione ſuperioris.vnde iſta communitas non habet approbare ſtatuta artificum huius ciuitatis:quia dicuntur potius priuata quàm publica:non ſic in ſtatutis vel electis ab vniuerſitate faciente caſtrum vel villam ſubditã ſuperiori:quia requirunt confirmationem ſuperioris. ita loquitur illa gl. quia illa concernunt rempublicam: quæ conſiſtit non ſolum in corpore ciuitatis: ſed etiam totius territorij caſtrorum, conſiſtit non ſolum in vrbe Romana,ſed totius imperij.Inquantũ verò glo.dicit electus ab vniuerſitate ſtatim acquirit iuriſditionem, licet non exercitium. pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Potestas de publico introducta. Adde q̄ princip. postquā semel principibus cōcessa est, publico & communi consensu apud ipsos remanet de iure gentium, quo fit vt necab illis auocari possit. Et pences eos omnis potestas, & omne ius sit cōcedere, videlicet, admittere, retinere, & prorogare &c. iurisdictionis munia. quæ propterea ab inferioribus aut priuatis cōcedi non possunt. vt de iur. na. gē. & ciui. insti. & ff. de insti. & iur. l. ex hoc iure.
✠ No. cautela. 1

b ¶Criminalis. Adde gloss. in cle. j. de offic. dele. Doc. in c. super q̄onum. e. tit. Archi. in c. saluo. ix. q. iij. Car. zab. in c. sententiā sanguinis. in j. oppositione ne cler. vel mona.

cedit in eo qui cogitur acceptare, quod est regulariter de iure cōi: vt l. munerū. §. iudicandi de mune. & hono. ideo dicitur iurisditio potestas de publico introducta cum necessitate iurisdicendi, sed si de stilo vel consuetudine non cogitur acceptare, imò talia officia quæruntur, & non dantur inuitis, nullam iurisditionē acquirunt quouisq; ingrediantur officium: quod dic vt plenè & subtiliter no. Bar. in l. absenti. ff. de dona. secundū quem debent intelligi notata per eundem in l. pupillus. in princ. ff. de condi. & demonst.

2 ✠ *Miserabiles personæ possunt adire superiorem per viā querelæ omisso inferiore, si sperant habere faciliorem expeditionem.*

LEX IIII.

NEmo post. †Ordinarius iudex nō potest recusari: nec ab eo potest recedi, & adiri superior per viam querelæ: sed bene potest adiri per viam appellationis à grauamine, vel diffinitiua. h. d. notabiliter. †Fallit quod dixi in miserabilibus personis, quæ possunt adire superiorem per viam querelæ omisso inferiore: etiam si ab eo non sint grauatæ: si sperant habere faciliorē expeditionē: vt l. j. j. tit. proxi. Existētes ergo de

a aliquo castro vbi sit rector, vel potestas, [a] qui reddere possit iura, non possunt venire ad potestatē Paduæ superiorē, & trahere aduersariū extra domiciliū suum: licet debeant adire potestatem castri primo loco. & si non ministraret eis iustitiā, tunc possunt recurrere ad superiorē. vt in auc. vt. diffe. iud. & etiam in quibusdam alijs casibus post dicā j. e. l. fi. & tetigi in l. nulli. §. de iudi. In tex. ibi: [declinet examen.] gl. intelligit rōne suspicionis: & sic nolebat recusare. & tunc iste text. facit pro opin. Mar. q̄ ordinarius possit recusari ante litem cōtesta. sicut delegatus. ar. hic à cōtrario sensu, sed gl. hoc non tenet: quia oēs leges loquentes de recusa. iudicis, loquuntur de delegato: nō de ordinario. cui debet adiungi Eps in casu suspicionis: non aūt tanquàm suspectus recusari: vt in auc. si verò. §. de iudi. & istū tex. expone vt no. hic in gl. & in l. apertissimi. §. de iudi. vel subaudi hic maximè. dū dicit [post litem contest.] & secundū istum intellectū illud prin. habet locū in actione qui habebat iudicē ordinariū suspectū: ideo nolebat litem inchoare coram eo: sed corā superiore, & trahere aduersariū suum extra suū domicilū. & dicitur q̄ non pōt: quia illud est adire superiorem per viā querelæ: quod fieri nō potest: nisi negligente inferiore administrare iustitiā: ideo enim sunt positi rectores per singula loca, vt habeant reddere iustitiam inter homines illorū locorū; & non trahantur rei extra proprium domicilium. si verò inchoauerint coram eis; & illi grauauerint eos, possunt ab eis appellare in casibus à iure præmissis: & tunc per viā appellationis possunt adire superiorē: qui in hoc positus est vt reiciat appellantes à grauaminibus inferiorum. Ideo præses prouinciæ non pōt de causis vertentibus inter homines castrorum vel villarum sibi subditarū cognoscere, & eos à se aduocare, & remouere de manibus specialium rectorū: quia non habet potestatē ad hoc: vt in auth. de defen. ciui. §. nulla. & §. sed iureiuran. Eodem modo Archiepiscopus de causis pertinentibus in diœcesi alterius epi sibi subditi: vt in c. pastoralis. de offi. ordi. & in multis decretalibus habetur. & facit in auth. de quæstore. §. super hoc. Gul. de cu. intelligit illud verbū [declinet.] nō per viā recusa. tanquàm de suspecto: sed quia volebat adire superiorem omisso inferiore. & sic potest intelligi vt loquatur in actore. sicut sequens ver. vel pōt etiā loqui in reo, qui volebat potius litigare corā superiore propter aliquā causam. vterq; intellectus est bonus. Bart. in fi. intelligit q̄ velit dicere q̄ ante diffinitiuam ab interlocutoria non potest appellari: sed appellabitur à diffinitiua: melior est intellectus quem. §. dixi. Gul. tāgit hic aliqua quæ tetigi in l. nulli. §. de iudi.

c ✠ *Cautela ut conuentus coram iudice incompetenti faciat pronuntiari aduersarium cecidisse a iure suo.*

3 *Reus an possit prouocare actorem, & illum trahere ad forum suum.*

4 *Actor qui traxit reum coram iudice incompetenti, an possit per pœnitentiam euitare pœnam huius legis?*
Si reus comparuit, actor non incidit in pœnam huius legis.

5 *An per rescriptū principis possit quis trahere reū ad extraordinarium iudicem?*

6 *An requiratur sententia iudicis, ut actor uel reus patiatur pœnas huius legis?*

7 *Practica huius legis.*

8 *Trahens aliquem coram alio iudice, quando non incurrat pœnas huius legis?*

LEX V.

1 INcriminali. †Ista est singularis lex, & terribilis illis qui trahunt aliquē coram iudice incompetente, vel ordinariè litigando, vel petendo executionem alicuius sententiæ: vel instrumenti: quia cadunt à iure suo: si sint actores, & rei habentur pro confessis. & puniuntur tales iudices scientes se non esse iudices, & præbentes audientiā, vel ministrantes & dātes auxiliū. & hoc sufficiat pro summario. Primò ponit dictū. per quod suppleť. l. ij. ŝ. c. vt in causa criminali (sicut ibi dicit in ciuili) accusator vel actor sequatur forū rei. vsq; ibi: [is verò.] Secundò punitur cō trafacientē: siue sit actor qui trahat reum: siue sit reus qui trahat actorē. vsq; ibi: [& tribuni.] Tertiò punit tales iudices qui præstant audientiā vel auxiliū. nunquàm tū vidi practicari hanc legem super istis pœnis: non tū propter hoc tollit: quia posset practicari: quia non est abolita per contrariā consuetudinem. iuxta

2 no. per Cy. in l. ij. j. quæ sit longa consue. † Caueat ergo quilibet ✠ ne adeat iudicē incompetentē contra aduersarium: quia de facili potest sustinere maximū dānum, si aduersarius sit cautus: & taceat, & faciat ipsum perseuerare vsq; ad litem contesta. & fingere se ignorasse illū esse iudicem incōpetentem, & sic nō probasse iurisd. nam poterit postea petere pronuntiari illū cecidisse à iure suo: quod perpetuò tene mēti hoc declara tū vt dicam super gl. In tex. ibi. [sine cœlesti oraculo.] i. sine rescripto principis. qui reputatur Deus in terris, sicut Deus in cœlis. & ad illius similitudinē: vt ŝ. de sacrosanc. eccle. l. iubemus nullā nauē. post princ. vbi est similis tex. cum gl. super verbo cœleste. facit. j. de nupt. l. Imperialis. & collige hic iuncto prin. l. quod cā criminalis quæ est de mero imperio, pōt per principē delegari per rescriptū: nō sic per alium ordinarium: vt in l. j. §. j. & circa fi. ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. sed de iure canonico dicit secus: q̄ etiā per ordi-

b nariū possit delegari causa criminalis: [b] vt no. in c. in archiepiscopatu. extrà de raptoribus. In tex. ibi: [aut executionū poposcit militarem.] i. petit executionem instrumenti, vel sententię: & milites. i. familiā pro sua fienda à iudice incompetente. In text. ibi. [& tribuni siue vicarij.] No. hic terribilem pœnā iudicibus incompetentibus qui præstant audientiā vel iuuamen: & ideo si il le qui asserit se delega. à Papa, imploret auxilium brachij secularis, vel Epi pro executione suæ sententiæ, debet Iudex secularis vel Eps esse cautus in videndo rescriptū suæ potestatis: an esset delegatus vel non, antequā præstet auxiliū: ne incidat in pœnā huius legis secundū Bal. & vide qđ no. Inn. in c. j. de off. ord.

3 † In gl. quæ incipit: [sed quō.] illa gl. debet recitari per quinque quęstiones. Prima est qualiter ꝓcedit qđ hic innuit. q̄ reus traxerit actorē in vetito examine. i. corā iudice incōpetente: cū trahere nō possit etiā corā cōpetente: vt ŝ. vt nemo inui. in rubro & nigro. gl. respondet vt habetur j. eo. Gul. de cu. aliter exēplificat: quia dicit actor q̄ ipse impetrauerat rescriptū ne posset conueniri nisi corā tali iudice. & propter hoc reus corā illo conuenitur. cum rñ non erat verum q̄ impetrasset: nam si fuisset verum, non incideret in pœnam: quia nō sine cœlesti oraculo: vt hic dicitur: vel clarius secundū Bar. exēplifica. qñ intētauit cōdi. ex l. diffamari. j. de ingenuis ma. vel sibi fecit assignari terminū ad agendū. quibus modis potest trahere actorē corā competenti iu. non coram incōpetenti. Sed quæro extra glo. & Bar. quis diceretur competens, & quis incōpetens: an poterit reus hoc petere coram iudice suo, corā quo actor debuisset agere si voluisset: an aūt corā iudice actoris? vt si vincētinus vult agere cōdi. ex illa l. diffamari. vel petere assignari terminū Paduanorū: an debeat adire ptātē Paduanū. vel an petere corā potestate Vicentino? rñdeo corā Paduano: quia in hoc ipse est actor: & alter reus: vñ si hoc peteret corā Vicentino, traheret reū corā incōpetente iudice: & esset locus huic legi. ita intelligo istū articulū. licet Doc. non declarent.

4 †Secundò quæritur. quid si actorē pœniteat, postquā reus comparuit? nam si non cōparuisset, clarū est q̄ actor nō incideret in pœnam: vt in præcedenti glos. per l. quāuis. ff. de in ius voc. si verò

rò comparuit: & sic fuit versatus indebitè: an actor per pœnitentiam possit pœnam euitare? glo. tenet q̄ sic per eādem l. quāuis. sed illa loquitur qñ pœnitebat: & act. remittebat. & sic amplius nō poterat agere: quæstio gl. est qñ solū pœnitet eū egisse coram incōpetente: & vult pœnitere. ne cadat à iure suo: & sic possit agere corā cōpetente: vnde Pet. & Cy. tenēt cōtrarium: quia ex sola vocatione in ius cū cōparitione aquisitū est ius ipsi reo contra actorē ad pœnā. & sic per pœnitētiam nō potest eam euitare: quia delictū est iam cōsummatū: vt l. inter omnes. ff. de fur. & patet hoc in verbo [vocauit:] sicut qñ pœna incurritur ex eo q̄ aliquis petijt lit. cōtest. & ꝓmisisset sub pœna nō petere: nā postea nō potest pœnam euitare. quæ fuit cōmissa propter malè agere: vt in l. amplius. nō petitum. ff. rem ra. hab. sed hic cōmittitur propter malè vocare: & sic nō requiritur litis cōtest. sed sufficit citatio cū cōparitione. Bar. tenet gl. quia in istis pœnis legalibus nō dicitur quis vocasse vel petijsse, nisi perseueret vsq; ad sententiā: vt l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. test. & l. qui cū maior. §. accusasse. de bo. lib. & l. in seruitutē. §. petijsse. quia mitius agitur cū lege quàm cū homine. verbū ergo petere prolatū ab homine in contractu, verificatur lit. cōtest. sed prolatū à l. nō. sed in perseuerantia vsq; ad sentētiam: vt not. Bar. in l. si libertus. ff. de bo. lib. Bal. videtur tenere cū Pet. & Cy. quia illæ ll. quas allegat Bar. loquuntur cū quis petijt vel accusauit corā iudice cōpetēte: & sic poterit expectari sententia de iure valida ferēda ab eo. vnde sufficit q̄ pœniteat ante sentētiam ad euitādum pœnam legalem. hic loquitur quādo coram iudice incōpetente: à quo nō ꝑabatur ferri sententia valida: vt j. si à nō compe. iudi. per totum. ideo non debet expectare sentētiam, nec permitti pœnitētia vsq; ad sentētiam: sed ex sola vocatione facta de facto cū comparatione: & sic cum cōuersatione cōmissa est pœna irreuocabiliter: & verè Bal. subtiliter cogitauit. sed Bar. benignius & verius: & sua opin. po-

5 tius deberet seruari plus de æquitate quàm de iuris rigore. † Tertiò quæritur. an per rescriptum principis possit quis trahere reū ad extraordinarium iudicem? gl. dicit q̄ non. per authen. qua in prouincia. in princi. j. tit. ij. & sic corrigit l. ij. ŝ. de dila. hoc potest procedere. nisi ordinarius esset negligens, vel in rescripto cōtinetur clausula nō obstante quacunq; lege contrarium disponente: vt in auth. vt differentes iudi. ✠ §. j. & de manda. prin. ✠ §. sit tibi. secundū Cy. quia Imperator non censetur sibi legem imposuisse. de iure verò canonico Papa quotidie delegat causas pertinentes ad iurisditionē Episcoporum, nō deuolutas ad eum etiā sine negligentia eorum, & sine clausula nō obstāte: & hodie debet seruari. c. statutum. de rescrip. lib. vj. quod autem habent domicilium in eodem loco: & tūc nō debent extra domicilium trahere. aut in diuersis locis, & tūc reus non debet trahi vltra vnam dietam à loco domicilij. dic vt ibi. & aliter iura canonica dispo-

6 nebant. prout in c. nonnulli. de rescrip. † Quartò quæritur. an requiratur sentētia iudicis: vt actor vel reus patiatur istas pœnas. an autē sufficiat sentētia huius glo. tenet primā partē. per tex. qui dicit [mulctetur:] & sic in futurum: nō autē mulctatus sit. Idem no. per gl. ŝ. de sac. san. eccl. l. iubemus. §. œconomus. quæ incipit per sentētiam: adde q̄ si diceret mox priuetur, vel mulctetur. ista dictio mox facit vt non requiratur alia sentētia iudicis: vt no. gl. in auc. de incest. nup. §. j. vbi est bona glo. & per Bar. de isto articulo. in l. imperatores. ff. de iur. fis. & in auc. qui semel. j. quo. & qñ iud. & aduerte: quia in actore requiritur sentētia priuatiua. sed in eo q̄ habeatur pro cōfesso, sufficit sentētia declaratiua. antequā nō noceret dispositio legalis, nec transiuerit ista pœna contra hęredem; vt l. eius qui delatorem. ff. de iure fis. & ibi per Bart. in l. fi. §. sinautē reus. ŝ. de iura. cal. & pro ista gl. facit secundū Cy. l. qui cunq; in fi. ŝ. de hære. & j. de pœna iudi. qui malè iudicauit. auth. nouo iure. cū ibi not. & etiam quia in pœnis mitior pars est eligē-

7 da. l. interpretatione. ff. de pœnis. † Quintò quæritur de practica huius l. gl. dicit q̄ est practica q̄ reus tractus corā iudice incōpetenti patiatur se cōdemnari: & postea agat condictione sine causa, vel condi. ex ista l. vt absoluatur ab illa cōdemnatione, & liberetur ab actore per sentētiam iudicis: vel q̄ non patiatur se condemnari: sed in calculo ferendæ sentētiæ petat le absolui ex illo q̄ actor debet cadere à iure suo: & sic priuabitur actor: & reus absoluitur. inquātum gl. dicit [condi. sine causa.] nō bene dicit quia non est sine causa apud actorem antequàm sit priuatus per sententiam. Item si expectat condemnationē, debet agere cōdi. ex hac l. coram iudice actoris: corā quo ipse actor potest conueniri. nō corā iudice corā quo fuit conuentus. si non erat iudex actoris: sed qñ non expectauit condemnationē potest petere se absolui coram illo eodem iudice. qui licet sit incompetēs nec habeat iurisditiones inter partes: inter hoc tamē habet sicut ille qui pronūtiat se iudicē incompetētem: potest nihilo minus cōdemnare partē in expēsis: & in hoc dicitur competens: vt in cle. j. de rescrip. & no. per Cy. in l. properandū. §. illo. ŝ. de iudi. Item intellige istā gl. verā quando nō fuit prorogata iurisditio illius iudicis: quia ignorāter litigauit coram eo, credens eum esse cōpetentem: vt in l. si per errorem. ff. eo. vel scięter: & protestatus est de incōpetentia: & iudex nihilominus cōpulit ipsum ad litigādum: vt l. ij. ff. de iud. in princ. ibi dum dicit viribus præturæ compulsus &c si verò prorogata est iurisdi. quia scienter litigauit: & sine protestatione. non habet locum ista lex: quia non esset iudex incompetens. nec vetitum examen. propter prorogationem: vt in l. j. ŝ. eo. Sed pone q̄ opponit exceptionem incompetentiæ: & iudex pronuntiauit se competentē? Respondeo q̄ potuit appellare ab illa pronūtiatione etiam de iure ciuili. vt no. in auc. habita. ne filius pro patre. j. per glo. & si non appellauit, videtur acquiescere. & talis pronuntiatio facit ipsum iudicem cōpetentem. per ea quæ no. Inn. in c. super literis. de rescrip. & Bar. expresse in l. ij. ff. si quis in ius voc. nō ierit. hic videtur Bar. dicere q̄ licet faciat ipsum competentem in causa de qua cognouit, nihilominus poterit agi ad pœnam huius l. & in illo iudicio poterit probari de incompetentia, & q̄ illa pronuntiatio fuerit male facta, sed salua pace illud nō est verum: quia illa pronuntiatio etiam si fuerit iniusta, facit ius in causa pœnæ: vt l. qui Romæ. §. duo fratres. & ibi per eundem Bar. ff. de verb. obli. Si autem pronuntiet se non esse iudicem competentem, & sic vlterius nō potest procedere: vt in c. significantibus. de offi. delega. vtrum tunc poterit agi ad pœnam? videtur q̄ non quia iniuria non habuit effectum: vt l. j. ff. quod quisq; iuris. contrarium sentit hic Barto. q̄ eoipso q̄ fuit vocatus: & comparuit, delictum fuit consummatum. per istum text. dum dicit [vocauit.] nec obstat q̄ ipse Bar. supra tenuit q̄ potest pœnitere vsq; ad sententiam: quia isto casu pronuntiatio erit illa sententia quæ impedit de cætero pœnitentiam fieri, ex quo nō potest ad vlteriora procedere: sed si procederetur vlterius, tunc procederet illud quod suprà notauit.

8 quod vsq; ad sententiam diffinitiuam potsit pœnitere. † Vltimò contra istam l. oppo. extra glo. de eo. quod dixi ŝ. de iudic. l. nulli. quod speciale est in casu l. j. §. fina. j. de asser. tol. quòd actor incurrat istam pœnam priuationis. regulariter contrà. per ea quæ not. in c. ex tenore. de rescript. sed illa lex debet intelligi quando iudex coram quo fuit tractus, erat prorsus incompetens. & hoc vult gl. iij. quæ incipit [id est prorsus.] siue non prorsus: vt quia poteram conuenire reum coram duobus iudicibus: & sic electio iudicis ad me pertinebat. vt j. eod. l. fina. & j. vbi in rem act. l. fina. & incœpi agere coram vno: postea recedo ab illo, & transeo ad secundum. tūc loquuntur ea quæ notaui in illa l. nulli. Tene menti. Et circa materiam huius l. vide xj. q. j. c. inolita. & c. placuit. de foro competen. & c. si diligenti. in gloss. quæ incipit: sed nunquid.

a ¶In loco vbi merentur ſtipendia. Adde Car. zab. in c. fi. in ij. q. de parochijs.

LEX VI.

1 MAgisteriæ. †Magister militum potest cognoscere summariè inter milites suos & etiam inter non militem, & militem ab illo conuentum. hoc dicit. Et hoc in ciuilibus: in criminalibus autem dic vt in gloss. In tex. ibi. [audiendi.] subaudi & dicendi. In text. ibi. [nisi à suo iudice.] subaudi quando peteret se remitti ad illum. sicut in scholari conuento coram potestate: qui potest petere se remitti ad rectorem. aliàs videtur ab ipso potestate posse condemnari: quia milites censentur sortiri forum

a in loco vbi merentur ſtipendia: vt ff. ad municip. l. municeps. §. fina. & idem in doctoribus salarijs. qui etiam dicuntur militare. vt ibi nota. In fin. l. ibi: [nec si in culpa fuerit.] Bal. no. istū tex. quia etiam si delictum sit notorium. iudex incompetens nō debet se impedire.

x ✠ *Licet aliquis desierit esse mercator, pro his tamen quæ gessit tempore quo erat potest conueniri coram consulibus mercatorum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Sed quantū ad Lea. Adde Bal. hic. & intellige hoc verū etiā de consensu partiū. vt per Cy. in l.j. §. e. & Io. de Imo. in c. P. & G. de off. dele. col. xx iij. Bal. in l. hæres absens. §. si quis tute la. ff. de iud. Et Ludo. roma. cōs. cclxxxix. incl. omnipotētis dei in casu proposito prima fronte. Et ibi intelligit hoc verū nisi cōsuetudo sit in contrariū. qa cōsuetudo tribuit iurisdictionē. Et adde q̄ pro dependentibus & cōnexis à mercantia. Iudex mercātiæ erit competēs. ità Bal. in l. si qs. §. rōnē. ff. de eden. Itē adde q̄ iudex mercātiæ dicitur Iudex cōpetens etiā non mercatori litigāti cū mercatore. ita ipse Paul. de cast. post la. bu. in l. cū eorum. j. de sen. Fran. Cur.

b ¶In personam. Adde Bald. in l. receptitia. col. ij. ver. dubitatur. j. de cōst. pec. & Ale. de Imo. in consi. cc xvij. in ij. vo. & qd requiratur ad hoc vt aliquid dicatur mercātia vel negotiatio. vide per Fran. de are. in consi. xxix. col. x. in fin. Cur.

c ¶Et q̄ scholares. Adde q̄ etiā si sunt plures scholares habitātes in vna domo, faciunt collegiū: & syndicū constituere possunt. ita Bar. post gl. in l. j. in prin. ff. quod cuiusq̄ vniuersi. no. Franc. Cur.

d ¶Dicuntur miserabiles personæ. Adde Spe. tit. de instru. edi. in §. nunc verò. aliqua. versicu. & scias. Card. & Io. de Imol. in c. significantibus. de off. del. Alexan. de imo. consi. cxxj. incipiso processu causæ. in j. vo. in fin. vlt. col.

Quid in his quæ non pertinent ad artem mercantiæ, etiā tempore quo quis est mercator?

Præpositi collegiorum uel artium habent iurisdi. & an possint facere statuta?

Si aliquis miles esset de arte mercantiæ: non potest ratione militiæ declinare iurisdi. consulum mercantiæ.

Quòd idem sit in clerico mercatore.

Quòd tales artifices habentes consules illius artis nō sint exempti à iurisdictione potestatis.

Quando quis subest pluribus iudicibus, actor habet eligere coram quo ipsum conueniat.

Scholares, an dicantur facere uniuersitatem approbatam?

LEX VII.

PEr iniquū. †Qui sunt de aliquo collegio approbato ratione alicuius professionis vel negotiatiōis, iurisditionē illius qui præest collegio recusare non possunt. h. d. Bar. & habet locū hoc: & postquam desierint esse de illo collegio. quantū ad ea quæ tūc tēpore gesserūt quæ pertinēt ad illā artem per l. iij. j. vbi de ratio. agi oportet. l. prætor. §. etiā. ff. de eden. & p Iac. de are. in l. hæ demū. & l. hæ operæ. ff. de ope. libe. Tene mēti. † Quod licet aliqs desierit esse mercator, pro his tñ quæ gessit tēpore quo erat pōt conueniri corā consulibus mercantiæ per illas ll. aliàs. ſ. allegatas. Sed quantū [a] ad ea quæ nō pertinēt ad artem mercantiæ non pōt etiā tēpore quo erat mercator eū conuenire coram illis consulibus: quia non habent iurisdi. nisi in concernentibus artē. & hoc expresse tenet Imo. in c. cùm ab ecclesiarū. de offi. ordi. vbi pulchrè tractat de illa materia. quod etiam sentit hic gl. super verbo [in publicis.] & adde quod no. per eundē Ian. in c. cùm dilecta. de excess. p̄la. Et primò ponit prooemiū. vsq̄ ibi. [quapropter.] Secundò ponit statutū. vsq̄ ibi. [ita tñ.] Tertiò limitat vsq̄ ibi. [his videlicet.] Vltimò imponit pœnā contra facientibus. † In text. ibi. [iurisdi. & præceptionē declinare.] patet ergo q̄ præpositi collegiorū vel artiū habent iurisd. & ad hoc semper allegat ista lex, sed à quibus datur illa iurisditio? cōiter dicitur q̄ datur ab illa vniuersitate: ergo penes illos est iurisditio: posset tñ dici q̄ datur à lege mediante electione ipsius collegij: nec obst. l. priuatorū. §. eod. vt ibi fuit notatū. & vident tenere Doct. q̄ requirat confirmatio superioris: cuius contrariū ibi dixi secūdùm Bald. & dicit Bar. per istum tex. q̄ postquā habent iurisditionem, possunt facere statuta cōcernentia iurisditionē circa ministeriū illius artis: vt etiā no. per Bart. in l. oēs populi. de iusti. & iure. ff. Circa hoc vide plura bona quæ tangunt per Barto. circa finē. l. ij. de consti. pec. vbi dicit q̄ talia statuta cōcernentia decisionē causæ debēt seruari etiā in curia ptātis. si actor vellet ibi cōuenire mercatorē: & non corā consulibus mercatorū: nisi loquerent in personā [b] rectorū, seu consulū artis. Nā si diceret statutū q̄ cōsules artis possint ferre sententiam virtute libri mercatoris, vel vnius testis cū certis indiciis: tale statutū nō haberet seruare potestas: secus q̄n loquunt in rē, vel in personā mercatorū. Item dicit q̄ si talia statuta cōcernūt modū ꝓcedēdi, nō sunt seruāda in curia ptātis: vbi est alius modus ꝓcedēdi. † In text. ibi. [cuiuslibet militię seu singuli vel dignitatis:] & sic si aliqs miles esset de arte mercātię, nō posset rōne militię declinare iurisditionē cōsulū mercātiæ: etiā si habebat priuilegiū vt nō conueniat nisi sub certo iudice. Et eodē modo si est clericus, nō pōt petere remitti se ad ep̄m: quia nō cōueniē vt clericus, sed vt laicus mercator secundū Cy. & alios. In text. ibi: [tam in publicis.] illud facit contra id qd'. ſ. dixi. q̄ ista lex intelligit q̄n cōueniret occasiōe illius artis. nā si cā erat publica, nō pōt esse occasiōe illius artis, sed pōt intelligi hoc verbū impropriè de publica cā ipsius artis: vt ille q̄ est de arte posset cōueniri nō solū ab alio priuato occasiōe ipsius artis: siue ipse cōueniēs sit de arte, siue nō: vt dicit §. l. proxi. de illis qui nō sunt milites, & volūt agere cōtra militē: vt possint corā magistro militū: & etiā si cōueniant ab ipsa arte, siue à syndico ipsius artis: & sic dicit cā publica ipsius artis: & ita de consuetudine restringit illa l. † In tex. ibi. [ita tñ.] Iste ver. vult dicere q̄ licet possint cōueniri corā consulibus illis artis, nō propterea sunt exempti à iurisdi. ptātis illius loci, qui est iudex vniuersalis omniū. & etiā illius artis: & sic etiā cōsulum illius artis, & sic cumulat iurisditio iurisditioni. & addit Iudex specialis iudici vniuersali. pro hoc vide optimū tex. ſ. de offi. præfec. vt. l. j. Et erit in electione actoris corā quo velit illū cōueniri, † quia illa est regula generalis. q̄ q̄n quis subest pluribus iudicibus, actor habet eligere coram quo ipsum conueniat. & ad hoc allegatur iste text. & l. cum clericis. ſ. de episc. & cle. & l. iij. j. vbi in rem act. & ff. de iudi. l. sed & si susceperit. §. si ea res. & in l. iij. ff. de eo quod cert. lo. & per Inno. in c. cum ab ecclesiarum. de of. or. nec reus habet priuilegium petendi se remitti ad consules artis: quia hoc est ſpeciale in militibus, & in scholaribus: vt l. proxi. & in authen. habita. ne filius pro patr. sic & quando quis habet plures actiones ad idem competentes, electio est ipsius actoris: vt l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de trib. licet reus habeat electionē circa res debitas, quam earum vult soluere. si teneretur alternatiuè. vt l. plerunq̄. in fi. ff. de iure do. in quo loco soluat: sed actor in quo loco agat: vt d. l. iij. de eo quod cer. lo. † In glosſ. super verbo [pertinet.] ibi: [& sic fit parisius.] Dic & quasi in cunctis partibus vltramontanis. vnde in Auinione Docto. collegij eligunt primicerium. & ille habet ordinare studium, & omnia facere quæ faciunt rectores scholariū in partibus istis. Et vidi semel magnā multitudinem scholarium ex in citatione cuiusdam doctoris nouelli venientis de Italia: & volentis complacere scholaribus, facere magnum tumultum. & velle eligere rectorem sicut in partibus istis: & non potuerunt obtinere: ideo ille doctor venit in maximam indignationem aliorum Doctorum: intantum quòd postea recessit. Doct. tamen nostri tenent cōtrarium eius quod hic dicit glo. quòd scholares [c] dicuntur facere vniuersitatem approbatam: quia est casus in c. quia in causis. extrà de procu. & in prooemio sexti libri: & clementinarum. & ſ. de offi. magistri officiorum. l. j. & quod habetur in l. j. j. de excu. artifi. lib. x. & quod ibi per Bar. Non sunt alia.

Quando Imperator inter pupillos uel uiduas uel miserabiles personas cognoscat & ne exibeantur. Rubrica.

Prima pars istius rubricæ vsq̄ ibi: [& ne exhibeant.] concernit secundam partem. l. quæ incipit in ver. [quod si pupilli.] & secūda pars rubricæ ibi concernit primam partem legis. & hoc voluit glo. rubricæ in effectu. † Quæro quæ differentia sit inter pupillum & orphanum? Respondeo pupillus propriè dicit qui non est in patria potestate, vel emācipatus: vel quia mortuus est pater. & non excesit quartumdecimum annum: vt l. pupillus. in prin. de verb. sig. & ille qui est in patris potestate non propriè vocatur pupillus, sed impubes: aliqñ tñ impropriè sic appellatur. & ponit pupillus pro impubere: vt l. fi. §. j. ff. de ver. obli. q̄ [d] not. quia si statutū loquereť de pupillis. cū verba statutorū sint ꝓpriè intellígenda: vt l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. intelligit. primo modo. Orphanus est ille qui nō habet matrē: & est in quartodecimo anno. ita no. propriè Cy. in l. orphanotrophos. §. de epis. & cle. in fi. tñ iste tex. in prin. videtur probare q̄ etiā si sint maiores quatuordecim, possunt dici orphani: tñ Petrus rñdet ad illū tex. Ideo tene mentí quod dixi: quia si testator reliquit certā quantitatem inter orphanos. non debet distribui inter illos qui sunt maiores quatuordecim annis. Tunc aūt pupilli & orphani dicūtur [d] miserabiles personæ. [a] & habent priuilegium ex illa l. qñ sunt impotentes: & non habent defensorem. quod dic vt plenè not. per Inno. in c. significantibus. de off. deleg.

a ¶Viduæ & aliæ miserabiles ꝑsonæ. An vidua dicat miserabilis ꝑsona. vide per Abb. in c. licet. de fo. cōpe. Card. zab. in c. significātib⁹. in j. not. de offi. deleg. Et quæ dicantur miserabiles personę. vide per eūdē Paul. de ca. in cōsi. vij. & vide do. Maria. Sozi. in c. ex parte. in iij. limita. de fo. compe. Cur.

2 §☞ *Quòd quis non possit trahi extra domicilium: nisi in duobus casibus.*

3 *In rescripto contra personas debet fieri mentio de qualitate personarum.*

4 *Miserabiles personæ an possint omissis ordinariis iudicibus adire principem per viam querelæ?*

5 *Fortuna dicitur iniuriari illis quibus accidit infortunium.*

6 *Quæ sint miserabiles personæ?*

LEX VNICA.

SI contra. †Pupilli, viduæ, & aliæ miserabiles personæ, [a] de quibus hic, habēt hoc priuilegium q̄ extra proprium domiciliū nō possunt trahi. etiam per rescriptū principis: vel in curia principis. sed in proprio domicilio sunt conueniendi: ipsi tamē bene possunt trahere aduersarios eorum extra domiciliū coram principe, etiam per viā simplicis querelæ. h. d. ista notabilis lex. Et prima pars eius quæ durat vsq̄ ibi. [quod si pupilli.] limitat l. si qñ. ſ. de dila. & l. in criminali. circa prin. ſ. tit. proxi. in quibus patet q̄ cū sacro oraculo. i. rescripto imperatoris potest quis trahere aduersariū suum ad extraordinariū iudicem etiā extra propriū domiciliū. † Hoc fallit in istis personis miserabilibus: quæ trahi nō possunt. etiā si iudex ordinarius esset negligēs in administrādo iustitiā cōtra eos: & etiā si in rescripto cōtineretur clausula nō obst. quacūq̄. l. cōtrarium dīponēte: nā adhuc nō valeret rescriptū per quod traherētur extra proprium domiciliū. sed debet impetrari & delegari Iudex in domicilio. ita intelligūt Doc. illum tex. hodie verò etiā aliį nō possunt trahi extra propriū domiciliū. nisi in dictis duobus casibus. ſ. qñ iudex ordinarius esset negligēs. & si in rescripto esset clausula nō obstāte vt in d. l. in criminali. per aut. vt differētes iud. & per aut. qua in prouincia. j. tit. proxi. In hoc ergo istæ personæ miserabiles sunt melioris cōditionis. si tamē in rescripto apponeret clausula ſpecialis nō obstante. l. ista. vel nō obstante q̄ sint miserabiles personæ: bene valeret rescriptū: quia Imperator nō potuit sibi vel successori imponere legem, à qua recedere non liceret: vt [3] in simili no. per gl. in aut. quib. mod. nat. effi. sui. §. fi. † oportet ergo q̄ fiat expressa mētio de qualitate personarū: vt valeat rescriptum: vel priuilegium alteri cōcessum cōtra tales personas. propter quod dicit hic Cy. fuisse terminatū q̄ cum quibusdam monialibus fuisset cōcessum ne haberent soluere aliqua grauamina sedis apostolicæ: & postea venisset quidā legatus cū literis generalibus, q̄ omnes soluerent. nō obstante quocūq̄ priuilegio: per hoc nō erat derogatū priuilegio illarū monialiū: quibus erat cōcessum tāquàm miserabilibus. ex quo de qualitate personarum [4] earum nō fuit facta mentio ſpecialis. † Secunda verò pars huius l. limitat l. nemo. ſ. tit. proxi. vbi habetur q̄ quis nō potest adire superiorē per viam querelæ omisso iudicio. sed inferiore: sed debet coram illo inferiore litem primò mouere: & si grauauerit, poterit appellare ad superiorē. hoc fallit in istis miserabilibus personis: quæ possunt omissis ordinariis iudicibus adire principē per viā querelæ: & ibi trahere aduersarios suos, vel coram principe, vel coram delegato ab eo: quia princeps est ſpecialis defensor taliū personarum: & idem in regibus & aliis principibus. xxiij. q. v. c. regum. lxxxvij. dist. c. defensionis. & quod ibi no. per glosſ. & per Arch. qui etiam dicūt q̄ causa talium personarum pertinet ad forum ecclesię: & sic possunt adire episcopū omisso potestate. xxij. q. j. & facit in aut. vt hic qui obligatas. §. fi. & extra ne cle. vel mona. c. j. & j. q. ij. c. sicut episcopū. In tex. ibi. [comitatui nostro.] id [5] est, in curia nostra. † In tex. ibi. [fortunæ iniuria. Not. q̄ fortuna dicitur iniuriari illis quibus accidit infortunium. & alibi dicitur quod dicitur insidiari. vt l. fi. §. & cū antea. post prin. j. de tempo. [6] app. † Et quæ sint miserabiles personæ. vide omnino per Inn. in d. c. significantibus ✳ de offi. deleg. ✳ & in ſpecu. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. versi. & ſcias. & de censib. c. licet. per gl. & Inno. c. vbi etiam secus connumeratur. Non sunt alia.

Quæ dicatur causa ciuilis, & quæ criminalis?

4 *Casus in quo sicut in causa ciuili habet locum prorogatio, ita & in causa criminali.*

5 *Si Florentinus commisit delictum Bononiæ, & iudex bononiensis inchoauit processum contra eum, & posuit ipsum in Banno, & condemnauit ad pœnam capitalem quandocunque peruenerit in fortiam communis, an iudex florentinus posset contra eundem similiter procedere ratione originis, uel domicilij?*

6 *Remissiones de uno iudice ad alium, an sint ex mera uoluntate? & quòd in contractibus non fiat remissio.*

7 *Si duo litigauerunt coram uno iudice incompetenti ignoranter, & sic non fuit prorogata iurisditio, & acta facta coram eo erant nulla: deinde pendente lite peruenit ad eorum scientiam de incompetentia, & tamen per scierauerūt. quòd acta prius gesta reconualescant: & consensus retrotrahatur ad principium litis.*

Quid in gestis per iudicem incompetentem, non nomine partium.

LEX I.

8 tionem eius perducendo.†Iste tex.semper allegatur ꝙ quando absenti assignat aliquis terminus.debet sibi notificari. aliàs ipsum non arctat.Et vide id ꝙ no.Bar.in l.Labeo.ff.de iureiu. sed per quem fiet ista notificatio? videtur ꝙ per ipsum colonum,vel inquilinum nominātem:vt in auth.qua in prouincia. contrariū tenent Pe.& Cy.quia si hoc committeretur sibi: & ipse diceret se notificasse:& tamen non notificauit,processus factus contra absentem sibi non noceret:ideo cautius est ꝙ actor faciat per iudicē notificari: & puto quòd expēsis ipsius coloni,vel inquilini nominantis:quia sua nominatio est causa ꝙ ista expēsa fiat. argu.eorum quæ not.in l.secunda.ff.quibus ex cau.in posses.ea. In tex.ibi.[actoris intentiones excipiat.]Docto.intelligunt qđ si absens compareat,debeat sibi dari nouus libellus : nec contra eum procedatur virtute veteris libelli porrecti contra colonum vel inquilinum.Albericus dicit se obtinuisse in practica quòd procederet virtute veteris libelli.dummodo addantur ea quę dicta erant contra colonum,vel inquilinum,& nunc dicantur cōtra ipsum absen. & comparentem. Et est vtilis ista inuestigatio:quia tunc non soluetur noua gabella. si virtute statuti venit de libello soluenda.sed tenendo primam opinionem ponamus ꝙ conuentus habebat ciuilem et naturalem:puta precariò: quomodo poterit nouus libellus dari contra comparentem? cū nullam possessionem habebat.nec detentionem.Respondeo.ga potest vacare precarium.& possessionem ciuilem & naturalem recuperare:& sic habet facultatem rei restituendæ. Adde ꝙ no. in l.Pomponius.§.si is qui.ff.de acqui.poss.In tex.ibi.[contestata.]Sed vnde oritur ista contestatio,in qua requiritur narratio: & responsio,cum hic non interuenit nisi narratio? Respondeo ex negatione coloni:qui conuentus negauit esse actoris. & dixit ad absentem seu locantem pertinere.quàm negationem absens non comparēdo dicitur approbasse:qui si comparuisset , & negasset,facta esset vera contest.In tex.ibi.[vt pote domino possessionis.absente locatore.quem colonus vel inquilinus asserit esse dominum.& tamen potest esse ꝙ non sit.imò ipse actor cō-
13 tra quem ipse actor prescribebat tit.& bona fi.vt ś.aliàs iste tex. videretur sibi ipsi contrarius. dū hic appellat eum dominum. & ś.dicit contrarium.ꝙ præscribebat.& sic non erat dominus.vt l.
9 sequitur.§.Iana.ff.de vsuca.†In tex.ibi. [edictis legitimis.] ideſt tribus citationibus.quæ.habent vim peremptorij.vt l.tres decē tiationes.infra quomodo & quando.iu. vel vna pro omnibus. apponendo istud verbum peremptoriè.vt l.ad peremptorium. cum l.seq.ff.de iudi.est ergo hic expressum quòd sicut citatio peremptoria requiritur ad sententiam audiendam,ita ad missionē ex primo & secundo decreto. & hoc vult gl.in l. præsenti.ś. de his qui ad eccle.confu:& Inno.in c.ad petitionem.de accusa.dicens ꝙ in tribus casibus requiritur peremptorium.s.vt pueniaē ad diffinitiuam.Item ad interlocutoriam ab obseruatione iudicij.Item ad missionem ex primo & secundo decreto:extra istos quælibet citatio etiam vnica,censetur peremptoria:licet nō fuerit facta per edictum:vt dixi in l.properādum.§.& si quidem.ś.
10 de iudi.†Sic ergo no.ꝙ non sufficit prima nuntiatio & assignatio termini ad comparendum.quantum ad hoc vt fiat missio ex
primo decreto: licet sufficiat quantum ad a
interrumpendam præscriptionem:& vt lis habeatur pro contest.sed requiritur alia citatio peremptoria:vt hic in text. ibi. [summatim discutiens:]quia non credit simplici assertioni agentis,quòd res ad eum pertineat iure dominij:sed faciat sibi fieri fidē summatim.Sed an sufficiat iuramentum? videtur quòd sic per ea quæ not.in l. cum proponas.& authē.ibi posita.infra de bon. aut.iudi.pos.dic contra.quia ibi quādo ab senti nullum fit præiudicium in proprietate vel possessione:quia comparens & satisfidans de iudicio sisti recuperat possessionē ideſt detentationem:hic verò fit præiudicium in possessione.quoniam missus actor requirit & absens postea comparens eam nō recuperat:etiam si velit de iudicio sisti satisdare:ideo requiritur probatio. saltem per testem:& ideo dicitur summaria.per ea quæ dixi in l.iudices.ś.de iudi. sed si fieret plenum præiudicium. requireretur plena probatio.circa quod vide quod no.Bar. in l.si quis à liberis.§.si vel parens.ff. de libe.
11 agno.& in l.j.de præto.stipu.† Vltimò dicit Bal.ꝙ iste tex.in fi.allegatur.ꝙ in actione reali non est locus missioni ex secūdo decreto:sed nescio vnde hoc necessario colligat:sed dic de hoc vt plenè no.per Bar.& gl.in l.si finita.§. Iulianus.de dā.infec.& vide circa materiā huius.l.ꝙ no.in Spe. de primo decreto.§.restat.ver.hoc etiā no.cū seq.per duas colūnas.

Veniamus mō ad gl.aduertatis:capio primā gl.Ista glo.j.format duas quęstiōes.nā ista l.sine dubio procedit qñ cōuētus alieno nomine possidens vel detinens nō prętendebat aliqđ ius in re.
12 † Quid si prętē debat? vt emphyteuta,feudatarius, vel vsufructuarius.Sol.dicit idem.Gl.videt tenere cōtrariū.ꝙ tales nō possint declinare iudicium sic nominando.cum ratione iuris quod prætendūt videantur proprio nomine possidere:& nō alieno.iō tenent rem defendere. Doc.distinguunt.aut conueniuntur ratione iuris ꝙ pretendunt:& de iure absentis nihil dicit actor. vt qđ dico te non esse emphyteutam,vel feudatarium.& superficiariū vel fructuarium,sed me:& fateor ꝙ Titius quē tu recognoscis in dominum directum,est directus dominus: & volo ipsum in dominum recognoscere.& tunc vera est illa opi.gl.qđ non potest enitare iudicium: nec habet locū processus huius.l.aut ego te cōuenio pro toto iure:quia dico me esse directū dominū, non Titium.nec te habere vtile dominium.& tunc habet locum prima opi.quia agitur de prejudicio illius.Certè etiā in primo casu licet agatur ratione iuris ꝙ tu prętendis.dūtaxat potest esse præiudiciū illi Titio:ga fortè interest sua magis habere te in emphyteotā,vel feudatarij quā me:& quia fortè ipsum recognouisti. & nō est certum ꝙ ego debeā ipsum recognoscere. ideò potest dici ꝙ etiam in primo casu debeat fieri denuntiatio domino absenti.aliàs processus agitatus inter te & me nō faciet illi prejudi
13 cium.†Secūda quęstio est ponamus.ꝙ absens requisitus cōpareat.tñ non habet nisi ciuilem possessionem,an potero agere cō tra eum rei ven.in gl.sunt opi.Doct. distinguunt. aut habet facultatē rei restituēdę:vt quia aliàs habet naturalē precario quæ ab eo potest aduocari.& sine dubio pōt cōueniri.& ita intelligitur ꝙ no.ff.de rei vendi.super rubrica.& l.Pōponius.§.si is qui. ff.de acquirē.poss. Idem videt si nō potest naturalem recupare: vt quia concessit alteri vsumfru.vel dedit in feudū,vel emphyteusim.& sic ipse prætendit directū dominiū.nam potest in me transferre suam ciuilem.per quā translationem transfertur etiā directum dominium:ꝙ prętēdit:& hoc mihi sufficit : quia postea alij recognoscent me directum dominū:aut non prætēdit aliquod ius:puta possidebat seruū meū bona fide ꝙ aufugit ab eo: & sic perdit naturalē pos.& retinet ciuilē.vt l.j.§.per seruum.de acqui.pos.isto casu non dabitur contra eū rei ven.vt possit cōdēnari ad restitutionem rei.sed vt caueat de restituendo eū cū ad manus eius puenerit:vt l.si à bōę fidei.ff.de rei vē.& vide ad istā q.l.cuiuscūq;.ff.de vsufru.In gl.seq.in fi.ibi.[per auth.qua in prouincia.]sed illa loquit ī alio casu.Doc.tñ tenēt equitatē huius l.

a ☾Stati. Adde ꝙ ista dictio aliqđ importat valde lōgius spatiū.videlicet.xx.an. tex.est in l.j. in §. fi. & ibi glo. in verbo statim.ff. de iur. fis. qñque verò magis qñq; minus. secūm subiectā materiā.vt est in gl.I verbo.statim in c.qcūq; lxxvij.dist.& gl.in c.j. de mu.pet.Bar. & alij in l.j.in §.qui præses in fi.ff.de ver.ob.l.tā tū propriè & de sui natura intelligitur sine aliquo interuallo vt in l.ediles.in §.Iteſcribū.ff.d edil.edi. & firmat expresse Io.de Im.in l. diuortio.in pe. colū.ff. so. matr. Itē ista dictio statim importat ipso iure ita Bar.ś.l.imperator.ff.d iure fis. & in l.iubem⁹. in ij. §.sanè. C.de sac.san. eccles.

extendi ad rem mobilē quia eadē ratio viget in ea: & nulla l. per hoc corrigit: licet iure nō caueatur. In gl. fi. post prin. ibi. [Sol. vt ibi in l. properandum.] Dic ibi glo. loquitur confusè. dic contra q̄ in l. si quis emptionis. §. pen. missio in poss. in actione reali fuit facta lite non contestata: nec quasi contestata vnde non acquirit pos. statim: sed post annum secundū vnam opi. vel acquirit: sed reuocabitur vsq; ad annū: qa eam recuperat absens si infra annum satisfdet de iudicio sisti secundū aliam opi. quam tenent Canonistæ & hoc est de quo loquitur glo. illa in fi. Sed hic post litis quasi contest. quo casu statim acquirit l. properandum. §. sin autem. dic q̄ hic fuit facta missio per exceptionē sententiæ: quo casu absens siue condemnatus nō recuperat. Et sic distingue vt
4 ex superioribus patet hic em̄ erat facta missio ante diffinitiuā. † In gl. ibi. [Rndeo vsq; ad x. an.] quia posito q̄ actor nō foret domi nus, prout asserit: sed ille absens locator, actor post quam acquisi uit poss. præscripsit longo tempore si tantū tacuit aduersarius. Alij reprehēdunt gl. quia præscriptio longi tēporis nō currit ex sola possessione sine ti. vt l. nullo. j. de rei vendi. Sed hic non habebat nisi titulum primi decreti & ille non est titulus sufficiens ad præscribēdum sicut nec ad acquisitionem dominij cū iudex nō intendat trāsferre dñiū: sed cōstituere pignus prætorij ergo nec vsucapiēdi cōditionē: sed adiect vsq; ad xxx. an. quia in prę scriptione lōgi tēporis nō requiritur titulus sed sufficit sola possessio. Et illā opi. tenet Cy. in antiqua lec. postea fecit aditionem ex dictis Gul. de cu. sustinendo gl. quia iste actor potuit præscri bere longo tēpore ex gñali ti. pro suo quia fuit missus in possessionem rei tanquā suæ: & eā tanquā suam possedit secus si non tanquā suam vt contingit qñ fit missio pro debito pecuniario actione personali quia missus tenet bona tanquā pignus & tanquā aliena & ista est vera posset etiā dici secundū Bar. q̄ si prius habebat ti. præteribet ex illo tit. licet ex eo non habuerit pos. sed per miss. in pos. per l. cùm solus. cū ibi plenè nota. ff. de vsucap. Et vide quod idē Bar. no. in l. eū qui ædes. post prin. & l. si is q pro
15 emptore. §. pe. ff. de vsucap. In gl. ibi. [aliud † autē est in noxali.] Dic q̄ ista gl. vult q̄ in actione noxali & in causa dā. infec. quæ habet naturā noxalē: & in quibus propriè cadit primum & secū dū decretū acquiratur dñiū statim ex primo decreto qđ est fal sum, imò nō nisi ex secūdo: vt l. si finita. §. si plures. ff. de dā. infe. qui loquit in causa dā. infec. & l. ædiū. in fi. ff. de pecu. vbi patet q̄ in causa noxali missus ex primo decreto tenet rē loco pignoris: nō iure dñij. Alij fatebantur hoc in causa dā. infec. vbi fit missio in re mobili: sed in actione noxali. vbi fit in re mobili: cuius possessio est vtilis & abiecta: dicebant statim acquiri dominiū. vt no. in l. iubere cauere. ff. de iurisd. om. iudi. Sed gl. ista non facit differentiā: nec est tenda per d. l. ędium. In gl. ibi. [sed in actione personali vsq; ad xx. ann.] Tu dic etiā vltrà: qa missus ex primo decreto in actione personali nunquā possidet nec dñiū acquirit nisi sibi adiudicet ex secundo decreto: ergo quousq; sit ad illud peruentū auditur absens de proprietate & de possessione si satisfdat de iudicio sisti nisi facta fuisset missio in rem debita & peti
3 ta quia tunc idem quòd in reali secundum Gul.

2 ☞ *Qui sortitur forum in aliquo loco ratione cōtractus, uel quasi, uel ratione rei quæ est ibi: non poterit tamē conueniri in eo loco nisi ibi reperiatur nec est ibi remittendus, & q̄ tamen possit ibi citari: & si non comparet, quomodo procedatur?*

3 *Qui cœpit rem mea mobilem possidere in aliquo loco, possum ipsum ibi cōuenire: etiam si alia ratione nō sortiatur ibi formam: etiam si res non erat ibi mansura neque hoc casu legatus conuentus habet ius reuocandi domum.*

Quid si quis reperiatur ibi cum illa, tanquàm uiator?

4 *Quando quis habet plures iudices coram quibus potest conueniri, electio est actoris coram quo conueniat.*

LEX III.

Actor rei. † Actio in rem potest intētari in loco vbi reus sequitur forū aliqua rōne puta originis, vel domicilij, vel assiduæ conuersationis, vel communis patriæ: & etiam in loco vbi est res quę petitur. sed in alia actione non sortiatur forum quia ex hoc solo dicit forū sortiri in actione reali. h. d. secm̄ intellectū glossarū hic & j. ti. pxi. l. j. in gl. super verbo degit. & ff. de iud. l. hæres absens. §. pinde. in gl. ij. mag. in fi. dū dicit. Itē ratione possessionis: & in dicto loco vbi est res, pōt quis cōueniri actione reali, nō obstāte quocunq; priuilegio generaliter concesso, q̄ nō possit conueni ri nisi sub certo iudice. Nam intelligitur nisi ratione delicti, vel contractus, vel rei de qua agitur, conueniat, vt c. j. de priui. li. vj. & dixi in aut. qua in prouincia. † Et intelligo istud si aduersarius reperiatur in loco vbi res est aliàs non, si ibi nō habet domicilium sicut in foro qui cōtrahitur rōne cōtractus: vel quasi in quo nō pōt quis cōueniri si ibi non reperitur: nec ibi est remittendus. vt d. l. hæres absens. & in c. romana. §. contrahentes. de fo. compe. li. vj. poterit tm̄ ibi citari. & si non comparet, poterit fieri missio in pos. ex primo decreto per iudicem illius loci: qui habet rem sub sua iurisditione sicut dicitur in d. §. contrahentes: qñ cōuenitur rōne cōtractus ibi celebrati si ibi non habet domicilium: qa nō est fortior forus ille qui cōtrahitur occasione rei de qua agitur: quā ille qui cōtrahit rōne contractus nec poterit ad vlteriora procedi: etiā si sit ibi statutū q̄ possit procedi lite nō contestata ad diffinitiuam vt dixi in l. properandū. & hoc tene menti qa per alios nō tangitur alias non esset differentia inter forū qui contrahitur rōne domicilij, vbi pōt cōueniri licet ibi præsentialiter nō sit & illum qui contrahitur ratione cōtractus vel alia ratione. in quo nō potest cōueniri: nisi ibi reperiat & tene menti quia hoc malè declarat per doc. Et aduerte quia circa intellectū istius l. Canonistæ habuerunt diuersas opi. vt no. in c. sanè. de fo. cōpet. Nam quidam tenuerunt quod rei vendicatio non possit intentari nisi in loco vbi est res, ꝓpter verbū [iubemus.] quod est hic in fi. & importat necessitatē hoc est falsum et cōtra prin. l. vbi dicit [siue in rem siue in personā.] Et sic vult q̄ actio in rem possit intenta ri in quolibet loco vbi reus sortit forū. Alij dixerunt q̄ in loco vbi est res pōt reus cōueniri: si vult pati. sed si nō vult, nō cogit ibi rndere: sed debet remitti ad locum domicilij: vel in alio loco vbi quis sortitur forum non potest etiam inuitus conueniri: ista est etiam falsa. vt hic patet in verbo [iubemus.] quod importat necessitatem: & sic, etiā inuitus potest cōueniri est tertia opi. quā dixi in summario quod in quolibet istorū potest inuitus conueniri & sic actor habet plures iudices & electio pertinet ad eum dūmodo ibi reperiatur sed in loco domicilij: etiā si non reperiat & ita intellige gl. j. in fi. Adde qđ licet iudex loci vbi res est, habeat iurisditionē supra rem: nō sic suprà personā quæ ipsam possidet. vt l. libertus. §. fola. ff. ad muni. ideo nō posset capere personam: etiā in casu quo posset capere personā sibi subiectā. vt in ca su l. consentaneū. j. qūo & qñ iudex nec etiā excōicare: si esset iu dex ecclesiasticus: vt no. in d. c. sanè. per Ioā. and. in nouella post alios. Tene mēti si autem peteretur res per actionē personalem, non posset agi in loco vbi est res: si ibi non sortiret forū alia ratione: vt not. in l. forma. §. si verò quis agrū. ff. de censi. secundū Bar. Sed Spec. vī sentire contrariū maximè in actione personali in rē scripta & ita dicit si non esset in rem scripta in tit. de citatio ne. §. j. versi. & nota. vbi dicit duas dietas cōputari à loco vbi est res quæ petitur: etiam si agatur actione personali in rem scripta, vel non scripta, si competit ad illam rem: & hoc non esset nisi di camus q̄ in tali loco poterat conueniri vnde non debet trahi vl tra duas dietas ab illo. vt in c. nonnulli. de rescri. Tene menti qa
3 istud est substantiale. Et Bar. non allegat Spe. venio ad glo. † In gl. super verbo [res:] ibi. [sed certè secūdū Hug.] super ista quæ stione recolligendo dicta doc. dic q̄ aut quis incipit rem meam mobilē possidere in aliquo loco, & tunc possum ipsum ibi conuenire: etiā si alia ratione nō sortiat ibi forū: etiā si res nō erat ibi mansura: & hæc probant in l. si legationis tēpore ff. de iudi. vbi patet q̄ etiā legatus nō habet ius reuocandi domū dicto casu: li cet aliàs haberet aut incœperat aliàs possidere: & tunc aut ibi re peritur cū illa re tanquā viator & non pōt ibi cōueniri sicut nec ratione contractus: vt l. hæres absens. §. j. ff. de iudi. & not. in Spec. de cōpe. iud. adi. §. j. ver. quid si quis per locū transiens. sed tūc poterit dici illud quod dicit gl. quod possit cōpelli satisdare de stando iuri in proprio domicilio: & si nō poterit satisdare, res sequestrabit si est persona suspecta: vel stabit simplici ꝓmissioni: vt l. ij. §. sed & si dubitet. ff. de iudic. Pone enim quòd Vincē tinus cum equo meo transiuit per istam ciuitatem: & non erat persona suspecta, quominus in suo foro mihi responderet, certè sufficeret sola promissio sua sine fideiussore. Si autem ibi reperi tur, non tanquàm viator: & tunc aut in illo loco sortiebatur forum ratione communis patriæ, & poterit ibi conueniri: etiam si res non erat ibi semper mansura: vt colligitur à contrario sensu. l. non aliàs. §. fi. ff. de iudi. Nam ꝑciale est ibi in legato ne aduocetur ab officio legationis ergo in cōtrarium est ius commune.

vt in l. j. in fi. ff. ad munici. Si verò non sortiebatur forum ratione communis patriæ tunc distingue: aut res erat ibi continuè mansura, & habet locum opi. Azo. vt ibi sortiatur forum pro qua videtur casus in l. quod legatur. §. fi. ff. de iudi. & l. sed & si suscepe rit. §. penul. seu finali. qui incipit si ea res. sed si non erat ibi continuè mansura, tunc secus. & habet locum opi. Hug. quia tūc nō
☞ censetur esse in illo loco. vt l. ex facto. ✻ circa medium. ff. de hæ
☞ re. insti. ✻ & l. debitor. ff. de pig. & l. huiusmodi. §. legatum. de le
3 ga. j. cum multis si. † In gl. ibi. [quis executioni mandabit.] subaudi sententiam latam pro actore. & not. quia gl. infra dum dicit. [sicut fit in vera diffinitiua.] innuit q̄ ista non sit vera. vnde miror. dic quòd loquit in alia diffinitiua lata super pecunia: sed in territorio illius qui eam tulit non esset bona. in quibus posset fieri executio. nam scribetur iudici alterius territorij: vbi sunt bona, vt eam exequatur: vt in l. properandum: §. sinautem reus. & idem in interlocutoria de mittēdo ex primo decreto. vt in l. quā gl. allegat: & in c. romana. de fo. competē. lib. vj. † In gl. ibi. [Respondeo actoris.] Dic ista gl. semper allegatur q̄ quando quis habet plures iudices, sub quibus potest conueniri, electio est actoris coram quo conueniat. probatur in l. fi. §. de iur. om. iu. & infra de præscrip. long. temp. l. fi. & hoc per rationem quæ ponitur in l. iij. §. j. ff. de eo quod cer. loc. Idem in actionibus, si plures competunt ad eandem rem. vt l. quod in hęredem. §. eligere. de tribu. eadem ratione. secus in rebus alternatiuè debitis: quia electio est rei regulariter. vt l. plerunque. in fi. ff. de iur. dot. & etiam locorū in quibus venit soluendum. vt d. l. iij. §. j. de eo quod certo loco. Non sunt alia.

Vbi de hæreditate agitur. *Rubrica.*

2 ☞ *In loco ubi est res quæ petitur, sortitur quis forum non solùm in actione merè reali sed etiam mixta.*

3 *Si Paduanus instituatur hæres ab alio Paduano habente bona Vicentiæ: an poterit producere testamentum coram potestate Paduano, & petere pronuntiari per ipsum eū fore mittēdum in pos. & scribere iudici ubi sunt bona, quòd ipsum immittat, si per alium non possidebantur?*

LEX. VNICA.

1 Illic vbi res. † Missio in pos. rerum hæreditariarū ex legis edicto infra de edic. diui. adr. tol. vel per interdictum quorum bo. debet fieri per iudicem vbi sunt bona hæreditaria. & non per alium: sed petitio hæreditatis potest moueri etiam in alio loco vbi reus sortitur forū & etiam in loco vbi sunt bona hæreditaria. h. d. Ex hoc vltimo
2 patet † quòd in loco vbi est res quę petitur, quis sortitur forum non solùm in actione merè reali: vt §. l. proxi. sed etiam in actione mixta. vt est petitio hære. vt hîc. & infra de peti. hære. Et loquitur primò de secunda parte rubricę. vsq; ibi. [vbi autem.] postea de prima parte. † In tex. ibi. [postulandum:] quod dic & nō
3 alibi vel coram alio iudice: quia istud verbum postulandum necessitatem importat vt no. ff. de eden. in rub. Si ergo Paduanus instituatur hæres ab alio Paduano habente bona vicentiæ vel Paduæ: institutus debet producere testamentum coram illo iudice vbi sunt bona. & ibi petere se immitti: non coram potestate Paduano. & hoc quando bona per alium non possidebātur: sed si possidebantur, & sic erat deueniendum ad petitionem hæreditatis, si allegabat se potiora iura habere secundùm l. edicto. post
✻ prin. ✻ infra de edic. diui. adri. tol. ✻ quia de possessorio transibit ad petitorium: tunc poterit agere petitione hæreditatis in loco vbi possidēs fortit forū aliqua rōne domicilij, vel originis. & etiā in loco vbi sunt bōa, si ibi degit. gl. dicit q̄ etiā si nō degat per l. præcedētē. ex qua no. id q̄ dixi. Sed an in primo casu qñ nullus possidet, poterit ꝓducere testamētū corā ptāte Paduano, & petere ꝓnūtiari p ipm eū fore mittēdū in pos. & scribere iudici vbi sunt bōa, q̄ ipsum imittat: gl. vī tenere q̄ sic in d. l. edicto. sup verbo cōpetēti. Bar. vbi vī tenere cōtrariū. qa iudex Paduanus nec rōne rerū quę nō sunt in sua iurisditiōe. nec rōne ꝓsonæ quæ ipsas possidet (vt dixi) iurisditionē habet. vī dicit q̄ nō videt qualiter possit se impedire: sed si possideret ꝑ ꝓsonā sibi subiectā, cognito de cā vī illū debere deiici. de posse. tūc bñ posset hoc facere se
✻ cūdū eū. Nec obstat prīo dicto. c. romana. §. cōtrahētes ✻ de for.
✻ cōp. li. vj ✻ vbi nec habebat bōa in sua iurisditiōe: nec ꝓsonā: & tñ pōt ꝓnūtiare actorē mittēdū in pos. bonorū alibi positorū: qa ibi licet possessor nō sit subditus suus ꝓpriè loquēdo: attñ: qa cō traxit in suo territorio, sortitur ibi forū ratione cōtractus. vnde illi rationi videtur subditus: licet non propriè & simpliciter intelligendo. Guli. aūt de cu. videtur sentire q̄ Iudex. paduanus possit hoc facere indistinctè: & allegat l. præses. infra de interdi. & non allegat gl. in d. l. edicto. plus placet id quod dicit Bart. Non sunt alia.

Vbi de ratiocinijs tam publicis quam priuatis agi oportet. *Rubrica.*

2 ☞ *Qui dicantur contubernales, & qualiter unus ex eis præpositus ad emendum expensas omnibus, ex pecunia soluta pro rata teneatur ad reddendum rationem eius successori?*

3 *Clericus qui fuit notarius in curia episcopi, si postea efficiatur bigamus, quod pro gestis tempore notarius teneatur respondere episcopo.*

Qui desijt esse mercator, potest pro gestis tempore quo erat conueniri in curia mercatorum.

4 *Non datur fides instrumento facto in longinquis partibus per illum qui ignoratur an sit notarius, sed de consuetudine portantur literæ testimoniales. ut hic.*

LEX. I.

1 Vm qui. † Ratio administrationis priuatæ vel publicæ debet reddi in loco vbi negotia fuerunt administrata: & coram iudicibus illius vniuersitatis cuius erant negotia: & ad dictum locum, & coram dictis iudicibus gestor negotiorum est remittendus. h. d. l. j. & ij. Et primò loquitur in eo qui gessit negotia alicuius priuati. vt est tutor; curator, vel negotiorū gestor. Secūdò loquit in eo q̄ gessit negotia alicuius vniuersitatis. camerari⁹ vnius artis vel negotiatiōis, vel prior alicuius collegij. nam tenētur reddere rationē corā alio priore successore eiusdē collegij: & ad dicta loca. & ad iudicem debet remitti. vt vult glo. in ista. l. j. in fi. licet in administratione priuata dubitet: sed in publica tenet pro certo: Sed Gul. de cu. in l. j. infra vbi quis de curiali vel cohortali. tenet idem in casu istius. l. j. & dicit esse speciale q̄ in cōtractibus, vel qñ fiat remissio, quia ista administratio potest habere delictū inclusum fraudulenter administrare: vñ sicut in delictis fit remissio in locum delicti. vt in auth. vt nulli iudicū. §. si verò quis cōprehensorum. ita in reddi tione rationis alicuius administrationis. & idē vbi agit de statu. vt j. ti. proxi. l. j. & idem si semel cōparuisset corā vno iudice, & promisisset ibi de iudicio sisti. vt in auth. de exibē. reis. §. si verò
✻ etiā quidā. regulariter secus. vt in c. romana. §. contrahētes. ✻ de
✻ fo. cō. li. vj. ✻ & no. i auth. qua ꝓuincia ✻. s. vbi de cri. agi. opor. ✻
2 In l. ij. debes scire † qđ quando milites erant in expeditione pro republica, conueniebant adinuicem. x. vel xx. de vi uendo simili ter. & communiter. & proponebant vnum ex eis qui faceret expensas. & quilibet soluebat pro rata: & isti vocantur contuberna les: quia sub eodē contubernio vel societate viuebant vt l. rē mi hi. §. j. ff. commo. Si ille prępositus finiebat officium: & postea cō trahebat societatē cum alio numero militū: pro primo gesto teneretur reddere rationem corā alio successore in illo numero: & hoc dicit hic. & idē in similibus collegijs, vel vniuersitatibus. pu
ta mercatorū, vel alterius artis tm̄. † Dicit Gul. per istū text. q̄ si
3 clericus fuit notarius in curia episcopi: & postea efficitur bigamus, si accusatur vel cōuenitur pro gestis tēpore notariatus teneī rndere corā epo: nō rōne clericatus, vel ꝓpter bigamiā. sed propter offm̄ q̄ habuit in curia sua. patet ēt per illā l. q̄ si aliquis desijt esse mercator, pro gestis tpe quo erat pōt cōueniri in curia mercatorū. licet alij nō mercatores, & q nūcq; fuerūt, cōueniri nō possint. & hoc dixi in l. fi. §. de iurisd. om. iu. Idē videt in eo qui desijsset esse scholaris. vt ꝓ gestis tpe quo erat, rndere corā rectore. Et no. rōnē quæ ponit circa fi. ex qua patet ratio quare ad locū gestionis negotiorū debet remitti ꝓ rōne reddēda: licet nō repe
4 riat. † Et est ar. istius tex. q̄ nō deī fides instrō facto in lōginquis partibus ꝓ illū qui ignorat an sit notarius. de quo in Spec. de instru. edi. §. restat. ver. qd si producit. de cōsuetudine seruatur qđ portatur litera testimonialis qualiter ille est notarius factus per superiorem illius loci. Non sunt alia.

Vbi causa status agi debeat. *Rubrica.*

1 ☞ *Quando seruus an fugit à domino, an priuet dominum possessione: & an propr. etate, & quanto tempore, & qualiter dominus possit ipsum uendicare?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Propria authoritate. Adde Bar.in l. ſi. ff. de li.ho. exhibendo. Bar.cep. veronenſis. in l. Marcellus.ff. de ver.ſig.

LEX I.

EA quæ.† De ſtatu ſeruí q aufugit ad non dñm, an tractari debet in loco vbi aufugit: & ad illum debet remitti per iudicē loci vbi reperitur.h.d.Et li ipſe dñs hoc vult,et petit ſed ſi vellet q tractaretur in loco vbi reperitur, poſſet hoc fieri & iſte eſt caſus ſupra tit.j.l.j.ſecundū vnū intellectum: vel dic q ipſe ſeruus allegabat ſe liberum:& ideo eſt remittendus.: ſed ſi hoc nō allegat,non expedit q remittatur ad iudicē loci de quo aufugit:ſed probata fuga reſtituit ipſi domino per iudicem illius loci vbi reperitur:& iſte eſt caſus illius l.ſecundū alium intellectū. Vel tertiō ſi allegat ſe liberū, remittitur ad locum vnde aufugit.vt hic tamen prius cognitio per iudicem loci vbi reperitur an verum ſit q fugerit,& reperto q aufugerit, remittitur.vt ibi.ſed ſi hoc non apparet,non remitteretur:quia eſſet in quaſi poſſ. libertatis bona fide:in qua debet tueri & defendi vt j.eo.l.iij. & ſic tribus modis ſoluitur contrarium de illa l.j.de qua glo.ſi. hic voluit opponere & aduerte q hic dantur duo.ſ. quod debet agitari vnde aufugit.Item quod ad illū locum eſt remittēdus in illa l.j.probā

a tur alia duo.ſ.quod dñs propria authoritate,[a] & ſine ſententia iudicis loci vbi reperitur poteſt ipſum capere & ad iudicem illius loci ducere:& hoc ideo quia nō perdit poſſeſſionē ciuilem.vt l.j.§.per ſeruum qui in fuga.ff.de acquir.poſ. & ſic nō videtur oc cupare rem alienam:vel ius ſibi dicere quo caſu priuaretur iure ſuo ſed dicitur defendere ſuam poſſeſſionē. quod facere poteſt etiā de facto remouendo obſtaculū.vt in l.quēadmodū.§.j.ff.ad legem aquiliā.lege ſi vitem.§.ſi ad ſanuā.quod vi aut clam facit j.quod cū eo.l.ſi ſeruus tuus.ſecundò dicitur ibi q ille iudex an tequam remittat debet cognoſcere de fuga:& ſic an ſit in poſſeſ

2 ſione libertatis bona fide,vel mala.quia primo caſu ſibi prodeſſet.vt dixi:ſecundo nō.vt j.de proba.l.vis eius.† Vltimò Cy.cō mentauit iſtā l.referendo quandā petitionem Pet. qñ ſeruus aufugit à domino nō autem priuet dominū poſſeſſione: & an proprietate:& quanto tempore & qualiter dñs poſsit ipſum vendicare,& recuperare:& quo iure:de quibus vide hic plenè per eū quia multæ ll.& variè loquuntur. Eſt tamen extranea materia: & parum in vſu &c.

1 ☞ *Procurator cæſaris licet regulariter ſit iudex inter fiſcum & priuatum, quādo tamen agitur cauſa ſtatus illius qui aſſerit ſe nunquam fuiſſe ſeruum, non eſt iudex cōpetens: ſed in cauſa pecuniaria ſic.*

3 *Qui receſſit de ordine fratrum minorum, dicens ſe nunquā feciſſe profeſſionem: nec uelle facere, & conuentus illius loci aſſerat contrarium, an uendicabit ipſum corā ſuo ſcopo: an coram ſuo iudice quem habet ex priuilegio?*

LEX II.

1 PRocuratores.† Procurator cæſaris nō eſt iudex cōpetens in cauſa ſtatus. h.d.Et hoc inter duos priuatos.ſed inter fiſcū & priuatum ſi fiſcus aſſerit aliquē eſſe ſeruū ſuū: & ille dicit ſe ☞ eſſe libertū.* tūc loquitur l.iā dudū.j.eod.vbi diſtinguitur. aut ☞ dicit ſe eſſe liberū,*& ſic fatetur ſemel ſe fuiſſe ſeruū fiſci: ſed dicit ſe fuiſſe manumiſſum,& tūc procurator cæſaris poterit cognoſcere. Aut dicit ſe nunquā fuiſſe ſeruū fiſci: ſed fuiſſe & eſſe ingenuū & ſic de facto fuiſſe per fiſcum occupatū & tūc procurator cæſaris nō cognoſcit:ſed iudex ordinarius puta preſes prouinciæ.& ſoluit cōtrariū de illa l.de qua gl. voluit hic opponere & ſoluit pluribus modis tene quartā ſol.& ſic no.ex illa l.in fi.q

2 †licet procurator cæſaris regulariter ſit iudex inter fiſcū & priuatū:qñ tñ agitur cauſa ſtatus illius qui aſſerit ſe nunquā fuiſſe ſeruum,non eſt iudex cōpetens ſed in cauſa pecuniaria ſic.Et hoc

3 inducit Gul.de cu.ad quæſtionē.† Fratres minores habēt priuilegium à papa q poſsint agere vel conueniri coram certo iudice: & non coram alio. Pone q quidam receſsit de ordine: & dicit ſe nunquā feciſſe profeſsionem,nec velle facere:cōuentus illius loci aſſerit contrariū,& vendicat ipſum tanquā religioſum:coram quo debet agitari iſta cauſa:an coram iudice ſpirituali, quē habent dicti fratres:an coram epiſcopo loci?& tenet ipſe per illam l.iam dudum.in fi.quòd coram epiſcopo loci.

2 ☞ *Quilibet defendendus in ſua quaſi poſſeſſ. & ei qui non poſsidet incumbit onus probandi. & ſi non conſtat quis litigantium ſit in poſſeſsione, quæritur partes iudicis?*

3 *Propter dignitatem actoris non debet mutari iudex rei: ſed iudex ipſius conſiſtentis in dignitate quando retinet partes rei, immutatur.*

LEX III.

1 SI in poſſeſsione.† In cauſa ſtatus actor ſe quit forū rei,& ille tenet partes rei q eſt in poſ.vel quaſi bona fide.h.d.cū l.ſeq. & differt à l.j.quia ibi ille q aſſerebat ſe liberū, erat in quaſi poſſeſsione libertatis mala fide:quia aufugerat. vñ ſibi nō prodeſt.vt l.vis eius.j.de proba. In iſtis aūt legibus erat in quaſi poſſeſsione iuris quod prætendebat bona fide. ſi ille q aſſerebat ſe liberū in iſta prima l. vel ille qui aſſerebat eū ſeruū in l. ſeq.& ſic ibi de ſtatu ſeruitutis prouocabat ad libertatem hic verò ecō uerſo de ſtatu libertatis prouocabat ad ſeruitutem.vt l.liberis.§.

2 fi.ff.de li.cauſa.† Quilibet ergo eſt defendēdus in ſua quaſi poſſeſsione & ei qui nō poſsidet incumbet onus probandi & ſi nō cōſtaret quis eorū eſſet in poſſeſ.iudex ex officio deberet cognoſcere ſummatim & eū qui melius probaret cōſtituere debere tenere partes rei,& alterū partes actoris:vt d.l.liberis.§.fin.nec requireret in hoc libellus.ſed (vt dixi) iudex ex officio poſſet hoc facere per id quod no.Inno.in c.cū veniſſet.de inſtitu. & Spe.in ti.de libelli cōcep.§.j.ver.xxj.& nō eſt diu q habui in ſimili iſtū caſum in ciuitate.Fede.quia erat contentio de poſſeſsione quarundam terrarum inter epm loci ex vna parte, & cōmunitatem eius ex altera & quælibet pars aſſerebat ſe poſsidere, & volebat tenere partes rei in cauſa proprietatis:& q altera daret libellum. Iudex practicauit illud quod ſ.dixi.& dedit terminum cuilibet ad probādū & quælibet pars induxit teſtes, & iudex declarauit epm melius probaſſe,& debere tenere partes rei.Et cū cauſa eſſet hic cōmiſſa,& eſſem aduocatus cōtatis,feci retractari ſniam quia viſis actis Eps nullo modo probauerat de poſſeſsione:licet aliqualiter videretur probaſſe de ꝓprietate,ſed illa probatio erat impertinens:qm ad illud non fuerat terminus aſsignatus: & ſic non proderat epo iuxta notata in l.momētaneæ.ſ.qui legiti.per ſo.Et no.in illa l.ſi in poſſeſsione in fi. q ꝓpter † dignitatē actoris nō debet mutari iudex rei ſed iudex ipſius cōſiſtētis in dignitate:qñ retinet partes rei, bene immutatur qa ſenator ꝓpter ſuā dignitatē nō cōueniē corā qbus aliꝭ cōueniunē maximè in cauſa criminali.vt j.vbi ſena.vl cla.l.quoties plus ergo ſubueniē exiſtentibus in dignitate qñ conueniuntur quā qñ agunt: & alium moleſtant.

LEX V.

1 IAm dudum.† In iſta l. iam dudum.ibi. [ad rationalē vel magiſtrū rei priuatæ.]i.ad procuratorē cæſaris qui dicitur rationalis, & magiſter rei priuatæ.i.rerum quæ non ſunt publicę ſed ſunt principis tanquā eius bona priuata, & circa illas habet adminiſtrationem.vt j.de fundis rei priua.li.xj.per totum.

LEX VI.

1 IN litibus.† In quęſtionibus ingenuitatis alicuius viuentis præſcriptio quinquēnij eſt ſublata.h.d.Præmitte illud qđ habetur in gl. quod olim ante iſtam legē ſi poſſedi aliquem liberum hominem tanquā ſeruū,& poſtea ipſum manumiſi & ſic dicebam ip ſum eſſe libertum meū,ipſe aūt aſſerebat nunquā ſe fuiſſe ſeruū, ſed ſemper ingenuum, & ſic nolebat teneri tanquā libertus ad operas in quibus ille tenetur,ſi per quinquēniū ſteterat in quaſi poſſeſsione libertinitatis,non debebat poſtea audiri: niſi mediante reſcripto principis hodie per l.iudicis etiam ſine principis reſcripto:nec ob.j.ne de ſtatu defun.vt in glo.

Vbi quis de curiali uel cohortali, aliaúe conditione conueniatur. Rubrica.

Titulus precedens loquitur qñ agitur de ſtatu illius qui aſſerit ſe liberum,& per alium aſſeriē ſeruus hic verò quando agitur de ſtatu alicuius liberi hominis,qui non eſt ſeruus:tamen eſt ob noxiatus & obligatus ad operas ꝓpetuas & ſic nec eſt perfectè liber:nec perfectè ſeruus.

2 ☞ *Monachi ſi fugitiui ubicunq; reperiantur, poſſunt capi propria authoritate per abbatem: & duci ad epiſcopum loci: qui hoc comperto ſtatim ſibi reſtituet. & quid ſi dicat ſe non eſſe monachum?*

3 *Quid in uxore alicuius fugientes?*

LEX I.

1 QUis.† Homo alteri obnoxiatus ad operas ꝓſonales fugiens ab eo,poteſt capi per illum à quo fugit propria authoritate.& ad iudicem illius loci vbi reperitur,duci. qui hoc reperto ſibi reſtituet.hoc dicit.& hoc quando nō negat ſe alteri obnoxiatum:ſed ſi negaret debet remitti ad iudicem loci vnde aufugit.vt l.j.ſ.tit.j.Et no.iſtam l.contra monachos fu

2 gitiuos.† q vbicunq; reperiantur,poſsint capi propria authoritate per abbatem:& duci ad epiſcopum loci.qui hoc cōperto ſtatim ſibi reſtituet.Sed ſi dicat ſe non eſſe monachum eius.remittitur ad iudicem abbatis.& hoc quia tales fugitiui non priuant illum à quo fugiunt poſſeſsione.aliàs eīm ſecus eſſet.quia propria authoritate non poſſent ſibi ius dicere.vt voluit gl.hic.& dixi in

3 l.j.ſ.ti.j.† Et ita dicendū eſſet in vxore alicuius fugiente ab eod. Bal.tene mēti.& debes ſcire q antiquitus aliqui parū induſtrioſi,& non habentes artē vñ viuerēt, dedicabant ſe alicui curiæ alicuius ciuitatis:vel iudicū.et faciebāt ſe balios,vel executores, vel ſcriptores vt ex illis lucris viuerēt:& ꝓmittebāt ꝓpetuā obedientiam,& operam.& iſti largo vocabulo dicebantur milites non armatæ militiæ:ſicut alicui qui ſe offerunt alicui monaſte

a rio.non tamen faciunt profeſsionem.qui vocantur oblati:[a] & ſtant ibi ad expenſas monaſterij.& faciunt hortos per paſſar lo tempo.vel coquinam.

2 ☞ *Contra officiales de quibus hic. & in caſibus hic poſitis, poteſt ferri ſententia diffinitiua lite non conteſtata.*

3 *Quando camerarius alicuius communitatis in fine officij tradidit libros ſuos rationum illis qui erant deputati ad reuidendum: licet poſtea ſe abſente, poſſunt dicti reuiſores ſine alio proceſſu ipſum condemnare diffinitiuè.*

LEX. II.

1 HAc perpetua.† Si ſecularis cōueniatur propter ſtatum, vel propter exactionem, vel concuſsionem indebitè factam, conueniatur omni exceptione fori ceſſante:præter quā armatę militiæ & bñficij principis:ſed ſi cōueniē propter publicas functiones,ceſſat oīs exceptio.& ordinarius non recuſatur.h.d.Iacbu.Et de prima parte ſummarij loquitur vſq; ibi. [Super publicis.] poſtea de ſecūda parte.In prima ergo parte conueniebatur à curia:vt rediret ad offm ad q erat obligatus.q officium de facto detractabat,& nolebat exercere: non tñ aufugerat à loco: vt differat à lege præcedenti. vel conueniebatur ab aliquo priuato pro exactione illicitè facta ab eo: vel pro concuſsione & violentia illata.Certè poterit conueniri coram ordinario:nō obſtante aliquo priuilegio q haberet,vt ſub certo iudice tm̄ deberet cōueniri.nam debet intelligi priuilegiū qñ ex aliꝭ cauſis cōueniret:non rōne delicti in officio commiſsi.In ſecūda parte cō

2 ueniebatur à fiſco,vel à procuratore fiſcali pro publicis functionibus:vel debitis exactis partium,& non redditis fiſco, vel cameræ fiſcali: & tunc non prodeſt militia armata ſed duntaxat ſpeciale priuilegium principis.† Vltimò in fi.gl.colligit notabile ſecundū quoſdā q contra tales officiales in caſibus p̄dictis, poſsit ferri ſententia diffinitiua lite nō conteſtata.tñ gl.hoc non tenet.Gul.de cu.tenet per.l.j.§.pe.j.de aſſer.tol.vbi contra illū q petit in ſeruitutem,pōt dari ſententia lite nō cōteſt.fortius in illo qui petitur vt veniat ad deſeruiendū officio quæ nō eſt ita p̄iudicialis.cū illa nō multū facit.quia ibi promiſerat ſiſtere in iudicio:& nō ſiſtebat hic nō.Item mouetur Gul.quia contra tales officiales iura ſeuerius loquuntur cū conſueuerunt omnia mala operari & ſcire:& multa denegant eis,quę aliꝭ non denegātur: vt j.de pœnis l.ne diu.vbi videē caſus.& de iure fiſ.l. defenſiōis facultas.in fi.li.x:cū ibi no.Itē per auth.de man.prin.§. coges. & idem tenet Bal.& eſt caſus ſpālis vt contra tales officiales in caſibus in quibus loquitur illa l. poſſet ꝓcedi addiffinitiuā li. non

3 conteſt.† Adde aliū caſum quem ponit.Bar.in l.j.§.j.ff.de admirerum ad ciui pertinentiū.qñ camerarius alicuius communitatis in finē officij tradidiſſet libros ſuos rōnum illis qui erant deputati ad reuidendum. Nam licet poſtea ſe abſentet, poſſunt dicti reuiſores ſine alio proceſſu condemnare illum diffinitiuè. quòd perpetuò tene menti.& vide omnino quod ibi ipſe not. Non ſunt alia.

Vbi ſenato uel clariſ. ciui. uel crimi. cōueniātur. Rub.

4 ☞ *Dignitatum quot ſunt ſpecies?*

1 † Super rubrica.not. ad euidentiam iſtius tit. quod ſunt tres

b ordinariæ dignitates [b].ſ.clariſsimi:ſpectabiles,& illuſtres: vt in auth.de non alienā.§.pen. Aliæ ſunt extraordinariæ:vt militia.j. qui militare nō poſſunt.l.pe.& fin. Itē ſup

a illuſtres.quia nō eſt dignitas de per ſe: ſed eſt quædam adiectio dignitatis ſecundùm Gul.de cu.licet gl. dicat quod ſit dignitas. vt in auth.vt ab illuſtribus.& qui ſuper eā digni.ſunt.§.j.Gul.verò in d.auth,dicit qđ

b tres ſunt ſpecies dignitatum.nam eſt dignitas maxima:vt ſuperilluſtris. & iſta eſt in Papa.& in imperatore:& olim erat in conſulibus,& in patricijs.Item magna, & iſta eſt illuſtris.vt in præfecto orientis: quædā mediocris. & iſta dicitur ſpectabilis. quæ eſt ſupra clariſsimam:& iſta erat in proconſulibus: quædam eſt parua & iſta dicebatur clariſsima.quæ eſt infra ſpectabilem. & iſta erat in præſidibus prouinciarum.vt in l.illicitas. §. qui vniuerſas.ff.de offi.præſi.quædam erat minima.& carebat nomine dignitatis:& iſta eſt in magiſtratibus municipalibus.& defenſoribus ciuitatum.Nam ſunt dignitates,quia ſunt officia cum adminiſtratione.& non habebant aliquod de prędictis nominibus

☞ de his no.*gl.in §.cunq.in procē.inſti.quæ ponit quatuor ordi

☞ nes dignitatum.& *in Spe.de iuriſ.om.iu.poſt prin. per vnam columnam:vbi omnino vide pro declaratione iſtius titu. Declaratur ergo in iſto titul.coram quibus iudicibus tales conſtituti in iſtis dignitatibus poſsint conueniri tam in ciuilibus quàm in criminalibus.Et prima.l.loquitur in ſpectalibus & clariſsimis, non illuſtribus:& loquitur in cauſa criminali.l.quoties loquitur in illuſtribus.& ſimiliter in cauſa criminali.qui ſunt magis priuilegiati:vt non poſsint accuſari,nec conueniri criminaliter:niſi coram principe,vel delegato à principe.ſi ſunt illuſtres ratione dignitatis quam exercuerint.ſed ſi ex priuilegio,vt contingit in iſtis quos Imperator facit comites per bullam,vel dant aliam dignitatem:iſti tales non gaudent tali priuilegio per omnia l. autē ij.loquitur quando conuenitur in cauſa ciuili.& loquitur etiam in illuſtribus:vt ſunt ſenatores.

2 ☞ *Crimen quod committitur culpa, & non dolo, ita poteſt puniri criminaliter pœnā applicanda fiſco: & ſic pecuniaria. ſicut quando committitur dolo. non tamen punitur corporaliter propter culpam.*

3 *Quid ſi ſtatutum dicat ut homicida decapitetur, an habeat locum in eo qui per culpam ſine dolo interfecit hominem.*

4 *Quis dicatur de prehenſus, & quid ſi ſtatutum dicat quod deprehenſus cum armis puniatur tali pœna, an locum habeat ſi ille non fuit captus?*

5 *Forenſis committens aliquod maleficium in alieno territorio, an debeat puniri ſecundùm formam ſtatutorum illius territorij? quòd ſic.*

6 *Reatus & crimen excludit omnem honorem. Intellige poſtquàm eſt probatum.*

LEX. I.

1 VIcunque.† Cōſtituti in dignitate .i. illuſtres,nō habēt priuilegiū fori in cā criminali:ſed poſſunt cōueniri & condēnari ſub quocūq; iudice ordinario cōpetēti.h.d. Si aūt ſint in dignitate illuſtri.dic.vt j.eo.l.quoties. † In

2 tex.ibi. [vel i aliqua culpa.] No.q crimē q cōmittit culpa & nō dolo,ita pōt puniri criminaliter pœna applicāda fiſco.& ſic pecuniaria:ſicut qñ cōmittit dolo:nō tñ puniē corporaliter ꝓpter culpā:ſed ſolū ꝓpter dolū vt l.lex cornelia.ff.ad l.cornel.de ſica. cū ibi.no.& adde.l.Reſpiciēdū.§.delinquūt,cū ibi no.per Bar.ff.de pœnis & Gādinus in ſuo opere maleficio.plenè tractat de hoc

3 qñ cōmittit crimē nō dolo ſed culpa.& hoc de iure cōi.† Quid ex forma ſtatuti ſi ſtatutū dicat q homicida decapiteē, & aliqs p culpā ſine dolo interfecit hoiem:aſſeſſores ignorātes cōſueuerūt dicere q nō debemus diſtinguere inter dolū & culpā:ſed ſtatur ſimpliter verbis ſtatuti.qa nō inſpiciē aliꝭ:ſed factū.vt l. diuus. ff.ad l.cor.de ſica.Bal.notabiliter tenet cōtrariū in l.data opera j. q accuſare nō poſ.aliꝭ ſequereē q de homicidio caſuali deberet qs decapitari.q eſt cōtra omnē equitatē.& ita pluries cōſului:et à morte aliquos defendi.Tene mēti.Nā qdā noctis tpe potiꝰ ex laſciuia quā dolo ꝓiecit lapidē,& quēdā pcuſsit in capite,q mortuus erat:cōſului q deberet puniri mitius.ſ.pecuniariter:vel ſibi

4 dari bānū ꝓut iudici viſum fuerit.† In tex.ibi.[deprehēſus.] qdā intelligebat.i.captus in flagrāti crie:ſecus ſi nō eſſet captus,licet crimē ꝓbareē.gl.reprehēdit.nā deprehēſus dī ille cōtra quē crimē eſt ꝓbatū.licet nō fuerit ꝓ familiā deprehēſus,vel captus. & hoc vult gl.ſup illo verbo.& vide q no.Bar.j.de peti.bo.ſubla.l. j.li.x.et q no.j.de cuſto.reo l.ſi qs in ea culpa.Et eſt argu.ſi ſtatu

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Maiorem partem. Adde Io. cald. i repe. c. j. in vj. q. de raptо.

b ¶ Cynus. Adde Frā. de are. i c. q clericis. col. ij. de fo. compe. et do. Mari. sozi. in c. licet. q. vj. ver. j. eo. tit. quos vide Frā. Cur.

c ¶ A papa. Adde q̄s sit p̄ferendus: an doctoratus à Papa, vel Imperatore, an à collegio. dic q̄ à Papa vel Imperatore, secundū Lud. ro. in l. si verò. in §. de viro. in lix. fall. ff. so. mat. per tex. i l. ij. ff. de al. scri. & per Abb. in c. per tuas. de ma. & obed. idē tenet Mar. de lau. in trac. de dignit. in §. xv. sed vltrà Lu. ro. Abbatē & Mar. vbi ā. allego. gl. in l. restituendæ. C. de aduoc. di. iudicū, & gl. in c. dñs noster. xciij. dist. & in c. Epos. & ibi doc. xvij. dist. Limita dicta iura q̄n est doctoratus à Papa vel Imperatore in rigore examinis: et hāc opinatur Mart. de senis. in c. qualiter & q̄n. el ij. in iij. no. de accusa. & idē tenet Barb. i. pœ. clementinarum. in iij. col. & ibi dicit Barb. q̄ prerogatiuæ datæ per regulas cācellariæ doctoribus, non cōpetunt doctorellis imperij. & ibi dicit hoc fuisse decisum in curia Roma. tempore Eugenij quarti.

tum dicat q̄ deprehēsus cū armis puniat talі pœna: & probat q̄ aliquis portauit arma non tñ fuit captus cū armis à familia, an debet puniri pœna statutі? & facit tex. cū glo. q̄ sic. in contrariū l. si Barsatorā. j. de fideiu. & no. per Bar. in l. j. circa prin. ff. de acquir. pos. Breuiter si statutū diceret q̄ si deprehē sus portaret arma &c. posset p̄cedere q̄? ſ. dixi: sed si dicat deprehēsus cum armis debet intelligi. ſ. p familiā. & idē fortius si hoc diceret expresè: & tunc p̄cederet q̄? ſcdo loco dixi. † In tex. ibi. [publicis legibus sub iungetur.] iste text. facit q̄ forēsis cōmittēs aliquod maleficiū in alieno territorio, non debet puniri secūdū formā statutorū illius territorij q̄ forte imponant maiorē pœnam quā ius cōe: sed scdm ius cōe. qa illa statuta nō dicunt publicę leges respectu totius imperij: sed priuatæ leges illius populi, Doctores tñ cōiter tenēt cōtrariū: siue puniat in illo loco vbi deliquit, siue in loco domicilij, vel originis: vbi pōt cognosci de crimine etiam alibi cōmisso: saltē per viā accusationis: licet alij teneāt q̄ etiā per viā inquisitionis: q̄ quæstio fuit disputata per Cyn. & eam refert Bar. in l. cunctos populos, circa fi. de sum. tri. Nam licet quantū ad modum procedendi debeat attendi statutū vel cōsuetudo loci, vbi de crimine cognoscit: quantū tñ ad imponendū pœnā debet attē di statutū loci vbi delictū est cōmissum: qa hoc decreuit decisionē causę nō ordinē: dic de hoc vt in l. cūctos populos. nā & illa statuta dicunt. ll. publicę respectu illius populi & tale crimen ibi cōmissum subijcit quó ad pœnā illius statuti quibus videtur delinquens se subijcere delinquēdo. arg. l. si duo de acqui. hęre. † In tex. ibi: [omnem enim.]

No. istum finē qui semper allegatur q̄ reatus & crimē excludit omnem honorem: q̄? est verum postquā est probatum: sed antequam sit probatū licet sit accusatus vel inquisitus, habetur respectus ad honorem & dignitatem. vt j. eo. l. quoties. ante medium ibi ne quas ante probationes iniurias patiatur &c. Non sunt alia.

3 ☞ *Vbi dicatur quis habere domiciliū & quomodo in tribus locis sortiatur quis forū?*

LEX II.

1 SEnatores † Senatores, vel constituti in dignitate illustri, in causis ciuilibus possunt cōueniri corā ordinarijs, tam Romæ coram suis magistratibus, quā in prouincijs vbi sortiuntur domicilium vel assiduè cōuersanť. h. d. non habent ergo priuilegium fori de iure cōi in causis ciuilibus. Tu dic nisi sint ad seruitiū principis:
2 vt familiares, vt cubicularij, & similes. & tūc dic vt j. ti. p̄xi. † In tex. ibi. [larem fouent.] i. domicilium & q̄ j. subijcit. [aut maiorem &c.] innuit q̄ nō dicatur habere domicilium vbi habet maiorem partem
2 fortunarū quia alternatiua ponitur inter diuersa sicut & copulatiua. vt l. si is qui ducenta. in prin. ff. de re. du. contrariū tñ cōiter dicimus, & ad illū tex. nō deo. quia domicilij pōt quis habere ēt si nō haberet ibi maiorē partē fortunarū, si cōstat de intentione sua q̄ ibi se transtulit ad habitandū cū sua familia. & cū intentione ibi perpetuò stādi: q̄? etiā ex pluribus cōiectu ris potest cōprehēdi & etiā dicitur habere domicilij vbi habet maiorē partē fortunarum: quia potest habere in diuersis locis. vt in l. assumptio. ff. ad muni. & iste text. semper allegat q̄ in tribus locis sortiē quis forū. et maximè in eo q̄? vltimò dicitur de loco vbi assiduè conuersatur. i. maiori parte anni. arg. in l. prædia. §. fi. de fund. instru. vt sunt mercatores florentini qui discurrunt per mundum & ibi habent fundi cū vel tabulam quę dicunt pergulam, vel armarium nam possunt ibi cōuenіri ratione contractus alibi celebrati: sicut in loco originis, vel domicilij licet non habeant domicilium quia nec maiorem partem fortunarū nec apparet q̄ se transtulerunt illuc animo perpetuò standi dicit tamē

b Cy.ʰ q̄ istud est verum si steterit per decennium non aliter. Sed Inno. & Canonistæ videntur de hoc non curare. vt not. per eos in c. ex parte. de foro compe. & in c. dilectus filius. de rescript. & istam partem tenet Barto. sed Barto. videtur tenere dictum Cy. hic, & in l. j. & ij. §. vbi de cri. agi. opor. Credo standum esse arbitrio iudicis nam non statim q̄ ibi recipit apothecam potest dici ipsum continuè conuersare: sed requiritur lapsus aliquorum annorum: prout iudici videbitur. Et per prædicta patet an scholaris in loco studij possit conuenіri pro contractibus propriis, vel patris, cui successit, ratione assiduæ conuersationis & Gul. tenet hic q̄ sic. Ray. cōtra. & Io. an. in c. quod clericis de foro competiam si stetisset per decennium quia semper habet animum redeundi & sic aliud in scholari: aliud in istis mercatoribus: qui stant animo lucrādi: vt sicut inde recipiunt lucra: & ita subijcian tur huic oneri iurisditionis. & istud placet: vt dixi in l. j. vbi de crimi. agi oportet.

2 ☞ *Ille qui fuit senator, vel pater eius certo tempore: si postea finitur officium, adhuc remanet in dignitate illustri, & gaudet priuilegio. ut hic.*

3 *Quid in eo qui nūquam habuit officium: tamen princeps concedit sibi dignitatem, ac si habuisset?*

4 *Princeps delegat causam cuicumque imperij, sed alius inferior secus: nisi postquàm effecta est semel delegabilis.*

5 *Illi qui habent dignitatem ex priuilegio, non sunt ita digni, sicut illi qui habent ratione officij, vel administrationis.*

Illi qui faciunt se doctorari à Papa, vel Imperatore sine examine: an sint ita digni sicut illi qui transeunt per viam ordinariam?

6 *Nobilitas prouenit à principe.*

LEX III.

1 VOties, † Viri obtinentes dignitatem illustrem ratione administrationis præhabitæ in causis criminalibus arduis, in quibus non admittitur procurator solū corā principe, vel cui princeps cōmiserit, possunt accusari à quo cōmissario possunt absolui: sed non condēnari principe inconsulto: & eorū aduersarij possunt de calūnia cōdemnari nisi habeāt simile dignitatē hoc primò vsq̄ ad ver. [viuos autem.] Qui verò sunt illustres ex priuilegio, nō ex præcedēti administratione possunt sub quibuldā iudicibus hic nominatis in vrbe, & in prouincijs, apud eorū capitaneos accusari qui poterunt eos absoluere: sed non cōdemnare principe inconsulto hoc secundo vsq̄ in fi. l. est ergo differentia inter illos qui habent dignitatem ratione officij publici, cum administratione iam habiti. Nam ille qui † fuit senator, vel pater eius certo tēpore, si postea finitur officium, adhuc remanet in dignitate illustri, & gaudet priuilegio huius l. respectu iudicū, quòd in criminali non possunt conuenіri coram ordinarijs: sed coram principe tantū: vel eius cōmissario. Itē quia nō possunt à commissario condemnari principe inconsulto. Item & tertiò cū causa agitatur, non tenentur in carceribus: sed sedent vna cum iudice. in
3 aliquo tamen loco inferiori, & non tantum eminenti sed si † aliquis nunquā habuit officium, princeps tñ concedit sibi dignitatem ac si habuisset. vt patet in istis qui efficiūtur comites ab Imperatore: & nunquā habuerunt comitatum, vel milites: & nunquàm exercuerunt personā suam pro republica in factis armorum isti tales non sunt priuilegiati respectu iudicum, quia possunt trahi corā ordinarijs de quibus hic tamen sortiūtur priuilegium in alio: quia nō condemnātur principe inconsulto. Sed an debeant sedere cū iudicibus? distingue aut conueniuntur in vrbe romana, vel in constantinopolitana vbi sunt magni iudices, & non debent cum illis sedere vt ibi. dum dicit. [ita vt huiusmodi viri &c.] aut in prouincijs. vbi non sunt ita magni iudices: & tunc secus. vt in versic. [quoties autem viri illustres.] & per hoc
4 patet tex. declaratus. Et no. hic † q̄ princeps delegat causam meri imperij: vt patet ibi cum dicit. [nostra serenitas huiusmodi negotij &c.] sed alius inferior secus. vt in l. j. in princ. ff. de offi. eius cui man. est iur. postquā autem princeps semel delegauit, videtur effecta delegabilis, in alios etiam per inferiorem à principe, iuxta not. per Doc. in l. j. §. qui pro sua iurisd. & l. patęr. §. fundum. ff. de leg. iij. vbi Bar. tangit. † Item not. ex ista parte quòd illi qui
5 habent dignitatem ex priuilegio, non sunt ita digni. sicut illi qui habent ratione officij, vel administrationis. & est arg. q̄ illi qui
c faciunt se doctorari à Papa, vel Imperatore ex priuilegio sine examine, vt frequenter contingit non sunt ita reputati digni docto. sicut illi qui transeunt per viam ordinariam, in contrarium

facit

6 facit. l. cum ratione. ff. de execu. tut. † Item nō. q̄ nobilitas prouenit à principe. hoc declara vt plenè per Barto. in l. j. infra de digni. lib. xj. quam repetij.

In quib. causis militan. fori præscri. uti nō possunt. Rub.

2 ☞ *Familiares cardinalium, coram quo iudice conueniantur?*

LEX. VNICA.

1 OMnes. † In isto tit. tractatur de his qui militant in curia principis. i. habēt officia circa personam principis. exemplum in familiaribus Pape vt sunt capellani, cantores, scutiferi, & similes: & cubicularij. nam quouisq̄ sunt ad tale officium. habēt certa priuilegia. maximè circa iudices. vt nō trahant corā ordinarijs: sed corā quibusdā specialibus iudicibus. & hoc erat in familiaribus quibusdā Imperatoris. qui hic nominantur. Si aūt erat de licentia principis vensant circa alia, vt si negotiantur: tūc si cōueniunt rōne administratio nis non gaudent illo priuilegio: sed si non sunt in curia, sed in patria propria circa propria negotia: nam ibi non gaudebūt priuilegijs. sed cōuenientur corā ordinarijs, nisi habeāt cōmeatū à principe vsq̄ ad certum tps, puta quod possint stare per vnum mensem, vel duos, & postea redeunt ad curiam. nam tunc etiam in prouincijs gaudebunt priuilegijs. h. d. ista lex. & sic nō loquitur de militibus armatæ militiæ. sed de officialibus publicis qui dicuntur militare, vel etiam armatæ militiæ, q̄n de licentia principis obtinēt posse negotiari, aliàs nō possent. vt j. negotiatores ne militēt. l. j. nā licet aliàs nō possint nisi sub magistro militū cōueniri: vt §. de iur. om. iu. l. magisterię. rōne negotiatiōis pñt tñ corā iudice ordinario cōueniri. vñ facit ad q. secūdū Gul. q̄ Abbas, vel prior exemptus ab epō si sit in studio: & ibi tanq̄ scholaris emit, & vendidit, possit cōueniri corā epō. vel alio ordinario. facit. c. volentes. de priui. li. vj. & dixi in l. fi. §. de iurisd. om. iu. &
2 idē videtur † de familiaribus cardinalium, ibi dū dicit. [siue domorum diuinarū.] i. principis.] siue virorū potentium. ji. existē tiū ad latus principis quando cōueniuntur. siue pro priuatis delictis: siue pro publicis functionibus concernentibus cameram principis, & conueniuntur à procuratore fiscali. etiam, si sint in in curia. nō gaudēt priuilegio, quominus possint conueniri ibi coram quocunq̄ alio iudice ordinario, coram quo alij possent cōueniri: vt ibi post prin. [pro functiōibus publicis &c.] In tex. ibi. [imò & in aljs priuatis actionibus.] i. actibus. quia non residen t in curia pro publicis officijs, sed si occupātur in prouincia pro priuatis Non sunt alia.

Vbi causæ fisc. uel diui. domus dominum que eius agantur. Rubrica.

2 ☞ *Procurator fisci, & procurator cæsaris, in quo differant?*

3 *Hæres qui adiuit, & necem defuncti non accusauit, & cōuentus coram procuratore cæsaris si dicat se non fuisse negligentem. quia defunctus non fuit interfectus, sed sua morte mortuus, quod erit officium procuratoris cæsaris?*

Si occisores non possunt accusari, quia mortui, an possit auferri hæreditas ab hærede tā quam ab indigno, si non vindicauit necem defuncti? vt hic.

4 *Si hæres non adiuit hæreditatem, an possit accusari de negligentia, ut perdat hæreditatem vt hic & nu. 1.*

5 *Si occisores sunt accusati & condemnati, infra quantum tempus poterit hæres postea conuenri coram procuratore cæsaris?*

6 *An lata sententia contra occisores per præsidem, possit procurator cæsaris procedere executiuè, & auferre bona hæredis?*

7 *Statutum quòd pater teneatur soluere condemnationem pro filio delinquente, & filius fuerit cōdēnatus de delicto, an poterit fieri executio cōtra patrē sine nouo processu?*

8 *Si quis uult petere restitutionem in integrum contra sententiam. ex eo quòd dicat eam latam ex falsis instrumentis, uel testibus, an habeat primò necesse accusare criminaliter coram iudice maleficiorum notarium de falso, uel eum qui fuit usus falso instrumento, ut sic constet de crimine?*

9 *Statutum quòd bona quæ non fuerint posita in æstimo infra tantum tempus, intelligantur esse publica, an prius requiratur accusatio coram iudice maleficiorum, & petatur declarari ipsum incidisse in pœnam statuti?*

Si iste Titius moriatur ante factā declarationē, an ista pœna trāseat cōtra hęredē eius?

LEX. I.

1 NOn defensæ. † Causa bonorū auferēdo rū alicui tāq̄ ab indigno ppter inultā necē defuncti, debet agitari corā p. curatore cęsaris pr⁹ tñ expedita accusatiōe criminali cōtra occisores, & cōstito de crimine corā p.

side. h. d. & reputatur bona lex. nisi occisores sint mortui, quod tunc nō possunt amplius accusari: & de hoc intelligo q̄ fiet fides coram procuratore cæsaris, q̄ hæres non debet adire hæreditatē quando defunctus fuit interfectus, nisi primò vindicauerit necem eius. ſ. accusando occisores: & faciendo eos puniri. aliàs priuatur hæreditate. & applicatur fisco: vt j. de his qui. vt indi. l. j. & l. minoribus si ergo adiuit, & necē nō vindicauit, & aliquis vult ipsum accusare de negligentia: & facere sibi auferre hæreditatē: quæritur de tribus. Primo coram quo debebit hoc facere, & respondere coram procuratore cæsaris. qui est iudex inter fiscum & priuatum: & procurator fisci coram illo debet dare petitionē.
2 † Est enim diuersus procurator fisci à procuratore cæsaris, quia procurator cæsaris administrat bona quæ habet cæsar, vt priuata persona: vt sunt molendina, & alij reditus. quæ conuertuntur ad vsum principis. ideo dicitur procurator priuatæ rationis: sed procurator fiscalis administrat bona fisci, quæ conuertuntur ad
3 publicum vsum. Secundò quæritur † si dictus hæres conuentus coram procuratore cæsaris dicit se non fuisse negligentem, quia defunctus non fuit interfectus, sed naturali morte mortuus. q̄? erit officiū procuratoris cæsaris? certè superseded bit in lite quousq̄ de crimine cōstet in curia prefidis: faciet ergo iste procurator fisca lis per aliquē accusari occisores corā præside: vel quod preses in quirat cōtra illos, & eos condēnet, quo facto poterit p̄cedere in causa. quia apparebit de negligētia. Tertiò pone q̄ occisores nō possunt accusari: quia sunt mortui: & sic est crimen extinctū: certè tūc poterit procedi coram procuratore cęsaris in causa fiscali. in tellige q̄ tūc oportebit incidenter fidem facere q̄ defunctus fuit interfectus à talibus. & hoc coram procuratore cæsaris: qui poterit cognoscere de hoc incidenter. licet principaliter non posset cognoscere de causa criminali. alias nō appareret de negligētia.
4 † Quæro primò. quid si hæres adhuc non adiuit hæreditatē, an possit accusari de negligētia, vt perdat hæreditatē? Rñdeo sic. si sibi fuisset assignatus terminus per iudicem vt accusaret, & non accusauit: vt no. j. de his qui. vt indi. l. j. plus videtur velle ibi glo. q̄ etiā si nō fuit assignatus. si tamē transiuit tantū tēpus quo potuit accusare, & nō fecit, idē sit. Ex quibus videt q̄ si nō sit assignatus, nō possit accusari de negligētia: nisi hæreditatē adierit. & ita potest intelligi. l. minoribus. j. qui. vt indi. quæ loquitur de
5 eo qui adiuit. † Secūdo quæritur. quid si occisores sunt accusati & condēnati, infra quantū tēpus poterit hæres postea cōueniri coram procuratore cæsaris? Respōdeo infra quinquēniū. & nō vltra: si erat extraneus: sed si de desecēdētibus, ppetuò: quia plus delinquunt non vindicando mortē defuncti descendentes, quā
6 extranei: & ille est casus in l. in cognitiōe. ff. ad sille. † Tertiò quęritur an lata sententia cōtra occisores per præsidē: possit procurator cæsaris p̄cedere executiuè & auferre bona hæredis: videt q̄ sic: quia doc. dicunt q̄ sententia lata cōtra occisores habet effectum cōfiscandorum bonorum contra hæredem. Contrariū dic q̄ ista possunt simul stare q̄ defunctus fuit occisus. & tamē hæ non fuit negligens. quia ignorauit occisores. & sic non venit puniendus: expedit ergo q̄ procedatur ordinariè: & detur libellus per procuratorem fiscalem. & illa erit causa ciuilis. non criminalis: & sic erunt duo iudicia. † Et hoc facit ad quęstionem statuti.
7 dicentis q̄ pater teneatur soluere condemnationem pro filio de linquente, si filius fuit condemnatus de delicto, an poterit fieri executio contra patrem: an autem debeat fieri nouus processus. ita q̄ primus sibi non noceat? de hoc vide per Bar. plenissimè in l. cum filius. de ver. obli. & per Bal. qui adhuc subtilius declarat multa in d. qō. in l. j. j. ne filius pro patre. vbi omnino vide. Vltimò per istum tex. in fi. dixit Iaco. de Are. † q̄ si quis vult petere
8 restitutionem in integ. contra sententiam, ex eo quod dicat eam latam ex falsis instrumētis, vel testibus. iuxta l. diuus. ff. de re iu. & j. si ex fal. instru. per totum. necesse habet primò accusare criminaliter coram iudice maleficiorum notarium de falso, vel illū qui fuit vsus falso instrumēto. vt sic constet de crimine. Nec ob. q̄ in electione agentis est posse incipere à causa ciuilis, vel à causa criminali: licet ambas simul non possit agitare. vt j. de fal. l. diuus. iuncta l. vnica quando ciuilis ac. cri. præiu. quia illud quando contra eundem competit ciuilis, & criminalis. non sic q̄n cōtra diuersos. vt in casu istius l. & in casu p̄posito. vbi criminalis cōpetit contra notariū principaliter, & ciuilis cōtra reū: & ita debet intelligi q̄? no. in l. si. j. de fide instr. in gl. quę incipit quæ in-

Universidad de Deusto Biblioteca

scriptiones &c.iuncta l.j.§.de aduo.diuer.iudi.Idē dicit Iac.But.
9 per illā l.†Si statutū dicat q bona quæ nō fuerunt posita in æstimo infra tantū tēpus,intelligant esse publica.& aligs deferat bona Titij in fiscū:quia nō fuerūt posita in æstimo corā officialibus cameræ,nō audiatur:nisi primò accusauerit eū corā iudice male ficiorū. & pētat declarari ipsum incidisse in pœnam statuti.hoc placet. qa hīc non resultat alia pœna quā confiscatio bonorum. Ideo totum hoc potest expediri coram officialibus cameræ: casus est in l.proxi.non sic in casu huius l.vbi venit imponēda pœna occisoribus. fateor tamen q requiritur sententia officialium cameræ declaratoria:licet statutum ipso iure cōfiscet per c. cùm secundùm.de hære.lib.vj.Et si Titius decederet ante factam declarationem,videtur q ista pœna non transiret contra hæredem eius.argu.in l.eius qui delatorem.ff.de iur.fis.& vide quæ nota. Bar.in l.Imperatores.eo.titu. Item facit iste tex.q nō possit quis accusari eo q præstiterit opem homicidæ. nisi primò occisores fuerint conuicti,& cōdemnati.de hocvide per Bar.in l. si is q.§. si tu Titiū.in fi.ff.de fur.& facit l.si qs in graui.§ illud.ff.ad Silla.

LEX II.

1 ON animaduertimus.† Causa pertinens ad procuratorem cæsaris non debet ad alium iudicem à se aduocari.vel sic.quando de maleficio nō restat imponē da alia pœna quā cōfiscationis bonorum,tota causa venit tractā da coram procuratore cæsaris.hoc dicit.& in hoc differt à l.precedenti.vbi veniebat imponenda alia pœnavnde expedit q tūc primò agatur coram iudice ordinario, & declaretur delictū cōmissum. In tex. ibi. [aduocare velis.] loquitur in filio istius qui se interfecit.qui possidebat bona paterna, & fuit citatus corā ,procuratore cæsaris volētis bona cōfiscare:tūc ipse cōparuit,& allegabat q ,procurator cæsaris nō debebat se impedire, quouscq; corā præside cōstaret de hoc maleficio. certè non expedit ibi cōstare: quia non agitur de alia pœna inferenda de tali crimine.cū morte crimīosi extinctum sit tale crimē:& omnis alia pœna,poterit ergo liquidare corā procuratore cæsa.q ille metu pœnæ futuræ se interfecit.sic ś.l.proxi.in fi.Et sic no.contra Ia.Bu. & Bal.qui ipsum sequitur.vt ś.in l.precedenti.facit j.qui testa.fa.pos.l.ij.cū ibi nota.& ff. de bonis eorum qui mor.sibi conscīue.per totum.

2 ☞ *Qui non potest aliquem condemnare, an possit pronunciare ipsum esse condemnandum,& qui non potest absoluere, an possit pronunciare ipsum fore absoluendum?*

LEX III.

1 PRocurator.† Procurator cæsaris sicut potest exigere pœnam applicandam fisco, ita potest pronunciare ipsam fore exigendam. h.d.sed'm literā affirmatiuā in primo & secundo dicto.& tūc loquit de pœna legali quæ venit imponēda accusato ri desistenti ab accusatione.s.qnq; librarum auri.vt in glo.vel sic prout habet literam negatiuam procu.cæsa.sicut non potest exigere pœnam pecuniariam non applicandā fisco:sed partī:ita nō potest pronūciare ipsam fore exigendā,& tunc loquitur de pœna conuentionali,promissa per accusatorem ipsi accusato, si desisteret ab accusatione.& sic no.q talis promissio valet. quod te
2 nemēti.†Item no.q qui non potest aliquē condēnare,non pōt ipsum pronunciare condemnando,& qui nō pōt absoluere, nō pōt ,pnūciare ipsum fore absoluēdū. de hoc in l.j.ś.si aduer. lib. Nam statuta in multis locis dicūt q in vltimis xv.diebus officij nō possit potestas,vel iudex maleficiorū, aliquem crimīosum absoluere.quia consueuerunt gratificari circa fin.officij propter syndicatum.Certè sicut non possunt absoluere.ita nec pronunciare q veniat absoluendus. Et vidi aliquos iudices dimittere schedulas in processu,in quibus declarabant qualiter talis inquisitus venit absoluēdus:sed nō potuerunt absoluere.quia erat infra tempus statuti:certè non debet attendi talis schedula per successōrē:imò videtur iudex puniendus.si statutū dicat q debeat expedire processus criminales condemnando, vel absoluendo, sub certa pœna.si habuit tēpus faciendi,& non fecit:nec excusatur rōne dictę schedulę vel ,pnūciationis q veniat absoluēdus.

2 ☞ *Accusatus,uel inquisitus per iudicem maleficiorum,si dedit fideiussores de pœna pecuniaria soluenda fisco,& facta condemnatione iudex maleficiorum compellat fideiussores ad soluendum pœnam,quòd possint fideiussores implorare eius officium,ut eodem modo compellat crimīosum ad sibi restituendum, licet iudex maleficiorum de causa ciuili non habeat se impedire.*

3 *Quid in consulibus mercantiæ super incidentibus & dependentibus?*

LEX IIII.

1 VM vendente.† Qui emit à fisco, vel ,procuratore fiscali,vel cęsa.tenet & cogi pōt soluere ptiū:licet emerit alieno noīe,seu ,p alio & ab illo ptiū nō habuerit. sed pōt iplorare offm dicti ,procuratoris cogētis ipsum ad soluēdū,vt ēt cogat mādatorē ad sibi refundēdū licet illa cā nō sit inter fiscū & priuatū:sed iter duos priuatos:tñ descēdit à cā fiscali: iō talis ,procurator tāquā de depēdētij,s,cognoscere pōt.hoc no.& semper allegat. In tex.ibi. [emisse te.] ś.noīe quorūdā.vt j.patet. In tex.ibi.[necessariò soluere debes:]qa licet ipse emat alieno noīe,qa tñ cōtractus,perficit ex suo cōsensu: ipse est ille q obligat ad ea q̄ sunt de natura cōtractus:sicut & sibi acgrit actio quā debet cedere: vt in l.solutū.§.p liberā.cū ibi no.p Bar.ff.de pi.act.In tex.ibi.[tradidisse dicis.]nō tñ recepisti pretiū ab eis.iō si vis habere, potes implorare officiū eiusdē ,procuratoris: vt sicut de facto te cōpulit ad soluē dū:ita & de facto illos mādatores cōpellat ad tibi restituēdū: facit l.minor.xxv.an.in fi.prin.ff.de eui.Et p illū tex.dicūt doc.† q si accusatus vel regūtus p iudicē maleficiorū dedit fideiussores de pœna pecuniaria soluēda,& facta cōdēnatione iudex maleficiorū cōpellat fideiussores ad soluendū pœnā possunt fideiussores implorare eius officiū: vt eodē modo cōpellant crimīosum ad sibi restituendū. licet iudex maleficiorū de causa ciuili nō habeat se impedire:vt in l.solemus.§.latrūculator.ff.de iudi. qa illa causa descēdit à crimīali.ad quod bene facit l.si quis ex argentarijs.§.rationē.ff.de eden.in fi.vbi idē iudiciū est de depēdentibus.† Et ibi dicit Bal.q consules mercātiæ eodē modo videntur habere super incidētibus & dependētibus ab eisdē. & sic contra fideiussores,& sup pœnis hinc inde ,pmissis, & hoc habui de facto in ciuitate Lucana.de hoc vide bonū tex.& qd' ibi no. Bar. j.de sen.l.cum eorū.vbi alle.hanc l.glo.tamen quæ est hic. videt aliter intelligere,q hic procurator cæsa.cognoscat de consensu. vtriusq; partis.& sic per viā prorogatiōis: certè sufficit cōsensus emptoris.vt colligit ex litera:quia hoc nō ex vi ,progationis:sed rōne dependentiæ: & sic etiā inuitis mandatoribus pōt de hoc cognoscere.imò & perviam executiuam ,procedere.quia illa sunt sibi nota vt iudici:& quo officio compellit emptorem ad soluendum fisco.eodem & mandatores ad sibi refundendum.ar.in d.l. minor.in fi.prin.poterit etiam via ordinaria per actionem mandati recuperare.vt l.si quis cū procuratorio post prin.ff.de ,pcu.

LEX V.

1 AD fiscum † In tex.ibi. [rationalis].i.,procurator cæsa. & intellige hoc in loco vbi talis ,procurator est. vt contingat in ciuitate Romana, & Constantinopolitana,vbi princeps consueuerat residentiam facere, sed in prouincijs in quibus non est præsentia talis procuratoris,præses fungitur vice eius.& ad cognitionē eius pertinent.ita habetur in tex.& glo.j.de bonis vacan.l.si vacātia. lib.x.& ibi vide Bar. qui dicit q omnes leges dicentes ad procu
2 ratorem cæsa.pertinere.debeant limitari per illam l.† In tex.ibi. [concussionibus prohibendis.] aliās punitur procurator cæsaris.vt j.eo.l.vniuersi.si exigat illa quæ exigere non debet.

LEX VI.

1 SI quis.†Procurator cæsaris cognoscit etiam inter duos priuatos, quando alter ipsorum, vel ambo sunt conductores bonorum cæsaris. hoc dicit. cum l.seq.secundùm Albe. quòd conductor bonorū ecclesiasticorum possit à suis creditoribus conueniri coram episcopo.Item l.sequens est argumen.quòd si est conuentia de feudo inter duos hæreditarios:dominus debet esse iudex inter eos. Quid si inter feudatarium,& alium? vide in vsibus feudo. in titu.de controuersia inter vasallum & alium de beneficio.

LEX VIII.

1 CVm aliquid.† Leges præcedentes loquunt in causa ciuili,ista in criminali. & vult q colonus principis in causa criminali conueniatur coram præside,presente tñ procuratore cęsaris.

LEX IX.

1 NIuersi.†Hic ponitur procurator cæsaris magna pœna si faciat concussiones indebitas, & dicit Guli. de Cu.q quidam procurator regis Franc. pro concussionibus factis accusabatur ad pœnam

pœnam ignis per istam l.& quod ipse defendit eum.dicendo q cùm ipse esset illustris.vt ś.eo.l.si quis aduersus.nullus alius inferior à rege poterat eum condemnare.vt ś.titu. ij. l. quoties. & q ista l.debet intelligi de ministris ipsius procura.vt sunt baiuli,& exactores:aliās contradiceret illa l.quoties.

LEX X.

1 NVllum.†Officiales procuratoris cæsaris in causa ciuili debent conueniri coram ipso ,p curatore. Sed in causa criminali coram præside. hoc dicit. Sic videmus in scholari qui conuenitur coram
2 rectore in causa ciuili,[a]sed in causa criminali coram potestate:vt no.in authen.habita.j.ne filius pro parte.

Quando liceat unicuique sine iudice se uendicare ob publicam deuotionem. *Rubrica.*

2 ☞ *Quòd udeat statutum disponens,ut licitum sit occidere uel offendere bannitum.*

3 *An permittendo offendi bannitum,uideatur permissum quod possit occidi.*

Si aliquis fecit pacem cum inimico:& promisit eum non offendere sub pœna,& postea ille fuit bannitus,an poterit eum impunè offendere ex forma statuti, ut non teneatur de pace rupta.

4 *Statutum quòd uulneratus ab aliquo, uel percussus possit propria authoritate & uulnerantem uel percutientem simili uulnere uel percussione offendere, quod poterit talis huic suo fauori renunciare.*

5 *Si aliquis minatur alicui quòd ipsum interficiet, uadat per quancunque uiam, & uult quod ille possit præuenire: & illum impunè occidere, si erat talis qui consueuerat minas suas mandare executioni.*

6 *Vbi per legem uel statutum permittitur offensa non est licita defensio.*

LEX I.

1 IBeram.†Visum est in præcedentibus coram quibus iudicibus possit quis ius prosequi suum:in isto tit. ponuntur casus in quibus non expedit q aliquem iudicem adeat, sed propria authoritate pōt ius sibi dicere.etiam occidendo, scilicet in nocturno depopulatore agrorum,& in robatore seu in latrone stratarum,& in desertore militiæ.Nam licitum est tales occidere,& etiam capere:nec illis est licita defensio,& si in captura se defendāt possunt occidi im
2 punè.& hoc est introductum ob publicam vtilitatem.† Et ideo dicunt doc. per istas ll. valere statutum quo cauetur vt licitū sit
b occidere,vel offendere bannitum.[b]quia concernit publicam vtilitatem. videbatur contrarium. quia permittit homicidium: sed sicut permittitur iudicibus & ministris reipubli. ita promittitur cuilibet priuato.quia in hoc sunt ministri reipublicæ.† An autē permittēdo offendi bannitum,videatur permissum q possit occidi.doc. videntur tenere q sic. quia appellatione offensæ venit occisio.& hoc cōsuluit Bar.in consi.quod incipit.Statuto castri plebis.Illā q.plenè disputat Gandinus circa fi.operis sui.& Ioā. An.in addi.Spec.titu.de consti.super rubri.Alij distinguunt an sit bannitus pro maleficio ex quo imponitur pœna mortis,&ve rum sit hoc.an pro causa pecuniaria.& tūc secus.sed communiter videtur teneri contrarium.si statutum dicat q bannitus à cētum libris suprà possit impunè offendi.quia hoc fit vt timore huius veniat ad soluendum sicut videmus in excommunicatione: quæ dicitur medicinalis.vt timore eius quis veniat ad obedientiam:& quia(vt dixi)tale statutum concernit publicam vtili.cui quis non potest renunciare.vt l.ius publicum.ff.de pac. disputauit Bar.in q.quę incipit.Lueanę ciuitatis &c.& determinauit q
c si aliquis fecit pacem cum inimico,[c]& promisit eum non offendere,si postea banniatur:vel est bannitus,q possit postea per statutum offendi bannitus, nō obstante pace & promissione facta poterit eū offendere: nec tenebitur de pace rupta. nec incideret in pœnam.vide quod no.Ioā.An.in c.frustra.de regu.iur.l.j.lib. vj.in mercurialibus.Bal.no.in l.accusatio.ś.quod me. cau. dicit hoc esse verum quando fauore publico statutum hoc permitteret.vt est quando permittit etiam cuilibet nō offenso à bannito.
4 sed si permitteret fauore priuato,vt ¶ in statu.florentino. quo cauetur q vulneratus ab aliquo, vel percussus possit propria authoritate q vulnerantē vel percutientē simili vulnere vel percussione offendere.nā hoc censet facere statutū potius in fauorē offensi. vt habeat suæ iniuriæ vltionē:quā fauore publi.& tūc poterit huic fauori suo renuntiare.l.si quis in cōscriben
a do.ś.de pac.ideo faciendo pacē,& promittendo nō offendere:non poterit postea vti beneficio statuti.Tene menti.quia subtili
b ter imaginatus est.& ibi oīno vide per eū.
5 †Per istū tex.ibi dū dicit.[minabatur.] videtur dicere Bald.q si aliquis minatur alicui q ipsum interficiet vadat per quācūq; viam.vult q ille possit præuenire,& illum impunè occidere.per rationem quę hīc ponitur.[melius est enim &c.]hoc est pericu
c losum dictū:nā homines frequenter ex ira cundia vel superbia prorūpūt ad talia verba,& tñ non facerēt.ideo melius est distinguere an sit talis qui consueuerat suas mīnas executioni mandare, & tunc, verum dicit Bald. aliās secus ar.in l. famosi. §.ij.vel iij.ff.ad l.iul.maiest.vbi habet q lubricū linguæ nō debet facilæ ad pœnā trahi. Vidi tamen semel fuisse factū.quia:quidam bonus ciuis & apothecarius cū haberet verba cū quodam,ex iracundia dixit ego faciam te suspendi & vadas per quancūq; viam velis.ille in paucos dies cū reperiret ipsum in horto interfecit ipsum.caueas ergo à talibus verbis si prudenter vis viuere:& non mineris alicui vnquā de offendo ipsum quia scribitur in marmore,& in medio pectoris. Nor
6 eriam in l.seq.† q vbi per l.vel statutum permittitur offensa, nō est licita defensio.ideo si quis vadat cā capiēdi bānitum pro pecunia,& bannitus se defendat,& illum interficiat,licet primò esset bannitus pro pecunia,nunc bānietur in personam.quod nō esset si defensio fuisset licita.ad hoc ś.de his qui ad eccle. confu. l.si seruus.in fin.& quod not.Bald.ś.de insa.l.decuriones.

De inofficioso testamento. *Rubrica.*

1 Postquam vidimus de iudicibus,coram quibus causæ sunt tractandæ.sequitur videre de ipsis causis.sed quia causæ vtiles digniores sunt,& maiores quàm particulares.vt est petitio hær. infra de petī.hære.l.fi.volens ab illa incipere permittit istum titulum.in quo tractatur de querela inoffi.testam,quæ intentatur per filium exhæredatum contra hæredem scripturā,& per eam irritatur testamentum:& etiam aditio hæreditatis. & hæreditas deuoluitur ad causam intestati,& sic aperitur via petitionis hæreditatis ab intestato.vnde est præparatoria petitionis hæreditatis,E atequā filius in ea obtineat,non habet petitionem hæreditatis.nec eam intentare potest sicut & tit.ad exhi.vel actio ad exhibendū est præparatoria rei ven.l.ad rem mobilem.ff.de procu.

2 ☞ *Petitio hæreditatis directa contra quem detur? & quid de utili?*

An petitio hæreditatis directa uel utilis,sit idem quòd querela?

3 *Querela quando datur contra fideicommissarium uniuersalem post restitutam hæreditatem,si fortur sententia super querela contra testamentum:& sic rescinditur: & nūc uult exhæredatus intentare petitionem hæreditatis contra fideicommissarium possidentem,an illa petitio erit utilis,uel directa?*

4 *Hæres si fuit grauatus restituere partem hæreditatis,& ita restituit:an si actum est contra fideicommissarium,& obtentum,sententia præiudicabit hæredi in parte quæ sibi remansit?*

Quid econuerso,si actum est contra hæredem?

5 *An ista lex hodie non procedat per auth.ex causa,qui rupto testamento per querelam legata & fideicommissa firma permanent:licet rumpatur directa institutio.*

LEX. I.

1 CVm de inofficioso.† Contra fideicōmissarium vniuersalem qui bona possidet,datur querela inofficiosi testamēti.qua,plata cōtra eūdē datur petitio hæreditatis: tanquam contra possidentem pro hærede:vel pro possessore.hoc dicit.Sed ante eam prolatam i dest antequam sit sententia rescissoria testamenti,non possidet vel pro possessore habetur.quia ille qui taliter possidet, non est hæres licet reputet se hæredem:ideo datur contra eum petitio hæreditatis.quæ non daretur si esset verus hæres cum illa actio detur vero hæredi contra illum qui non est verus hęres.sed possidet tanquam verus hęres vtiliter tamen. quia per restitutionē hæreditatis transeunt vtilia.& fideicommissarius loco hæredis habetur.vt l.si filius.ff.quod cum eo.ideo nō datur petitio hæ-

¶ Causa ciuili. Adde Fräci.pauli. i tracta. de pāre capituli sē de va.in x.q.ij.pus.

[a] ¶ Bānitū. Adde Nel lū in trac.de bānitis vbi diffusè: & an possit offendi qñ ap pellauit? vide p Bar. in l.ij.ś.si seruꝰ ff.de acqui pos.in l.j.ff.nil no.app.interpo.& i l.qui à latronibus.in ś.si qs.ff.de testa.

[b] ¶ Inimico. Adde qd si feci pacē cū titio & ,pmisi eū nō offendere subcerta pœna.qd si consanguineus offendit eū, an dicī? Titius incidit i pœnā? vide Pet.de anch.in c.sciāt cūcti de elec.li.vj. Ant. de Bu.& Io.de imo. in c.ij.de renun.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed rescisso testamẽto desinit esse hæres.etiam vtiliter: & incipit tenere pro hærede, vel pro possessore. & ex tunc incipit contra eum cõpetere peti.hęre.vt in ij.dicto huius legis.in ver.[vt perinde.]& primò loquitur de querela postea de peti.hęre.& exponitur.[perinde].i.exinde secundũ glo.ad quã veniamus.† Præmitte q habemus peti.hære.directam: quæ datur contra illũ qui prætendit se habere iura directa & vtilem.quę datur contra illũ qui prætendit se habere iura vtilia.puta iure fideicommiſſi. Item præmitte q quidam antiqui(vt Guarnerius)tenuerunt qđ peti. hære.directa vel vtilis,idem sit cum querela,vel econuerso quę rela est eadem cũ peti.hære. Item q intentando querelam,cęlea tur quis intentare peti.hære. quia apparet q vult hæreditatẽ habere,sicut in simili.quæ intentat bo.pos.contratab. ad rescindendum testamentũ,censetur intẽtare bo.pos. vnde liberi ab intestato:vt l.cum quidem.ff.de bo.pos.His pręmissis quęritur de duobus.primò quæ erat ratio dubitandi in hac l.glo. primò respondet secundũ prædictos.q peti.hære.non datur contra titulo possidentem.vt l.hæreditatem.j.in qui.cau.ces.lon.tem.præscri. sed si fideicommissarius vniuersalis habet ti.testamenti.ergo contra illum non datur peti.hære.Et si sic est:ergo non potest intentari contra illum querela:quia censeretur intentata peti.hære.tamen contrarium est.quia ille ti. habetur pro non ti.ita dixerunt antiqui:sed quia habeatur pro non titulo glo.sequens ma. post prin. in ver.[sed contra primam.]volendo sustinere dictam opi. antiquorum.q querela & peti.hære.sint idem:& q intentando querelã censeatur intentata petitio. respondet secundũ eos ad dictã oppo.verum esse q peti.hære.non datur contra possidentem.ti. f.particulari in vna re.vel in aliquibus: sed contra possidentem vniuersali.vt contra illum qui emit totam hęreditatem ad alium quã venditorem pertinentem.si erat malęfidei.vt l.nec vllam.§. j.ff.de peti.hære.& si maiorem partẽ hæreditatis. Iste autẽ fideicommissarius habeat ti.vniuersalem. & debet intelligi ista l.quãdo erat malæfidei:quia sciebat testamentũ esse inofficiosum: merito cõtra ipsum põt dari peti.hære.quia ti.habetur pro nõ tit.sicut in gbuidam aliis.casibus Breuiter diuinatio est dicere q hic erat malæfidei.Itẽ falsum est q peti.hære.& querela sint idẽ: cũ habeant diuersos terminos & tractatus:vt l.si idem.j.de cõdi. Itẽ falsum est q intentando querelam,censeatur intentata peti.hęr. quia querela datur exhæredato:qui non est hæres, contra illum qui est verus hæres.nam testamentum inofficiosum valet mero iure.& ex eo potest hęreditas adiri.& contra verũ hęredẽ datur querela l.si non mortis.§.fi.ff.eo.datur ergo ei qui non est hæres contra verum hæredem.Sed peti.hęre.econuerso datur ei qui est verus hęres.aliãs enim non haberet eam,sicut & rei vend. datur ei qui est verus dominus.Item contra eum qui non est hęres,vel non est dominus, sed reputat se hęredem: vel dominum.& hoc important illa verba possidere pro hęrede:vel pro possessore:nõ q sit verus hęres:cum ergo ante sententiam latam in querela,& sic antequã sit rescissum testamentum non sit hęres: non est sibi nata peti.hęre.ergo non potest dici q intentata querela censeat intentasse peti.hęre.& hoc prosequere per gl.pleniùs in l.qui de inoffi.test.ff.eo.dicit tamen ibi glo.in fi.not.q si expresè,& sub conditi.deduceret peti.hęre.procederet libellus. puta peto testamentum rescin.quo facto peto pronunciari hęreditatem ad me pertinere. secus si simpliciter & purè.& idẽ si videtur tacitè intentata.secundũ prędictos.quia censeretur iure intentata. quod fieri non potest expresè.ergo nec tacitè.respondeo ergo ad dictã opi.secundũ glo.ibi:quod non placet: imò aliud prorsus est querela &c.& ibi dum dicit:& hoc expone &c. quod fideicõmissarius vniuersalis bene habet titulum antequã sit obtentũ in querela. & iste titu. non impedit intentari querelam. quia illa semper datur contra habentem verum titu.& habentem ius in hæredita te.sed postquã est obtẽtum in querela,ille titu.est rescissus. & ex tunc contra eum datur petitio hæreditatis:quia possidet pro hærede.id est tanquã hęres.cum tamen non sit.& hoc vult iste tex. in fi.& sic non simul competunt istę actiones. & eo tempore cõtra eundem:sed successiuè vna post alteram.& exponitur.[perinde].i.exinde.Sed nunc redeundo ad prin.glos. & retenta opi. antiquorũ.quia tex.in illo ver.[vt perinde.]videtur facere quãdam similitudinem de vno casu ad alium : quæritur quis sit ille casus:ad quem per similitudinem respõdent illi antiqui.s. ad casum quo querela & directa peti.hære.daretur contra hæredem directum:quia clarum est quod potest dari.& sicut tunc querela,& peti.hære.directa sunt idem, & intentata querela censetur intentata peti.hære.contra illum qui est verus hæres,& possidet pro vero hærede,& sicut daretur peti.hęre.directa contra illum qui non est hæres,sed possidet tanquã directus hæres,& sic pro hærede,vel pro possessore.ita & in casu nostro contra fideicommissarium vniuersalem qui est vtilis hęres. Breuiter istę sunt ambages.& ista glo.satis ineptè recitat opi.antiquorum.patet tamẽ declarata per prędicta.† Nunc extra glo. quęritur primò quando querela datur contra fideicommissariumvniuersalem post restitutam hęreditatem:vt in casu huius l.in prin.si fertur sentẽtia super querela contra testamentum, & sic rescinditur,& nũc vult exhęredatus intentare peti.hęre.contra fideicom. possidentem,an illa petitio erit vtilis:vel directa:glo.iste secundùm antiquos tenent q sit vtilis.Item Guli.de Cu.dicens q per sententiã prędictam rescinditur titu. quem habet fideicommissarius: non ille titu.qui remansit apud hęredes:quia etiam restitutione facta remansit hęres directus,& fideicommissarius est vtilis. ergo nõ potest filius plus consequi per rescissionem quã esset apud fideicommiſſ.sed apud eum non erant nisi iura vtilia:ergo &c.Bal.videtur sentire q rescindatur etiam titu. qui remansit apud hęredem: quia fideicommiſſ. effectus est procurator in re sua. ista ratio parum concludit: & plus dictum Guliel. quia sententia lata contra fideicommiſſ. qui habet causam ab hęrede, non prędicat hæredi.sicut lata contra successorem singularem non præiudicat actori:vt l.si à te.§.j.vel ij.ff.de excep.rei iudi.sed econuerso sententia lata contra hæredem ante restitutionem hæred. vel post,& cùm querela fuisset intentata,aut postea facta, restitutio præiudicaret fideicommissario.& omne ius in ipsum transit: tamen resoluitur.tex.est singu.in l.si patroni.§. penul. qui incipit. actiones.ff.ad Trebel.& tunc acquiret peti.hære. directam tam contra fideicommissarium possidentem, quã contra quencunq; alium.secundũ Guli.de Cu.qui subtiliter loquitur: sed si querela foret intentata contra hæredem scriptum post restitutam hæreditatem, sententia lata contra hæredem non faceret præiudicium fideicommissario,vt l.facta.§.si hæres.eo.titu.& argu.eorũ quę habentur in l.si superatus.§.fi.ff.de pig.& l.preses.j.eo.† Sed ponamus q hęres fuit grauatus restituere partem hęreditatis,& ita restituit.quæritur si actum est contra fideicommissarium,& obtentum:an sententia præiudicabit hæredi in parte quæ sibi remansit:dic quod non.vt ŝ.dixi. sed econuerso si actum est cõtra hæredem,& obtentum, an sententia præiudicet fideicommissario in parte restituta:distingue vt ŝ. dixi de tota. an fuerit actum post restitutionem,vel ante.† Vltimò videtur q ista l.hodie nõ procedat per authen.ex causa.⁂j.de libe.præte.⁂quia rupto testamẽto per querelam rumpitur directa institutio, sed legata & fideicommiſſa tam particularia quàm vniuersalia firma permanent per illam authen.ergo contra fideicommiſſarium non potest intẽtari querela:nec peti.hære.quia & si exhæredatus egisset querela contra hæredem,& obtinuisset hæreditatem,tenetur restituere fideicommiſſ.vniuersali virtute illius authẽ.ergo si fideicommissarius possidet,nõ potest ab eo auocare:vt in regula cui damus.Breuiter secundùm Bal.verum est.nisi ratione legitimæ quàm posset retinere filius exhæredatus si egisset contra hæredem,& obtinuisset.Nam eodem modo si post restitutionem hæreditatis vult agere contra fideicommissarium querela, & post victoriam petitione hæreditatis,& legitimè consequatur, poterit.Et ista opinio.est valde substantialis:& miror quòd nec Cy. nec Bar.eam fecerunt nec glos.

2 ☞ *Bonorum possessio causa litis agnoscendæ qualis sit? & propter quid fuerit introducta,& quis sit eius effectus?*

3 *An hodie ista bonorum possessio gratia litis agnoscendæ sit necessaria? cùm emãcipatus hodie admittatur ad similitudinem filij in potestate.*

LEX II.

1 VANUIS.† Per bonorum possess. causa litis agnoscendæ intentatam & obtentam per filium emancipatum exhæredatum, volentẽ agere querela,non obtinet hæreditatem.nec eam à scriptis hæredibus potest auferre:quia non tribuit ius:sed aperuit viam querelæ: ideo necesse est postea querelam intentari: & post querelam petitionem hæreditati.hoc dicit.tex.cum glo.de qua bonorum † possess.causa litis agnoscendæ.dic vt ff.eo.l.posthumus.§. fi.ad

fi.ad l.se.& qualis sit,& ꝓpter quid fuerit introductã: & quis sit eius effectus.gl.hoc declarat.& cõiter doc.vident ea seg.sed potius eã sequit̃ Cy.qui aliter & subtilius intellexit,& credo q verius.tamen cõmuniter.& etiã Gui.de cu.sequitur gl. veniamus ad casum retẽto intellectu.gl.ponit vsq; ibi.[Alij dicunt.]& rejectis alijs quæ postea sequuntur.† in gl.quæritur an hodie ista bonorum pos.gratia litis agnoscendæ sit necessaria: videtur qđ non.quia emancipatus hodie per Iustinianũ cognoscitur.& admittit̃ ad similitudinem filij in potestate,tam de iure.C.vt l. meminimus.infra de legi.hær.quàm de iur.auth.quo iublato iubla ta est differentia emancipationis & ꝑiæ potestatis. vt in authẽ. de hæredi ab inte.si cognoscitur ab inte.de iur.ci.ergo & contra testm̃:vt possit ipsum querelare.si fuit indebitè exheredatus:absque eo q obtineat licentiam à prætore viuo per bo. pos. gratia litis agnoscendæ.Gui.tamen de cu.tenet contrarium.per l.præcipimus.de app.infra quia q nõ mutatur,stare non prohibetur. & per iura noua & nouissi.non corriguntur vetera.nisi in causa intestati.non ex testõ:vel cõtra testm̃:seu qñ est factũ testamẽtũ: & hoc dicit gl.alibi.in l.si emãcipati.j.de colla. Posset tñ dici cõtrariũ.per id q no.Bar.in l.gallus.§.& quid si tm̃.ff.de li.& post. nã si verũ esset q dixi,sequeret̃ q habens filium emancipatum & nepotẽ ex eo in ptate retentũ,si instituret emãcipatũ:& præteriret nepotem,testamentũ esset nullũ.sicut olim erat.vt d.§. & qd si tãtũ.& tamẽ nepos in successiõe intestati nihil haberet: qa pater suus sibi præferret̃.postẽ hodie cognitus est de iure ciuili cuius cõtrariũ determinat ibi Bar.nã cã testati regulat̃ ad cãm intestati:vt l.maximũ vitiũ.circa mediũ.j.de lib.præte.& hoc minus placet superflua est ergo hodie illa bo. pos. sicut & plures aliꝙ.de qbus dic vt l.certũ.j.vñ cog.Pe.aũt dicebat q illa bo.pos. nõ impetrabat̃ ad hũc finẽ:vt posset intẽtare querelam.& vt cognosceret̃ de iure ci.qa remediũ prętoris.nõ habet hoc cõe cum remedio iuris ciuilis:nec ꝓpter illud ius ciuile magis cognoscit: vñ licet emãcipatus de iure ver.obtineret bo.po.vñ liberi,nõ ꝓpterea efficiebat hẽs de iur.ciui.sed dicit ipse q impetrabatur ad aliũ finẽ:qa si emãcipatus obtinebat in quærela, & rescindebat testm̃:nõ ꝓpterea efficiebatur hęres suus & necessarius. sed erat merè volũtarius:& si volebat hæreditatẽ,habebat petere bo.po. vñ liberi:qa ergo poterat reddere patrẽ intestatũ intẽtãdo quẽrelã,& rũpẽdo testm̃,& postea nõ petẽdo bo.pos. vñ lib. imò non solũ intestatũ,sed fortè etiã sine hærede.si nullus alius esset propinquus q vellet hæreditatẽ:& hoc est valde odiosum & vitupe rosum vt qs decedat sine hærede.fuit introductũ vt si volebat intẽtare quærelã,debeat se obligare ad capiẽdũ hæreditatẽ ab in testato:& sic petere bo.pos.gratia litis agnoscẽdę:qa dicit̃ potius vñ liberi.licet adhuc sibi nõ cõpetat añ per datã quærelã, sic & nõ videt̃ q possit implorari.tñ ius ꝓmittit q possit, & q teneat̃ eã implorare.tñ nõ habebit effectũ quousq; postea obtineat in quærela:& tũc incipiebat habere effectũ:& efficiet̃ hæres ab intesta.de iure præto.Et tũc poterit auocare hæreditatẽ à scripto hærede ꝑ bo.pos.hẽditatis petitiõe.Ista fuit imaginatio sua.cõtra quã tñ facit.qa ĩ exhæredato à matre eadẽ rõ est.qa rescisso testamẽto efficit̃ suus & necessarius.& est in volũtate sua an postea velit hæreditatẽ,vel nõ.& tñ nõ reperit̃ q si vult agere quærela, debeat se obligare ad capiẽdã hæreditatẽ:tõ trãseamus cũ cõmuni intellectu.sc̃m intellectũ Pet.eadẽ rõ esset hodie q olim. & sic ista bo.pos.esset necessaria:qa licet emãcipatus hodie cognoscat̃ de iure ciuili.ad similitudinẽ filij in ptate,nõ tñ est suus & necessarius:sed merè volũtarius hæres.põt tñ adhuc de iure ci.q olim non poterat:sed habebat necesse venire per bo.pos.infra tẽpus debitum:sed aditio potest fieri perpetuò.vt no. in l. licet. infra de iure deliberandi.

8 *Quod unus hæres non teneatur alteri per actionem ex testamento dare partem suam cùm quilibet accipiat à seipso:non à cohærede.*

Quo iure iste posthumus petere poterit suam uirilem portionem?

LEX III.

1 SI mater.† Ista l.ponit vnum casum singularem, quí nõ reperitur alibi. in quo filius præteritus habetur pro instituto authoritate huius l.quando tria concurrunt.s.q sit prætẽritus à matre,& q mater ignoranter prætẽrijt, nesciens se illum filium debere habere. & postquã sciuit,non habuit tempus mutandi testamentũ. quia mortua est in puerperio. quo incepit ipsum habere. & tertiò q in testamento fuerint instituti alij filij:secus si extranei cõcurrentibus ergo prædictis tribus habetur.pro instituto in virili portione hæreditatis.quia erant duo filij instituti.& venit prætẽritus. posthumus.qui natus fuit, habebit tertiã partẽ hæreditatis alias duas tertias diuident instituti inter se. vel equaliter, si equaliter fuerũt instituti:vel inequaliter.si iequaliter instituti fuerũt: vt ff. de vul.& pu.l.qui cum plures.deficiente autẽ aliquo istorũ non habeẽ pro instituto.sed pro prætẽrito, & per cõsequens pro exhæredato iure isto.sed † hodie prætẽritio materna facta sine causa nõ habetur pro exhęredatione sed reddit testamentũ nullũ:vt no.per glo.in aut.de hære.& fal.§.exhæredatos rũpetur testamẽtum agnatione posthumi prætẽriti,sicut rũpitur testamentũ patris.ff.de inia.test.l.posthumorũ.in † prętẽritione autem paterna non habet locũ ista l.vt prætẽritus habeatur pro instituto : etiã si fuit ignoranter prætẽritus:nec pater habuit tẽpus mutandi testamentũ:vt l.militis codicillis.§.miles in supremis.ff.de test.mi. & quod no.in l.vxorem.ff.de manu.testa.in glo.& fundatur prouisio huius l.in triplici fauore. ſ. fauore testamẽti. ne testamentum rumpatur per querelam. Item filiorũ instititorũ. Item filij prętẽriti non excludantur ab hęreditate materna.Item & quarto in facto materno.quia non habet tẽpus mutandi testamentũ.quod si habuisset,verisimiliter prouidisset.† Sed pone q prętẽrijt filium 4
iam natum,quẽ credebat se nõ habere,sed fore mortuum: an habebit locũ illa lex,vt habeat̃ pro instituto. si instituit alios filios. videtur q non.quasi sit ſpeciale quãdo mortua est in puerperio. contrarium sentit glo.ordinaria.in l.cũ mater.ff.eo.in glo.j. Item pone q constat de intentione matris q noluit aliter prouidere, puta q sibi fuit dictum q prouideret circa testamentum quod fecit:& ipsa respondit quod non curabat : sed volebat stare sicut stat:& statim mortua est.tenet hic Guli.de Cu. q iste filius non habetur pro instituto:& poterit intẽtare querelã:quia ista lex nõ ponit præsumptionẽ iuris & de iure.contra quã non admittitur probatio in cõtrarium.sed iuris tantũ:sed in incertis nõ certis locus est cõiecturis.l.cõtinuus.§.cũ ita.ff.dever.obli.secundũ hoc difficile est istã l.sustinere.nam licet fortè tempore testa.nõ esset prægnans,vel esset:tamen nõ credebat,negari non põt quin añ partũ vel prope partũ sciret se prægnantẽ:& sic habuit tẽpus mutandi testamentũ: & tamen nõ mutauit ergo videt̃ sibi imputandum.quod tñ ista l. non cõsiderat.sed dũtaxat an post natiuitatẽ habuerit tẽpus mutandi,vel nõ secundũ Guli.an noluerit mutare,vel sit dubiũ.Bal.format illud dubiũ.& nõ soluit: sed dicit cogita.põt dici q ideo nõ cõsideratur tẽpus anterius.quia licet sciret se prægnantẽ,ignorabat tñ an salua deberet parere. quia paucæ sunt quæ nõ dubitẽt de tali casu.& q ignorabat an esset partura masculũ,vel fœminã.vel aliter vellet,puidere circa masculũ,& aliter circa fœminã:ideo nõ est curãdũ de tẽpore anteriori. & sic habet locũ etiã in illi quæ tẽpore testamẽti sciebat se prægnantẽ:vel etiã ignorabat sed postea nõ potuit,nisi sciret. & ista declarãt hãc l. In gl.j.ibi.[illud in maribus.] ſ.testatoribus. quia prætẽritio patris de filio in potestate,nõ habetur pro exhæredatione.& ideo reddit test.nullũ:si erat iam natus.sed si natus non erat,nõ reddebat nullũ à prin.vt l.ij.§.j.de iniu.te.sed nato post humo rũpit̃ testamentũ ipso iure:& sic nõ est necessaria querela inofficiosi.sed prętẽritio mrna habebaẽ olim pro exhæredatiõe. vt insti.de exhæ.li.§.mr̃.& sic test.nõ reddebaẽ nullũ. & sic erat necessaria querela.eodem modo si nõ erat natus,nasc̃do postea non rũpit ipso iure:sed habet querelã.vt hic post principiũ. Sed 5
† hodie prętẽritio materna sine causa reddit test.nullũ.si tñ cum causa. Idẽ hodie q olim. vt ŝ.dixi. Quæ aũt sit ratio diuersitatis inter prætẽritionẽ paternã.& maternã.dic vt no.Bar.in l.in suis. ff.de lib.& posth.quia dñium rerum maternarũ non transit ipso

2 ☞ *Prætẽritio materna facta sine causa hodie non habetur pro exhæredatione:sed reddit testamentum nullum.& nu. 5.*

3 *Prætẽritus à patre,quòd non habeatur pro instituto,etiam in casu legis.& nu.4.*

4 *Mater si prætẽrijt filium iam natum quem credebat se non habere, sed fore mortuum: an habeat locum ista lex,ut habeatur pro instituto,si instituit alios filios? Quid si constat de intentione matris,quòd noluit aliter prouidere?*

5 *Ratio diuersitatis inter prætẽritionem paternam,& maternam.*

6 *Si mater in testamento instituit unum de filijs iam natis in octo uncijs,& alium in quatuor uncijs,quantum habebit iste posthumus prætẽritus?*

7 *Si filium iam natum instituit in legitima tantum,& extraneum in residuo,an iste posthumus habeat querelam contra extraneum,& totum sibi auferat, & diuidat inter se & fratrem?*

a emancipato non cōputetur in legitimā? niſi ſit dictum, non tñ puto ſecundū dictum eſſe verū. videlicet q̄ facta filio in poteſtate quę morte confirmatur, computetur etiā ſi non ſit dictū: imo dico q̄ requiritur q̄ ſit dictū ſi à principio ſit valida. & ille text. ſimpliciter loquitur tam de facta filio emancipato, quàm filio in poteſtate, & etiam per tex. in l. ſi non mortis. ff. eo. quæ nō diſtinguit. Item per rationem: quia non confertur. ita videtur notari per glo. in l. illud. j. de colla. tamen non ſufficit hodie dediſſe filio tit. donationis inter viuos, vel cauſa mortis, ad hoc vt valeat teſtamentum: niſi aliquid fuerit relictum iure inſtitutionis: & tūc talis donatio imputabitur ſi fuit dictum: ſed ſi dictum non fuit, non imputabitur: ſed habebit eam prærcipuam. & petet ſibi ſupplerī legitimam de aliis bonis. & ita videtur notari. in l. filiū quę habentem. j. fami. ercīſ. nam glo. in l. illud. vult q̄ licet ſimplex donatio aliquando conferatur: vt quando eſt facta filio emancipato: vt in l. vt liberis. in fi. j. de colla. non tamen vnquā in legitimā

b computatur. niſi fuerit dictū expreſsè. Item videtur hic text. 6 q̄ ſi filius poſt mortem patris acceptat relictum ſibi factum, quod ad legitimam nō ſufficit: & facit pactum hæredi de amplius nō petendo: nihilominus poterit petere ſupplementum: quia pactū debet reſtringi ad illud quod receperit. vt illud amplius non petat: non autem extenditur ad id quod non recepit. Sed quid ſi di ceret quòd promittit plus non petere: videtur Bald. tunc idē ſentire. mihi videtur q̄ tunc non poſsit amplius petere: aliàs illud verbum plus non importaret aliquid: nō enim poteſt referri ad id quod recepit. quia verba non patiuntur, ſed ad id quod non recepit. quod eſt plus. i. vltra illud quod recepit. Sed dicendo amplius non petere, congruè poteſt reſtringi ad id quod recepit quia fortè plures petiſt extra iudicium: ſed nunc promittit amplius non petere. Item quid ſi pater appoſuit in relicto iſtā clauſulam, q̄ nihil plus petere poſſet? dic adhuc habere locum iſtum tex. vt ſimpliciter petendo non videatur renuntiaſſe iuri agendi ad ſupplementum quia pater illam clauſulam apponere nō potuit in prę iudiciū filij: vt in auť. vt cum de ap. cog. §. cæterū, ſimpliciter ergo acceptando non cenſetur approbaſſe illud quod à iure erat improbatum. & quod apponi non potuit, & hoc ſentit hic Bald. no. licet in contrariū faciat. c. officij. extra de teſta. ſed dic q̄ cenſetur approbare illud quod fieri potuit. nō autem illud quod de iure fieri non potuit, ſed quid ſi dixit ſi amplius petierit, cadat à dicto relicto? videtur quod teſtamētum per hoc redatur nullum: quaſi filio nihil videatur relictum ſi plus petat. cō trarium dic fauore teſtamenti quòd nec illud pater apponere potuit per ea quæ no. Bart. in l. j. ff. de his quæ pœ. no. & hoc etiam 1 ſentit hic Bald. Et conclude ſecundùm Guil. de cu. ff. de tranſac. l. de his. quòd non cenſetur filius renuntiare legitimæ: niſi hoc expreſsè dicat. & ſic non cadit in generali renuntiatione. & ita intelligit iſtum text. ſed ego limito ſecundùm ſuperiora: quia ſi renuntiatio fit in ipſa receptione eius quod eſt relictum pro legitima, & diceretur promitto amplius non petere: licet non dicret expreſsè rationem legitimæ, vel ſupplementi, deberet ita tamen intelligi ſecundùm naturam præ iacentis materiæ, ſuper qua factum eſt pactum. licet quídam videantur contradicere q̄ requiritur, quòd expreſsè dicat per iſtum tex. dum dicit [nō adiiciens vllam ſupereſſe ſibi de repletione quæſtionem.] & ibi 2 dum dicit. [quod contentus relicta vel data parte, de eo quod

4 deeſt. nullam habeat quæſtionem.] qui text. latis vrgēt. † Vltimò glo. fina. diīputat vnam q. ſi pater volebat inſtituere filium, & dixit filius quòd non inſtitueret: quia non intendebat habere ſuam hæreditatem: quæritur ſi ipſum non inſtituat, ſed prætereat, vel exhæredet, an poterit dicere primo caſu teſtamentū nullum & ſecundò caſu querelare? clarum eſt enim quòd ſi poſt mortem patris filius prætereitus approbaret teſtamentū: licet teſtamentū eſſet nullū, reconualeſceret de æquitate prętoria. vt in l. filio prętorito. de iniuſto teſta. An idē ſit ſi ab ipſo principio cō ſentit? videtur q̄ ſic: quia facilius impediť naſci ius impugnādi, quā natū tollať: & recōualeſcat id quod fuit nullū. arg. in l. patre furioſo. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. & qđ not. in l. ſi teſtm. ff. de teſta. In contrariū: quia plus operať conſenſus & renūtiatio facta poſt mortē, quā facta in via patris: vt in illo §. in fi. iūcto §. prędedēt. Breuiter dec. tenēt q̄ ſi pater ipſum prętereret vel exhęredaret nō inſerta aliqua cā, teſtm eſſet nullū, ſed ſi inſereret illā cauſam q̄ ideo nō inſtituit, ſed prætereť, vel exhęredauit; quia ſi

lius ipſe noluit inſtitui: valeret exhęredatio: a & teſtm. nec haberet querelā licet illa non ſit de cauſis enumeratis in §. cauſas. vt cum de app. cog. in auť. quia illæ cauſę locū ſibi b vendicāt qñ filius prętereret: vel exhęredaretur inuitus, ſed qñ volēs, hoc ſolū ſufficit pro cā legitima. argu. in l. nō putauit. §. ſi qs 5 ſua manu. ff. de cōtratab. † Vltimò quæriť. quid ſi bona ſua pater donauit cū cōſenſu filij: an pōt filius poſt mortē venire contra? dic per Cyn. j. ſi quid in frau. patro. l. ij. per Bar. in l. filius. ff. de ſolu.

a ¶Legitimā. Adde gl. & Bartol. in l. j. C. de ope. lib. & Barto. in l. vt iuriſiurandi. ff. eo.

b ¶Itē videtur hic tex. Adde ad hæc dicta eundē Paul. de ea in l. omnimodo. in princ. §. eo. Bal. in l. hac edictali. in ver. quā obſeruationē. j. de ſecun. nup. Ange. in l. iubemus. j. ad tre. & Ioā. de Imo. in l. quod de bonis. §. cū fideicommiſſum. ff. ad l. Falſid. Alex. de imol. in cōſ. lxix. col. ij. ver. ſuper ſecundo. in cōſ. cvij. co. pe. & in cōſi. cxxviij. in j. vo. in conſil. viij. in ij. vo. Et in cō ſil. lxxxiij. in iij. vo. Bar. in l. Papinianus. §. ſi cōditioni. ff. eod. tit. & Io. de ana. in cō ſil. xcix. Cur.

2 ☞Quando pater relinquit aliquid filio pro legitima, quod ad eam non ſufficit, licet dicat quod ſi non ſufficit, debeat ſuppleri. tamen ipſo iure, id eſt, ex diſpoſitione legis ſine diſpoſitione teſtatoris poteſt & debet peti ſupplementum.

3 Quando aliquid ſit ipſo iure, quod tamen debeat allegari.

3 Supplementum legitimæ debet fieri arbitrio boni uiri. Sicut falci. reſecat ipſo iure legata, ita & legitima filij.

4 Si pater inſtituat filium in re aliqua, uel iure inſtitutionis eā ſibi relinquat licet non potuerit hoc facere in prædiciū hæredis, ut teneatur de euictione, cenſetur inſtitutus in æſtimatione ipſius rei, nec poteſt filius dicere ſe prætieritum.

5 Quid ſi illa erat res propria ipſius filij? Quid ſi inſtituit eum in re quam putabat in rerum natura, & non erat?

6 Quid ſi erat in rerum natura, ſed poſtea deſijt eſſe?

7 Quid ſi pater poſtquam filio relinquit rem iure inſtitutionis, eā ſponte alienauit quòd filius non uideatur prætieritus.

8 Deſcendēs cui debebatur legitima ſi ſit inſtitutus uniuerſaliter in maiori portione quàm ſit legitima: & rogatus per fideicommiſſum reſtituere ſub conditione, uel ad tempus, quo uel qua adueniente reſtituat retenta legitima non cadit in fideicommiſſo, poteſt detrahere in legitimā de corporibus rerum hæreditariarum: nec computat in eam fructus interim perceptos.

9 Si detrahit legitimā & trebellianicā: an illi fructus computentur in trebellianicam?

10 Si pater relinquit filio tantum quod ſufficiat ad legitimam, in pecunia numerata, poteſt filius dimittere pecuniam, & habere in rebus hæreditarijs.

11 Supplementū legitimæ an debeat fieri duntaxat per hæredem, an etiam per legatarios?

12 Filius cui relictum eſt minus quam ſit legitima, ſi ſit ſubſtitutus legatario uel hæredi. an illud quod capit ex ſubſtitutione imputet ſibi in legitimam?

Quid in eo quod capit ex iure accreſcendi?

LEX XXXVI.

†Sí res filio relicta vel data pro legitima euincatur à filio: non propterea teſtamētum eſt nullum: quaſi nihil ſibi videatur relictum: quia ideo eius rei cenſetur relicta æſtimatio eius, ſed ad ſupplementum agendum eſt, ſi non ſufficit. Item de eo quòd eſt relictum pro legitima, non detrahitur falcidia: quia legitima plus eſt debita filio, quàm falcidia ſit debita hæredi. Item ſupplementum legitimæ debet fieri de ipſis rebus hæreditarijs. & illa quæ aduentitio lucro veniunt, in eam non imputantur. hoc dicit vſque. §. cum autē. & ſic tria dubia in effectu declarat circa præſentem materiam: & ad ſupplementum l. omnimodo. ſuprà eo-

2 dem. veniamus ad caſum. † Not. in principio quòd quando pater relinquit filio aliquid pro legitima: quod ad eam non ſufficit: licet dicat quòd ſi non ſufficit, debeat ſuppleri: nihilominus ipſo iure, id eſt, ex diſpoſitione. l. ſine diſpoſitione teſtatoris poteſt peti ſupplementum: ſed ſi non peteretur, non fieret ſuppletio. & hoc vult gloſſa ſecunda ſuper verbo [ipſo iure] que allegat plures leges in ſimili. in quibus cauetur quòd licet aliquid fiat ipſo iure: nihilominus debet allegari. aliter habetur pro non facto. domi. Rapha. in quibuſdam ll. huius titu. videtur intelligere iſtum text. dum dicit [ipſo iure.] quòd cenſeatur à patre tacitè relictum etiam illud quod deficit ad ſupplementum. & ſic tenet quòd illud poſsit peti per actionem ex teſtamento: tanquam tacitè relictum. gloſſ. tamen & docto. dum dicunt dari cō di. ex l. ad ſupplementum. ſentiunt contra, quia ſi daretur actio ex teſtamento, ceſſaret condi. ex l. quæ eſt remedium ſubſidiarium in defectum ordinarij remedij. ideo melior eſt intellectus quem ſuprà poſui. vt velit dicere quòd ipſo iure, id eſt, ex diſpoſitione teſtatoris. & ita eſt de mente literæ, dum

3 dicit [& ſi non adiiciatur] ſupple per teſtatorem. † Item

Universidad de Deusto
Biblioteca

not.q̄ supplementum legitimæ debet fieri arbitrio boni viri. per quod dicit Oldr. q̄ si iudici (qui dicitur bonus vir. l. cōtinuus. §. cū ita. de verb. obli.) videatur equum: poterit facere supplementum in vna re hæreditaria tātùm: vel duabus. licet de iuris rigore posset filius eam petere in singulis rebus. & hoc ne incōmodum subsequatur ex diuisione cuiuslibet rei. l. non amplius. de lega. j.

4 †Item no. q̄ sicut falcidia resecat legata ipso iure: vt l. linea. ff. ad l. fal. ita & legitima filij. In §. [quærebatur.] no. & ille est intellectus literæ licet ineptè loquatur. q̄ si pater instituat filium in re aliena, vel iure institutionis eam sibi relinquat, licet nō potuerit hoc facere in præiudicium domini: quia tamen potuit facere in præiudicium hęredis: vt teneatur de cuictione: censetur institutus in æstimatione ipsius rei & sic certè nō potest dicere filius se præteritum quasi nihil sibi fuerit relictum. & sic iura vetera remanent incorrecta. vt l. omnimodo. ver. & hæc quidem. s. eo. &

10 per cōsequens testamentum nō esset nullum. & hoc siue sciebat rem alienā, siue ignorabat: quia erat cōiuncta persona. vt j. de lega. l. cum alienā. & etiam fauore testamēti, ne rumpatur. †Quid autē si illa erat res propria ipsius filij? Respon non valet institutio, vel relictum sibi factū, vt in l. mea res. de cōdi. & de mon. & sic non videtur relicta æstimatio. & diceretur præteritus: & testamentum esset nullum secundū Bal. licet pater haberet vsum fructū. quia morte eius finitus. Itē si institueret eū in re quā putabat esse in rerū natura, & nō erat: & sic nō valet, circa quod vide

6 Bar. in l. suus quoq̄. in fi. principij. ff. de hęre. insti. †Quid autem si erat in rerum natura: & postea desijt esse? dic q̄ si viuēte patre, filius reputabitur præteritus: nisi aliud sibi relinquatur, si verò post mortē patris, damnum erat ipsius filij. ff. de bo. lib. l. si patronus. §. j. nā & si patrimoniū augeretur post mortē: non propterea augeretur legitima, vt eadē lege. §. fi. quod tene mēit: & eodē modo si filius diuisiparet rem sibi datā à patre pro legitima: siue viuēte patre, siue post eius mortē, damnū esset ipsius filij, nec pater teneretur loco illius rem aliā relinquere: sicut nec dotare filiā quæ dotē primā diuisipauit. vt no. in l. si cū dotē. §. j. ff. sol. mat. hic tamē nō obstante q̄ diuisipauit, nō potest alimēta denegare secūdùm Bal. arg. ff. de ope. lib. l. libertus qui operarū. in fi. nec etiā denega re quominus ipsum redimat ab hostibus. secundùm Bal. qui ita no. in auf. si captiui. circa fin. ś. de epis. & cle. Et adde quod idem

7 not. in auf. q̄ locū. j. de colla. †Quid autē si pater postquam filio reliquit rē iure institutionis, eā alienauit spōte. an videatur instituisse? & sic filius remaneat præteritus, videtur quod sic per l. fideicommissa. §. si rem. de leg. iij. cōiuncta. l. quoties. de hæred. insti. Contrariū tenēt doc. fauore testamēti: ne rūpatur cū succe-

8 dat institutio in æstimatione. †In §. [repletionē.] no. primò q̄ si filius vel alius descendēs cui debebatur legitima, si institutus vniuersaliter in maiori portione quā sit legitima, & rogatus per fideicōmissum restituere sub cōditione, vel ad tēpus: & aduenīēte cōditione vel tēpore restituat retenta legitima, quæ non cadit in fideicōmisso. vt §. eo. l. quoniā in prioribus. potest detrahere in legitimā de ipsis corporibus rerū hæreditariarū: nec habet imputa re in eā fructus interim perceptos. quia illi non sunt hæreditarij: cū nunquā fuerit testatoris. vt l. quod his verbis. ff. de leg. iij. & legitima debet detrahi ex substātia defuncti. vt hic dicitur. i. ex rebus quæ fuerūt eius. secus in trebel. in quam imputātur fructus percepti iudicio testatoris puta pēdēte die, vel cōdi. fideicōmissi. vt j. l. in fideicōmissariam. ff. ad treb. Sed cōtra de l. papinianus. §. vnde si quis. ff. e. & de l. iubemus. in princ. iuncto fi. j. ad treb. vbi est hoc speciale in liberis primi gradus: q̄ nō imputēt, iste autem tex. sine dubio locū habet etiā in liberis sequētiū graduū quibus debetur legitima. omnes enim istæ ll. ita debēt intelligi. Sol. cōsidera tria iura. s. ius antiquū fforum. & secundū illud fructus iudicio testa. percepti imputabātur in legitimā. & etiā in trebel. tā libe. primi gradus, quàm sequentiū. vt in §. vnde si quis. Itē ius. C. ante Iustinianeū: & tunc fuit introductum specialiter in liberis primi gradus, vt nō imputarent in trebel. & per cōsequēs nec in legitimā. in quam trebel. cōputabatur: quia non erat detrahenda nisi vna quarta, & iste est casus in l. Iubemus. j. ad trebel. quā credo fuisse Theodosij. Tertiū ius fuit illud Iustiniani. secūdū quod licet ille tex. loquatur in filijs, generaliter intelligitur in omnibus

9 descēdentibus, vt nō imputent in legitimā. †Sed pone q̄ detrahit legitimā & trebellianicā, quia rogatus erat sub cōditione secundū opinionē canonizatā in c. Raynutius. de testa. An saltem tunc fructus cōputentur in trebellianicam? habui semel consulere. & visum fuit mihi quod sic: quia text. in l. iubebus loquitur quādo detrahitur vna tantū quarta, quod patet quia dicit quod retenta quarta dodrans restituitur, quæ quarta trebellianica imputabatur in legitimā. & magis cōtemplatiōe legitimæ fuit hoc introductū quàm trebellianicæ: si ergo detrahūtur ambæ, sufficit q̄ liberi primi gradus vel sequentiū habeāt hoc priuilegium quantum ad legitimam: sed in trebel. debeant computare. vt sic quantū minus fieri potest recedatur à dispositione iuris veteris. & ita legendo Boñ. infortiatum tenui in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad treb. & ita cōsului in ciuitate ista in quodā casu demutina. plures doc. viderunt. & fuit visum eis quod imaginatio esset bona: tū quia nullus tāgit, & sic nō habet authoritatē, nolue runt ie subscribere: sed ego ita iudicarem si essem iudex. & vide

10 quod not. Bart. in l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad. l. fal. †Secundò no. arg. ex illo tex. secundū Guli. de cu. quod si pater reliquit filio tantū quod sufficiat ad legitimā in pecunia numerata: ipse verò velit habere in rebus hæreditarijs, & dimittere pecuniā, potest. ar. ff. de mino. l. si in emptione. j. de admi. tut. l. lex. quæ tutores. §. j. & in auth. neq̄ virū quòd ex dote. §. j. & ff. de bo. lib. l. libertus qui soluendo. in quibus patet q̄ debet haberi considerātio affectus quā habet ad bona paterna. Sed cōtra de tex. præcedenti. ibi dum dicit habeat rem, vel pecunias &c. sed dic q̄ similiter loquitur quando idē cōsensit habere pecuniā, nos loquimur qñ non cōsensit. Itē in contrarium facit in auth. vt cum de ap. co. §. cæterū: sed dic q̄ nō potest dicere testamentū nullū tanquam præteritus: tū potest petere res ipsas. i. pecuniā dimittere. Item cōtra. de leg. j. l. nō amplius. §. fi. sed dic q̄ in singulis rebus nō debet petere propter incōmodam separationē, sed iudex potest in vna re vel duabus eam sibi assignare. arg. j. quādo & qui. quarta pars debetur. l. ij. lib. x. secundum Gul. de Cu. cuius sunt

11 hæc verba. †Tertiò facit iste tex. ad q. illā qua quæritur an supplementum legitimæ debeat fieri duntaxat per hæredē: an etiam per legatarios quia si fuerūt legatæ res hæreditariæ & filius vellet habere de ipsis rebus, videtur q̄ debeat fieri etiam per legatarios. quasi istud onus sequatur res ad quoscunq̄ vadāt. & ita tenet Ang. in l. papinianus. ff. eo. secus in legatarijs quantitatis: & ita debeat intelligi quod no. Bar. in l. in quartā. ff. ad l. fal. vbi movet istam. q. & tamen non facit istam distinctionē. & alle. l. libertus sub condi. §. ij. de bonis liber. Bal. etiā tenet quod dixi: licet multi text. sint qui probant & dicunt debere fieri supplemtionem

12 per hæredes & pluries vidi hoc de facto. † Vltimo singulariter not. quod si filius cui est relictum minus quàm sit legitima sit substitutus legatario vel hæredi: illud quod capit ex substitutione: non imputet sibi in legitimā: & ideo in eo quod capit ex iure accrescendi etiā non imputat. & ista sunt valde dubia. cum sint de corpore bonorum defuncti: ideo deberent imputari: circa hoc vide Bar. in l. in quartam. circa finem. ff. ad l. fal.

2 ☞ *In quibus differat iste §. à l. quoniam in prioribus. ś. eo.*

1 **§. Cùm autem.** †De fideicōmisso vniuersali relicto filio sub cōditione vel in diē vsq̄ ad legitimā sibi debitā detrahitur cōditio vel tēpus. in residuo vero

2 remanet. h. d. notab. † & differt à. l. quoniā in prioribus. ś. eo. quia ibi loquitur quādo sola legitima fuit relicta sub cōditione, vel in tēpus quo casu remouet cōditio, & dilatio, hic vero qñ vltra legitimā: imo tota hęreditas fuit relicta vnde videbatur q̄ deberet compensari illud plus cum grauamine cōditionis vel tēporis: & sic nō deberet remoueri arg. ś. eo. l. si pater puellæ. & per regulā qui in vno releuatur in alio grauatur, & ecōuerso: vt in l. eū qui. ff. de iureiu. tamen contrariū est. vt hic patet. simile quod no. in l. omnium. ff. de vlufruc. & l. vxori. de vlufr. leg. vbi relictum proprietatis vltra quā debeatur pro legitima, nō compensatur cum fructibus legitimæ: imo eo nō obstante debet habere fructus legitimæ: & sic de legato vlusfructus: debēt deduci. Itē in alio differt: quia in l. quoniā in prioribus. communiter per antiquos doctores fuit intellecta in cōditione potestatiua. quæ dicitur continere grauamen. iste autem. §. loquitur etiam in casuali: quia institutus fuit rogatus restituere post mortem filio. nam habet in se conditionē si filius superuixerit ipsi grauato. vt. l. hęres meus. circa prin. ff. de condi. & demon. & tamē reijcitur illa cōditio vsque ad legitimam. & sic illa debet incontinenti restitui. sed in resi-

3 duo expectatur euentus conditionis. † Ideo Bartol. per istum

§. approbat

§. approbat opi. gl. quæ tenuerunt in l. si pater. j. de insti. & substi. & l. suus quoq̄. de hæred. insti. quod conditio casualis vel mixta rescisciatur hodie de legitima: & sic illa iura sint correcta, quæ volunt testamentum esse nullum, si filius sub illa conditione instituatur: & in eius defectū non exhæredetur, quasi interim sit prę teritus. & nihil sibi sit relictum, sed certe non est præteritus si rescisciatur conditio. de legitima, & sic valet testamentū. per istū §. & dicit q̄ legendo ipsum de hoc perpendit. & sic mutauit opinionem: cum pluries per prius consuluerit contrarium sequendo alios doctores, sed do. Ray. de Forly. qui legebat hoc, scripsit sibi peruisj, quòd ille §. nihil faciebat: quia loquitur de iure. C. q̄ non requirebat titu. insti. sed sufficiebat quoquo relicti titulo. vt l. omnimodo. supra eodē. sed ipse respondet q̄ istud nihil ad propositum, sed dic vt ipse notat in dicta l. suus quoq̄. fateor autem quod iste §. est hodie correctus, dum vult quod sufficeret relinquere filio legitimā per fideicommissum vniuersale. quod tū de iure digestorum non erat. imo talis filius habebat contra tab. tanquam præteritus. vt in l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad trebel. & hodie idem est per ius authenticorum vt in §. aliud quoque ca-

☞ pitulum ✻ in authentica vt cum de appellatione cogno. ✻ licet quidā dixerint contrarium: quia fideicommissarius vniuersalis videtur hæres vt in l. si filius. ff. quod cum eo. & hoc tāgit hic gl. sed verum est quantum ad effectum: quia habet vtilia iura; non quantum ad honorē: quia non habet directa. & honor considerātur in legitima. vt in l. filiū. de leg. præstan. ideo requiritur hodie titu. insti. non quantum ad hoc q̄ reuocatur conditio. iste §. non est correctus. & hoc voluit Bar. Or. sufficiat.

1 **§. illud præterea.** †Tempus querelę incipit currere adita hæreditate: quæ debet adiri infra sex menses, vel annum: qñ filius esset exhæredatus: aliàs habetur pro repudiante: & querela etiam non præparata, vel non nata, quæ tamen nasci speratur, transmittitur per filium ad suos descendentes. hoc dicit vsq̄ ad finem. Et hoc vltimum declara: vt ś. eo. l. si quis filium.

a ☞ *Quando aliquis testatur ex priuilegio quod contra eius testamentum non detur filio querela. & nu. 5.*

3 ☞ *Contra testamentum militis militantis, & in expeditione degentis non datur querela.*

Quod tunc ponit testari sine solennitate testium, & duo testes sufficiant etiam si sit in potestate patris.

Quid si desinat militare, & effectus sit ueteranus. & nu. 4.

Triplex peculium filij fa. & de quo ponit testari, & an tunc subiaceat querelæ.

4 *Quid in filijs fa. habentibus peculium acquisitum de publico?*

5 *Fortius & potentius est testamentum factum ex priuilegio, quàm testamentum factum de iure communi.*

Vnum priuilegium trahit ad se aliud priulegium.

LEX XXXVII.

1 **CVm antiquis.** †Lex ista est lōga, & aliqualiter confusè dictata: & intentio fuit eius principaliter decidere illud dubiū. s. an filiusfa. habens quasi castrense peculium possit de ipso testari: nam regulariter testari nō potest: etiā de voluntate patris: & etiam de peculio aduentitio. de quo pater nō habet vsumfructum: secundùm glo. & doct. in l. pe. j. qui test. fa. pos. Item clarū

a est q̄ de peculio castrensi * bene potest testari. sed erat dubium de quasi castrensi: & dicitur quasi castrense illud quod acquisiuit officijs publicis: & de publico. Et dicitur hic q̄ de iure veteri reperiebatur in quibusdam personis q̄ testari poterant: puta in consulibus: & in præfectis regionum, & præsidibus prouinciarum, & in alijs qui habuerunt officium cum dignitate: sed dubiū erat quid in alijs qui habuerunt officia sine dignitate. vt notarij, aduocati, salariati de publico ad scribendum aduocandum. & doct. & magistri artium salariati ad legendum, vel docendū: nā illa salaria dicuntur esse quasi castrense peculium. Et breuiter respondetur & decidit per istam l. q̄ idem sit. vt possit testari ex priuilegio huius l. licet sint in patris potestate: mortuo verò patre, vel postquam exiuerunt patriam potestatem: nō dicitur amplius peculium quasi castrēse, sed desinit esse peculium, & trāsit in nomen patrimonij: & sic non testatur ex priuilegio: sed de iu-

2 re communi. † Et effectus huius est: quia primo casu cum testatur ex priuilegio, contra tale testamentum nō datur filio querela: sicut nec contra testamentum militis: qui testatur ex priuilegio militari. etiam sine aliqua solennitate iuris ciuilis: sed in secūdo casu quando testatur de iure communi: a & non ex priuilegio, testamētum tale subijcitur iuri communi: etiam quo ad querelam, vt possit contra ipsum intentari: hæc est substantia huius l. in breui. quæ primo ponit vnam regulam claram in iure. de quo etiam habetur ś. e. l. qui de inoffi. † videlicet q̄ contra testamentum militis militantis: q̄ in expeditione degentis, nō datur querela. & in hoc miles habet priuilegium, de quibuscunque bonis ipse testetur. habet etiam aliud priuilegium, q̄ potest testari sine solennitate testiū: quia sufficiunt duo testes: vt l. j. de testa. milita. Itē tertiū si est in patris potestate: quia nihilominus pōt testari. Si aūt desinit militare, & effectus est veteranus, si erat sui iuris: nullū de istis priuilegijs habet. & sic debet testari de iure cōi: sicut & alij testantur: & contra testamentū ipsius datur querela: vt in l. Papinia. §. cōtra veterani. ff. eo. Si aūt sit in patris potestate, permittit Imperator quod possit habere triplex peculium: sci licet castrense, quod acquisiuit in castris, q̄ in actu militari. Item quasi castrense, quod acquisiuit ex officijs publicis. Item paganicum, quod aliunde acquisiuit: constat autē q̄ sine solennitate testiū postquā non militat, non potest testari. Item constat quod de castrensi peculio bene pōt testari. licet sit in patris potestate. Itē constat q̄ de paganico non: sed est dubiū de quasi castrensi: & Imperator dicit quod olim reperiebatur in quibusdā: vñ erat dubiū de alijs. & decidit in omnibus habentibus quasi castrense peculiū: vt de ipso possint testari ex priuilegio huius ś. licet sint in patris potestate: & quia testantur ex priuilegio, tale testamentum nō subijcit querelæ. sicut nec qñ testantur de castrēsi peculio: postquā verò fuerint effecti sui iuris, desinit appellari peculiū castrense, vel quasi. & non testātur de priuilegio, sed de iure cōi. Igitur subijcitur querelæ. Si aūt miles est in expeditione, licet sit sui iuris, non desinit dici castrense peculiū: nam dicitur miles habere duplex patrimoniū: scilicet castrense, & paganicum. & habet priuilegium vt possit facere duo testamenta. & vnū instituere in vno: alterum in altero: & vno repudiante alteri nō accrescit: sed decedit intestatus in illo. contra regulā q̄ non potest quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. de quibus dic vt in l. j. cum sequen. j. de test. mil. & in istis stat substantia huius l. quàm gl. malè intellexerunt. & etiam docto. valde pa-

4 rum: imò nihil substantialiter declarāt. † In tex. ibi. [In castrensibus & enim.] hic incipit loqui de his qui non sunt milites: fuerunt tū, & delierunt militare: & habent peculiū acquisitū in castris. vel nunquā fuerūt, & habent peculiū acquisitū de publico. & sunt filijfa. & de istis loquitur vsq̄ ad §. fin. Si enim essent sui iuris: etiam si fuissent milites, nullum habent priuilegiū: nec quo ad potestatem testādi: quia possunt testari de iure communi: nec quantum ad solennitatem euitandam: licet fuerint milites: ex quo desierunt militare. nec quantum ad querelam: in istis ergo qui sunt in patris potestate, & non sunt milites, vertitur dubiū. an priuilegio possint testari de dictis peculijs. & per consequēs an eorum testamenta subijciantur querelæ. & dubium principaliter consistit in quasi castrensi peculio. nam de castrensi non est dubium quòd sic. vt in ver. [sed & veterani.] Item de paganico clarum erat quòd non remanet dubium de quasi castrensi: vnde respondet vt sequitur. quòd olim reperiebatur in quibusdam tantum, & non in alijs, sed decidit quòd in quibuscunque habentibus tale, scilicet quasi castrense. ad similitudinem habentis castrense: vt in ver. [in his itaque omnibus.] ibi [ad limitationem peculij castrensis &c.] Idem de alijs ibi: dum dicit. [patronis causarum.] dicit domi. Rapha. quòd hic est tex. de eo quod dicunt gloss. in multis locis. quòd olim aduocati habebāt salarium de puplico: & nihilominus recipiunt à clientulis quod hodie non seruatur: sed Florentiæ sunt duo ciues deputati pro sapientibus communis: qui sunt aduocati fiscales. &

5 habet salariū de publico. Et recollige ex ista l. mirabile. † quòd fortius & potentius est testamentum factum ex priuilegio, quia non subijcitur querelæ, quam testamentum factum de iure cōmuni, quod subijcitur querelæ. regulariter contrà: quia potentius est ius commune quam priuilegium, vt l. eius militis. §. si militia. ff. de testa. mili. & quod not. in l. j. suprà si aduer. ven. in vltima gloss. in fine, & sic vnum priuilegium trahit ad se aliud priuilegium. sed ius commune priuilegium ad se non trahit. & ista sunt merè positiua: quia non possit assignari viua ratio, & mul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tùm vrgens.

De inofficiosis donationibus. Rubrica.

1 ☞ *Querela inofficiosæ donationis, quare & à quibus fuerit introducta? Ius agendi ad supplementum, quanto tempore tollatur?*

Præmitte quod aliquādo donatio reuocatur propter defectū donatarij: quia est ingratus erga donatorē: & tunc loquitur. l. fi. j. de reuo. dona. Interdum ex tacita voluntate donantis. propter liberos de nouo susceptos. quos non putabat donator se habiturum. vt loquitur. l. si vnquam. eod. tit. nam tunc reuocatur: etiam si non sit inofficiosa: dummodo sit **de dimidia** vel maiori parte bonorum: & reuocatur ipso iure etiam viuente donante. & circa materiam illius. l. quæ est nota. Bal. hic in pe. & vlt. col. format plures notabiles quæstiones. Interdum reuocatur contra voluntatē donatoris, quando est inofficiosa: quia per eam filij fraudantur legitima. & tunc reuocatur per filios: post mortem tamen donantis. quoniam primò non erat eis debita legitima. vt. l. j. §. si impuberi. ff. de col. bo. & non reuocatur ipso iure: sed per querelam inofficiosæ donationis per prius rescinditur donatio. & ea rescisa res donatę reuocantur. vt hic in gl. magn. **in x.** & vlt. quæstio. sicut quādo in fraudem patroni: vel in fraudem creditorum reuocantur per caluisianam. & Paulianam: vt Instit. de act. §. Item si quis in fraudem. & ff. si quid in fraudem patroni. per totum. quam tamen Caluisianam vel Paulianam non habebant filij in bonis patris nisi filij adoptiui pro quarta quę eis debetur ex consti. principis. vt. ff. si quid in frau. pa. l. fi. iuncta. l. nō vsque adeo.

2 ff. si quis à paren. fue. manumis. †fuit autem introducta querela inofficiosæ donationis per constitutiones principum: nam per iura fforum nō erat prouisum filijs quando fraudabantur legitima: nisi quando per testamentū: quia non relinquebatur eis integra legitima, quæ erat quarta bonorum quæ defunctus habebat tempore mortis. quo casu dabatur filijs querela inofficiosi testamenti: per quam totum testamentū rescindebant. parētes autem volentes filios fraudare nō eligebant viam testamenti: sed viam cōtractus, seu donationis, diminuentes patrimoniū per donationem. & non relinquentes tantū q; sufficiebat ad legitimā filiorū: & de illo modico q; eis remanebat relinquebant quartā partem: vnde nō habebant querelā inofficiosi testamenti. quoniam habebant quartā bonorum quæ erat tempore mortis: vt l. cum quę ritur. §. tit. j. & sic remanebant destituti. & fraudati legitima propter hoc: quia resultabat iniquitas q; parētes tali modo filios fraudarent. Ideo emanauerunt constitutiones principū: & prima fuit imperatoris Alexandri. cuius tempore fuit Vlpianus. de quo fit mentio in l. Titia. §. Imperator. ff. de le. ij. & in nullo alio loco habetur mentio in volumine. ff. de illa querela: postea per constitutionem aliorum principū: quorum sunt. ll. huius tit. quæ dāt querelam vsque ad integram legitimam, & in hoc differt à querela inofficiosi testamenti. quæ datur in totum: & quatenus ab intestato esset habiturus: vt in. l. mater. ff. de inoffi. test. postea emanauit cōstitutio nouissima Iustiniani. de qua. §. ti. j. auth. vnde si parens. quæ videtur hoc introducere de nouo. vt si aliquid fuit relictum filijs fraudatis, quod tamen ad legitimā non sufficit, inspecta quātitate bonorum quæ erat tempore donationis, nō agatur querela: sed agatur ad supplementum legitimę si donatio erat facta vni, vel aliquibus filijs magis dilectis. & est vtile †quia que-

5 rela inoffi. dona. durabat quinquennio: sicut querela inoffi. test. vt. j. eo. l. filius agendi ad supplementum est perpetuum. quia pētitur conditione ex illa auth. & sic actione personali. quę durat. xxx. an. secundùm communem opi. doc. licet Bar tenuerit quod ius agendi ad supplementum tollatur quinquennio: sicut querela. per. l. si quis filium. in fi. §. ti. j. & omnes doc. moderni tenēt contrarium. Si autē donatio sit facta extraneis, videntur iura vetera incorrecta: & sic dabitur querela. tamen videtur resultare inconueniens. q; filius defraudatus sit deterioris conditionis quādo facta est extraneis, quàm quando fratribus. vnde potest dici quod vtroque casu detur conditio ex. l. tamen quādo filijs, nunquam reuocatur: nisi vsq; ad legitimam. etiam si sit inofficiosa re & consilio: & ita intelligatur illa auth. quando verò extraneis, si est inofficiosa re & consilio, reuocatur in totum: & sic agitur querela. quæ durat quinquennio. Si verò re tantū, agitur ad supplementum legitimæ. & non vltra: & agitur per condi. ex. l. quæ est perpetua. non per querelam. Quantum verò ad querelā inofficiosi testamenti, non est verum. nam fit inofficiosum re & consilio, & re tantū: quia vtroq; casu datur in totum quod habiturus erat filius ab intesta. quia facilius rumpitur testamentum quod fundatur in vnius voluntate tantum, quàm donatio quæ fundatur in voluntate duorum.

2 ☞ *Querela inofficiosi testamenti, & querela inofficiosæ donationis in quibus differant, remissiuè.*

3 *Ius agendi ad supplementum, an solum competat respectu bonorum quæ erant tempore mortis, an etiam respectu inofficiosæ donationis antea factæ?*

4 *Donatio facta alicui, quando reuocetur usque ad legitimam filiorum tantum: & quando in totum: & quid si facta fuerit pio loco: ut ecclesiæ, uel monasterio, seu hospitali?*

5 *Pater habens unicum filium, si donauit alicui extraneo dodrantem, & sic non fuit donatio inofficiosa, & postea in alijs tribus uncijs remanentibus filium hæredem instituit, & legatis & fideicommissis grauauit, an habeat aliquod remedium contra istum donatarium?*

6 *Si pluribus singulariter donauit, an ultima donatio reddat alias inofficiosas?*

7 *Si donatio non excessit dodrantem, sed postea donans reliqua bona casu amittit, an fingetur donatio inofficiosa?*

8 *Quæ actio proponatur, pro reuocanda huiusmodi donatione?*

9 *An talis filius in cuius præiudicium pater donauit, sit similis patrono respectu libertis?*

10 *Filius quando possit reuocare alienata per patrem, titulo oneroso?*

LEX I.

SI vt allegatis. †Si per donationē, legitima filiorū minuatur, per querelam inofficiosæ donationis vsque ad legitimā reuocatur donatio. hoc dicit Bart. Certè hoc vltimum non dicitur in tex. quòd vsque ad legitimā tantū reuocetur: sed bene dicitur quòd ex eo quia filij fraudati nō habebant integram legitimā, datur querela: nam tex. loquitur quando donatio erat facta extraneis, vel aliquibus ex liberis: & constat secundùm opi. doc. & gl. quòd quando extraneis, si est inofficiosa re & consilio, reuocatur in totum. per. l. si libertus minorem. in fi. ff. de iure patro. vnde iste tex. in fin. prout refertur ad donationem factā extraneis: cum in prin. dicat quòd fuit facta ad eludendum querelam inoffi. test. & sic fuit inofficiosa re & consilio, debet intelligi quod reuocetur in totum. sed prout refertur ad casum quando fuit facta liberis, est verum quod dicit Bartol. vt debeat intelligi quòd reuocetur vsque ad legitimam: & hodie non per querelam: sed ius agendi ad supplementum. vt dixi super rubrica. & pone casum hic prout posui in authen. vnde si parens. quòd pater donauit. x. uncias bonorum suorum duobus ex liberis, vel extraneis: & sic non reseruauit integram legitimam filiorum: quæ erant tres unciæ secundùm illa tempora. hodie verò quatuor: deinde in testamento illos eosdem filios donatarios, & etiam alios duos instituit vniuersales hæredes. & sic alij duo de alijs duabus uncijs non habent nisi vnam: cùm debuissent habere vnam cum dimidia pro integra legitima. & vltra hoc plura legata fecit. & sic patrimonium exinaniuit. dicitur quòd illi duo filij fraudati habent querelam inofficiosæ donationis: quæ fuit introducta ad similitudinem querelæ inofficiosi testamenti. glo. verò non ponit quòd illi duo filij donatarij fuerunt instituti vna cum alijs duobus: sed quòd illi duo: alij tantum in alijs duabus uncijs remanent hæredes. Et ponendo illo modo resultat contrarium. de quo in prin. glos. mag. Sed ponendo vt dixi. cessat illud contra. & illo modo Bal. ponit casum hic. & bene. veniamus ad casum. In text. ibi. [si vt allegatis.] loquitur filijs fraudatis à matre: qui erant saltem duo. ex quo loquitur in plurali. vt. l. vbi numerus. de testi. ff. & alij quibus erat facta donatio, saltem erant duo. per text. seq. qui loquitur in plurali: dum dicit in quosdam liberos. In tex. ibi. [ad eludendam inofficiosi querelam.] & sic patet. quòd erat inofficiosa non solum re, sed etiam consilio: quia videns non posse fraudare duos filios per viam testamenti: quia competeret querela inofficiosi, ad excludendum illam elegit viam contractus: credens sibi sufficere quòd de illo modico sibi remanente relinqueret istis duobus quartam partem per. l. cum quæritur. §. tituipsa autem relinquit nō solum quartam partē: sed dimidiam. ponendo casum vt posui: vel totum quod remanserat si ipsos solos instituit in illis duabus remanentibus. secundum vnam positionem glo. vel saltem quartam. secundùm aliam positionem. quia in duabus uncijs minutis: diuidendo illas glossas. in. xij. & sic habebant vltra quartam inspecta quantitate bonorum quæ erant

erant tempore mortis: quia cum essent quatuor filij, tangebat alios duos vna uncia cum dimidia pro eorum legitima. & fuerūt instituti in duabus. tamen non sufficit: quia debet inspici quanti-

2 tas bonorum quæ erat tempore donationis factæ. † In text. ibi. [iuxta formā &c.] in multis tamen differunt querela inofficiosi testamenti. & querela inofficiosæ donationis. quod dic. vt j. e. l. fi. per gl. Glo. mag. videtur primò formare quatuor oppositiones, vsq; ad ver. [quinto quæro.] tamen reuera non sunt nisi duæ: quia repetit idem per idem in tertia & quarta oppositiōe. postea format sex oppositiones circa materiam. & sic sunt x. inter oppositiones & quæstiones. Prima ergo oppositio est contra decisionem huius l. & contra rationem quam assignat. dicit enim quòd isti duo filij qui conquerebantur, habent querelam: quia non habent integram legitimam contra, quòd imò habeant integrā legitimam: & sic non debeant habere querelam. nam fuerunt instituti in duabus uncijs: & tamen pro legitima eorum etiam consiuerata quantitate bonorum quæ erat tēpore donationis, non debebant habere nisi vnam unciā cū dimidia: quia iure isto legitima omniū quatuor erat tres unciæ: de quibus tāgebat vna cum dimidia istis cōquærentibus. & ipsi habent duas, vnde debet cessare ista querela: licut cessaret ista querela inofficiosi testamenti. vt l. cum quæritur. §. tit. j. glo. soluit duobus modis. primò quòd fuerunt instituti in duabus uncijs minutis. diuidendo illas duas grossas in alias xij. & sic in duabus uncijs patrimonij remanētis: quæ duæ unciæ non faciebant vnam unciam cum dimidia de uncijs grossis: quæ erant inspecta quantitate patrimonij tempore donationis. vel si fuerūt instituti in illis duabus uncijs grossis remanē. dic q; si habent plusquā esset quarta. non tñ videbantur habere: quia in illis erāt grauati legatis & fideicommissis. & hoc vsq; ibi. [secundo.] Ibi est secūda oppositio cōtra istas sol. q; nō procedāt. & primò cōtra primā: quia posito q; duæ unciæ minutæ non faciāt vnā unciā cum dimidia de grossis: nō deberent tñ habere querelā: sed agere ad supplementū postquā aliquid fuit eis relictum nomine legitimæ. vt §. ti. j. l. omnimodo. & posito q; essent grauati legatis & fideicōmissis, tenēdo secundā solutionē q; fuerunt instituti in duabus uncijs grossis. adhuc nō deberent habere querelā istam: quia nec habent querelā inoffi. test. cū tale onus de legitima reiciatur. vt l. qm̄ in prioribus. §. tit. j. glo. ñdet q; oppo. procederet inspectis illis legibus nouis, sed ista lex fuit antiqua. & tēpore eius non agebatur ad supplementū: sed dabat querela inofficiosi. test. si non erat relicta integra legitima. vel si erat relicta, & filius esset grauatus legatis & fideicō. eodē modo competebat illa querela. hodie fateor q; decisio huius l. non procederet. & hoc vult glo. vsq; ibi. [dico ergo.] & cū illa particula iunge ver. [iij. op.] & versi. [quartò quæro.] in quibus repetit idē per idē. nā quod §. dixerat simul cōtra ambas solutiones. in ver. [iij. oppono.] dicit cōtra primā. & in ver. [quarto quæro.] dicit cōtra secundā. repetēdo idē quod dixerat in effectu. licet per alia verba inepta. præterea in illo ver. [dico ergo.] gl. dicit hoc præsuppositio q; hodie propter grauamina nō debet dari querela: quia reiciunt. vt dixi. licet olim daret. saltē per viā exceptiōis contra legatarios adhuc si non reperiunt se habere integrā legitimam, inspecta quantitate bonorū quæ erat tēpore donationis, habebunt hanc querelā contra filios donatarios. & sic duplex remediū. s. ius agendi ad supplementū, & querelandi. qm̄ ad idem tendit hoc secundū eum. primò nam per querelam non obtinet nisi supplementū legitimæ, qñ donatio est facta alteri filio. & sic non corrigit ista lex per l. quontā in prioribus. ista gl. in hoc contradicit sibi ipsi in eo quod dicit [tertiò.] in ver. [pone.] in fi. vbi videtur dicere quòd hodie non habet querelam, sed ius agē-

3 di ad supplementum. & etiā. §. hoc dixerat. † Bar. reducit ad concordiam, vt eo casu quo per querelā aduocat plusquā supplemē tum legitimæ: tunc detur querela etiā hodie: & non ius agendi ad supplementum: aliàs concurrūt: sed aduerte quòd ius agendi ad supplementum competit respectu bonorum quæ erant tempore mortis. ita loquitur l. omnimodo. sed illa bona donata iam exiuerant patrimoniū. & sic illa l. omnimodo. non potest habere locū vt agatur ad supplementū contra donatarios. ideo remanet incorrecta per istam l. quia cessat in agendi ad supplementū, sed per auth. vnde si parēs. videtur corrigi vt possit agere ad supplementum etiam contra donatarios. doct. breuiter tenent primam solutionem. quòd hic fuerūt instituti in duabus uncijs minutis. & sic non agebatur ad supplementū contra donatarios, sed querela: hodie per illam authen. secus. Secundam verò solutionem non tenent: quia etiam iure veteri de legitima reiciebatur onus legatorū per l. cum patronus. ff. de leg. ij. sed illa nihil facit: quia loquitur de legitima patroni, cuius intererat reiici onus: quia nō plus consequebatur per contratab. sed de legitima filij: licet non reiciebatur olim onus, sed faciebat competere inoffic. testamen. querelam per quam filius melioris conditionis erat: quia totum testamētum expugnabat. hodie secus in d. l. quoniam prioribus. tamen per alias rationes potest dici quòd determinatio Doct. sit bona. vt tangitur j. in ver. [sexto quæro.] vbi glo. reuocat in dubium illud quod hic firmauerat quando pater reseruauit integram legitimam: & in ea instituit filios, & grauauit legatis & fideicommis. an propter hoc habeant querelam inofficiosæ donationis. & tenet quòd non. nec querela inoffic. test. nisi cum distin

4 ctione. † In ver. [v. quæro.] glo. recitat duas opin. in illa q. quarum prima fuit Azo. altera Hugolini. Bald. recitat quinq; alias breuiter recolligēdo omnia. dic quòd aut donatio fuit facta vni ex liberis: & tunc per alios non reuocatur nisi vsq; ad legitimam siue reuocatur ex tacita voluntate donantis per liberos superuenientes. vt j. e. l. si totas. siue contra volūtatem per liberos iam natos, qui sunt fraudati legitima: & siue sit inofficiosa re tantùm, siue re & consilio. vt j. eod. l. si liqueat. si verò facta est extraneo: tunc si reuocatur ex tacita volūtate donātis per liberos superuenientes, reuocetur in totū per l. si vnquā. j. de reuo. dona. nisi facta fuerit pio loco: vt ecclesiæ, vel monasterio, vel hospitali: quia tunc vsq; ad legitimā: & vltra xvij. q. c. fi. si verò reuocetur contra voluntatē donantis per liberos qui erant nati tempore dona. & sunt fraudati legitima: & tunc si erat inofficiosa re: reuocatur vsq; ad legitimam: vt j. e. l. si mater. si re & consilio: & tunc reuocatur in totum. ne filius sit deterioris conditionis quā patronus. qui reuocat tunc in totū: vt in l. si libertus minorē. circa fi, de iure patro. quidā tamen dicūt hoc verū si nihil erat filij, relictum, quo casu de iure veteri nihil corrigitur: vt §. tit. j. l. omnimodo. §. fi. sed si aliquid erat relictū, dicūt quod etiā tunc qñ erat inofficiosa re & cōsilio, nō reuocat nisi vsq; ad supplemētū legitimæ. per aut. vnde si parens, sed gl. ibi dum dicit, vel loquit qñ in alium fuit. sentit contrariū: dum dicit q; illa aut. loquitur qñ est facta filio. quasi dicat, si extraneo, nō reuocaretur in totū: si est inofficiosa re & consilio. do. Raph. Ful. tenet q; quando est inofficiosa re & consilio: etiam si sit facta filio, reuocatur in totum q; reuocatus erat habiturus ab intestato: & etiā iure veteri per §. Imperator. in l. Titia. de le. ij. vbi reuocat totā dimidiā quæ ipsum tangit. sed ibi opi. videtur contra tex. in l. si liqueat. ipse tñ nititur soluere: sed secundus est tenere opinionē doctorū. Bald. autē tenet q; excepto casu. l. si vnquā. de reuo. do. quæ loquitur qñ reuocatur per filios superuenientes, nunquā reuocetur: nisi vsq; ad legitimam, etiam si sit facta extraneo: & etiam si sit inofficiosa re & consilio, & sibi aliquid fuerit relictū pro legitima: & ita videnē sonare oēs ll. huius tit. & illa opi. est fortè melior quàm alia, & illa querela differt à querela inofficiosi testamenti. Guli. verò de cu. tenuit q; ppter liberos superuenientes nō reuocet donatio in totū: nisi qn fuisset facta liberto donatoris: & ita loquit. l. si vnquā. secus si alteri ingenuo. quæ opi. cōiter reprobat. Iac. but. tenuit q; ita demū reuocetur in totū, qñ donator nullū filiū habebat tēpore donationis: sed si habebat, tunc si voluit illū fraudare, ita credendū est q; voluerit fraudare nascituros: ad quos non maiorē affectionē habebat quā ad iam natū. & ideo sicut iam natus nō reuocat nisi vsq; ad legitimā. per hāc querelā si donatio erat inofficiosa re tātum. ita & nati postea reuocabūt vsq; ad legitimā rñ. nō ex tacita voluntate donātis, sed per hāc querelā, & cōtra voluntatē. Bald. tenet cōtrariū q; imò reuocabūt in locū q; essent habituri ab intest. pro eorū portione: licet iam natus solū vsq; ad legitimā mihi videtur q; si ille iam natus erat exolus patri. & quia nō putabat se alios habiturū, donauit extraneo: vera sit opi. Bal. cū sit eadē ratio quæ esset si nullū habuisset: quia verisimile est, quod si sciuisset se habiturū alios gratos, nō donasset. facit l. tale pactū. §. fi. cū ibi no. in gl. ff. de pac. sed si non habebat iam natū exolum: sicut ipsum voluit fraudare: ita & nascituros credendū est voluisse. & ita procedit dictum la. bu. vnū tamen scias q; propter liberos de nouo susceptos non debet reuocare nisi ex tacita voluntate nisi donator de liberis desperasset. vt quia habebat vxorē sterilem: &

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 in l.j.de condi.& demõ. † Item not.q; in eo ſtatu in quo quis moritur,præſumitꝰ ſemp debuiſſe durare ſi plus vixiſſet. Circa hoc vide quod not.Ioã.And.in c.ſi gratioſè. de reſcri. libro ſexto.in nouel.ſuper verbo placitum.Sed op.q; caſum aduerſamq; fortunam non debemus præſumere.vt in l.inter ſtipulantẽ.§. ſacrã de verbo.obli.ff.Solu.in perſonam viuẽtis verum eſt: ſed in perſonam iam mortui,& ad fauorem viuentis non eſt incongruum debere præſumi.vt hic ſecundũ Guil.de Cu. Facit de ali. lega.l.
8 Mela.j.de inge.ma.l.ſi Auiam.Sic † etiam furioſus præſumitꝰ in eo propoſito durare,in quo erat antequam in furorem incideret. vt habetur in c.maiores.§.fi.de bapt.& ſi erat in peccato mortali, & impœnitens,cenſetur in eodem peccato deceſsiſſe, & ſic debere ei denegari eccleſiaſtica ſepultura.

2 ☞ *An patria ſint dicere relinquo tibi habitationem talis domus, & dicere relinquo tibi uſumfructum habitationis.& an differat ab uſu?& nu.3.*
3 *Habitatio an finiatur per mortem?*

LEX XIII.

1 CVm antiquitas. †Habitatio eſt ius ſeu ſeruitus de per ſe diuerſa ab vſufru.& ab vſu diuerſam habens naturam.& qui eam habet,eã poteſt locare:& illi cui relinquitur habitatio nõ præſumitur relictum dominiũ rei:ſed commodum habitandi.niſi contrà appareat hoc dicit.Et præmitte q; poſſum tibi relinquere commoditatem domus meæ,& habitandi altero de tribus.primò,relinquendo tibi vſumfructum domus,ſicut enim in aliꝭ rebus cadit vſusfru.ita in domo.ſecundo modo relinquendo tibi vſum domus,qui vſus in aliꝭ rebus minus importat quàm vſusfru.puta in fundo:quia non potes capere de fructibus niſi ꝑ vſu tuo,reliquum pertinet ad hæredẽ:ſed in domo totam occupas, ſi aliter cõmodè vti non potes.& ſic nihil remanet ad hæredem de commoditate.vnde videbaꝰ quòd tantum eſſet relinquere vſum quantũ vſumfructum:tamẽ non ita eſt,qa ſi tibi relictus eſt vſuſ fructus,potes eum alteri locare:non ſic ſi relictus eſt vſus.vt in l.arboribus.penul.de vſufru.& de vſu.& habi.l. ij. cum ſeq.licet habitando poſsis alios recipere tecum:ſed ſine te alteri nõ potes concedere. Item tertio modo poſſum relinquere tibi habitationẽ domus.Nam & ipſa habitatio eſt quædam ſeruitus perſonalis. iſta habitatio videbatur eiuſdem vtilitatis cuius & præcedentes
2 ſeruitutes. †Quæritur ergo an hoc ſit verum. Itẽ iure veteri erat ſtatutum quòd paria ſint dicere relinquo tibi habitationem talis
a domus,* & dicere relinquo tibi vſumfruct.habitationis.vt in l.ſi habitatio.§.ſed ſi ſic.ff.de vſu & habita. Quæritur ergo hic ſi legaui tibi habitationem domus meæ,vel legaui tibi vſumfr.habitatiõis,quod eſt perinde ac ſi legaſſem habitationem,vt ſic illud verbum vſumfru.nihil addat vel diminuat de commoditate habitationis,vtrum iſtud relictum æquipareꝰ vſufructui vel vſuiꝰ & dicitur quòd habet diuerſam naturam ab illis.& q; legatarius poteſt ipſam domum alteri locare:licet vſuarius non poſſet:& q; virtute iſtius legati non poteſt vendicare dominium domus: ſed duntaxat commoditatem habitandi:licet interdum iſtud verbũ habitatio ponatur pro pleno domino rei,& pro ipſa domo quæ inhabitatur.vt ſi dico lego tibi habitationem quam habeo in tali loco:non ſic ſi dico habitationem talis domus quam habeo in tali loco:quia tunc non ipſam domum lego: ſed commoditatem habitãdi.In quo ergo differt ſeruitus habitationis à ſeruí. vſusfr. & in quo conueniant.Breuiter in poteſtate locandi conueniunt: quia ſicut vſumfr.poteſt locare.ita et qui habet ſerui.habitatiõis, In alio verò differunt.quia vſusfr.non ſolum morte, ſed etiã capitis diminutione,& multis aliꝭ modis finitur.vt in tit.ff.quibus
3 modis vſusfructus tollitur. † Sed habitatio non finitur ꝑ ſolam mortem. Item ab vſu differt:quia vſuarius non poteſt locare ſine ſe licet ipſe habitando poſsit alium recipere:ſed habens ſeruitutem habit.poteſt eam alteri locare.vt hic in prin.l.vbi.[vſufruc. habitationis legato.]quo caſu etiam iure veteri deciſum erat vt ceſeretur relicta ſoli habitatio. vt l.habitatio.§.ſed ſi ſic.ff.de vſu & habit.& ſic adiectio non reſtringit legatum:ſed ampliat.nam habitatio in plus ſe habet quàm vſusfr.in hoc.quia non finitur niſi morte:ſed vſusfr.finitur aliꝭ multis modis: a
& ſic illud verbum habitatio, adiunctũ cũ verbo vſusfru.ampliat,& non reſtringit:vt cenſeaẽ relictus vſusf. & non habitatio.ſed contra de leg.iij.de alt.& cib.leg.vbi nõ atenditur illa adiectio.Sol.ibi quando tende b
bat ad diminuendum.hic quando ad agendum.& vide omnino quod ibi not.plenè ꝑ Bar.in j.diſtinc.dum alleg.illam.l.ſi habitatio.§.ſed ſi ſic. Vult ergo quærere Imperator quando legatur habitatio vel vſusfr. habi.quod idem eſt, quod importat hic legatum.& videbatur quòd tãtùm eſſet vnum quãtùm alterum:cùm legatarius totam domum occupet:tamen determinaẽ cõtrà. & ſic eſt vis in modo legandi: quia legando vſumfruct. cenſetur voluiſſe legatum reſtringere ad naturam vſusfruct.vt ſic finiatur illis modis quibus vſusfruct.& legãdo vſum reſtringere ad naturam vſus:vt ſic nõ poſsit locare:ſicut nec vſuarius.ſed legando habitationem cenſetur voluiſſe quòd habeat diuerſam naturam.& ſic partim de natura de vſufr.vt poſsit locare,& partim naturam ſeparatã.vt nõ finiaẽ niſi morte. An autem cenſeaẽ relictum do.rei? Gl.hic ſup verbo.[relictum.]diſtinguit.Tu dic vt dixi ſecundũ Guil.de cuper l.Seia.ff.de fun.inſtru.§.Caio.& de le.iij.l.qui cõcubinã. §.q quatuor.vt aliud ſit legare habitationem quã quis habet,& legare habita.domus,quã q; habet.Ponit etiam Guil.differẽtias vel rationem diuerſitatis inter naturam vnius, & alterius ſeruitutis.

1 ☞ *Habitationem talis domus. An ſit differentia inter uſum domus & habitationis. uide in l.ſi habitatio. ff.eod.tit. & in l.ij.eod.tit.*
b ☞ *Comprehendit oẽs hæredes. Adde Card.zab.i c.in præſentia. de proba. Et an comprehendatur inſtitutus & ſubſtitutus. uide per Bar.in l.ut iuriſiurandi.in §.ſi liberi. ff.de ope.li.Sa.in l.ij. in xx.q.C.de iu.emphy.Ale.de Imo.cõſil.viij.incl. Viſis ſub tiliſimis dubitationibus.in iij. vol.*

1 ANtiquitas. †Appellatio hæredis relata ad id qd̃ de ſui natura ad heredẽ nõ trãſit, primũ tñ hẽredẽ cõprehẽdit.h.d. †Bar.et ſemp allegaẽ.ſed ſi de ſui natura ad hẽredem trãſit,cõprehendit
b omnes hæredes' in infinitum.vt l.ſciendum.ff.de verb.ſig.& nõ ſolũ deſcendentes:imò etiam extraneos hæredes. vt ibi pater. & iſtos duos articulos an cõprehẽdat extraneos, vel reſtringaẽ ad deſcendentes tñ. Item an cõprehẽdat oẽs in infinitũ,an reſtringatur ad primos tñ hẽredes.plenè examinat Bar.in l.gallus.§.etiã. ff.de lib.& poſthu.vbi omnino vide. In text.ibi.[quatenus vſuf. apud hæredẽ maneret.] legauit ergo ꝓprietatem deducto vſufr. quẽ voluit remanere penes hẽredẽ,vel hẽredes ſuos. Quid ſi hęc verba nõ appoſuit,ſed ſimpliciꝫ legauit ꝓprietatẽ deducto vſuf. Rñ.idẽ.qa cenſeẽ voluiſſe vſumfructũ remanere penes hæredes ſuos,& ſic erit idẽ quod hic text.eſt & ibi no.Bar.in l. Sẽpronius attalus.ff.de vſuf.leg.Sed quid ſi teſtator legauit vſumfru. Titio & hæredibus ſuis? Rñdeo adhuc idem:vt intelligaẽ de primis hẽredibus,nõ de vlterioribus:cum ſit eadẽ rõ. Secus dicit Guil.de Cu. ſi legaret vſum talis rei Titio & hæredibus ſuis : qa tũc licet nunc̃ iſte vſus finireꝰ; nõ tñ reddiꝫ ꝓprietas inutilis:quia vſuarius nõ debet habere oẽs fructus,ſed ad ſuã tñ indigentiã. vt in l.plenũ.§.j.cũ ſeq.ff.de vſu.& habi.& ſic ceſſat rõ huius l. Finiẽ tñ vſus ſicut & vſufr.vt ff.e.l.iij.§.fi.nõ tñ hoc caſu, cũ diuerſa ſit
3 ratio. †In tex.ibi.inutile legatũ eſſe.No.nõ valere legatũ qd̃ non cõfert vtilitatẽ ad hoc.l.ſi creditori.ĩ fi.cũ l.ſe.ff.de le.j.ꝓpter hoc qñ ꝑ re legata venit aliqd̃ ſoluendũ,& ſi legatarius ſoluerit,nullã coſeq̃reẽ vtilitatẽ:ne legatũ reddaẽ inutile, ꝓtinet ad hęredem onus ſoluẽdi.vt l.q cõcubinã.§.q hortos.& l. his verbis.§.fi.de lega.iij.& not.ꝑ Bar.in l.cũ ſeruus.& l.apud Iul.§.ſi fundũ.de le.j. vt ergo nõ valere legatũ de quo nullũ commodũ pcipiẽ.puta de turri.vt dic valere ſi poſsibile eſt aliquãdo poſſe pcipi:licet p̃ſentialiẽ nõ diruta turri cemẽta & rudera ptinebũt ad legatariũ.Op.cõtra l.hãc.de l.ĩannalibus.de le.j.vbi legatũ annuũ factũ alicui & hęredibus ſuis, cenſeẽ factũ oĩbus ĩfinitũ : & tñ de ſui natura ſi ſimpliciter fuiſſet factũ, nõ erat trãſitiuũ ad hęredes.ſo.ibi hoc nõ erat ꝓpter naturã rei legatę;ſed ꝓpter modũ legãdi:qa ꝑ primo anno eſt purũ,ꝑ ſequẽtibus eſt cõditiõale. hoc
4 loquiẽ qñ ꝓpter naturã rei legatę. †Vltimò gl.inducit q; liber homo nõ poſsit locare operas ſuas in ꝑpetuũ: ne libertas ſit inutilis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Bona acqsita monasterio. Adde gl.in c.ſi qs rapuerit.xxv.j.q.j.ca.vlti. xvij.q.iij. gl.in c.quod a te. de cle.cõtu.inn.i c.extrāmiſſa.d renũ.Spectat.de ſta.mo. in §.j. ver.vj.& verſi.xxv. Pe.de anch.in reg.ac ceſſoriũ. de re. iur.li. vj. Ant.de Bu.i c. ſta 2 zuim⁹.in j.co.de reg. Io.de imo ſ cle. ne in agro.de ſta.mo. lap. al².l.iij.bar.l.ij.§.ſi. ff.d bo.poſ. ſcdm ta. hal.ſi aũt.ingreſſi.C. de ſacroſan.eccl.Cal. ti.de.reg.cõſ.xxij.dẽ cõſ.xxvij.e ti. Barb. cõſ.xx.inci. Vbi chriſtus.in v.col.ſ iij.vo.

b ¶ Perdãt vſumfructũ. a Adde Nellũ diſtuſe ſ tractatu de bãnitis.

ad hoc de agr.& cẽſi.l.cũ ſcimus.dicit Gui. q ſi fuit actũ vt poſsit ſeruire p ſubſtitutũ, valet.Si nõ fuit actũ,& erat pauper homo, nõ habẽs aliunde vnde viuat.idem.argu.in l.j.j.de medicãtibus validis in tribus libris. C.de patribus q filios diſtraxerunt.l.j.& ij. aliàs nõ valet.ar.in aũt.vt nulli iudi.§.quia verò.& l.Titio.§.j.de condi.& demon.

☞ *Bona quæſita monaſterio per monachũ licet ingrediatur monaſterium,& tranſeat ad aliam religionem, an remaneant penes primam monaſterium.*

LEX XV.

INter antiquã.† Per alienationem ſeruí partis eius nõ extinguit vſufructus quæſitus dño p ipſum ſeruum.h.d.tota l.† Et eſt arg. quòd bona acquiſita monaſterio* per monachũ, licet egrediat monaſteriũ & trãſeat ad aliã religionem,remanẽt penes primum monaſteriũ.& facit quod no.in c. q à te. de cleri. coniu.& quod not.Bar.in l.ſodales.de collegijs illicitis. Alij dicunt cõtrarium:ne ſecũdo monaſterio ſit onerosus:ſed certè nec debuit eſſe primo onerosus pro tpe quo ibi fuit.ideo de iure prima pars videtur verior.tamen iſti religioſi habent intra ſe ſuas ordinationes & conſtitutiones.

☞ *Banniti noſtri temporis,an per bannum perdant uſumfructum?*

☞ *Actio perſonalis competens pro uſufructu conſtituẽdo,an tollatur ſpatio longi tẽporis?*

LEX XVI.

COrruptionem.† Vſusfructus & actio perſonalis competens pro eo, p non vſum tolliẽ ſpatio longi temporis:non minori. Item p capitis diminutionem maximã,vel magnam non p minimam licet olim ſecus.h.d.tota l.Et tria inducit de nouo.primũ eſt in vſufr. conſtituto,qui olim p non vſum pdebat anno, vel biennio.vt j. tit.j.l.ſicut.hodie non niſi p longum tempus quo perditur dominium.videlicet x.ann.inter p̃ſentes.& xx.inter abſentes:& idem in aliꝭ ſeruitutibus p̃dialibus.vt d.l.ſicut.Secundũ eſt,quia vſufru.olim pdebat p minimam capitis diminutionem: p quam nec ciuitas:nec libertas perditur:puta p emãcipationem,vel adoptionem,ſi vſufructuarius erat in patris ptãte:& acquiſiuerat vſumf. ex cauſa caſtrẽſi.& ſic erat ſuus:& poſtea emancipabat:quia videbat nouus homo.& hoc pbatur j.l.pxi.q̃ fuit ante iſtam.vt ex hoc colligiẽ,vel ſi erat ſui iuris,& tranſit in alienã ptãtẽ p adoptionẽ.hodie per hãc l.non tollitur niſi p capitis diminutionem magnam,p quam pditur ciuitas,& retinetur libertas,vel p maximã:

2 p quam pditur vtraq;.† Quid aũt in bãnitis noſtri temporis:an p

b bannum perdant vſumfructum?* tangiẽ hic per Cyn.in ſi.& in his duobus iſta.l.eſt clara:& ſine dubio procedit. Tertium eſt q inducit de nouo.ſ.in actiõe perſonali,quæ cõpetit p vſufructu nõ conſtituto:ſed conſtituendo,vel conſtituto non perfectè. nã de iure veteri bene reperiẽ q talis ac.tolliẽ per mortẽ eius cui debeẽ vſusfructus:vel per capitis diminutionẽ. vt patet in l. Sempronius Attalus.de vſufruct.lega. & l.j. quibus modis vſusfruct. amit.Sed an perdatur per lapſum temporis quo perditur vſusfruct.erat dubitatio inter antiquos.licet enim in tali actione poſſit cadere mors, & capitis diminutio in eo cui debetur vſusfru. non tamen propriè poteſt cadere non vſus. Nam antequam vſusfructus ſit conſtitutus,vel traditus,non poteſt quis dici nõ vti:quia non cadit vſus in eo quod non competit,& ſic non poteſt vti: quia ipſum non habet adhuc:ita non poteſt dici quòd ſit negligens in vtendo: & iſta pars videtur probari expreſsè per textum,cum gloſſ.in l.ſi partem. in princip.ff. quemadmodum ſeruí.amitt.vbi actio perſonalis competens pro ſeruitute prædiali non conſtituta ſed conſtituenda, non tollitur tempore:licet ipſa ſeruitus poſtquam eſt conſtituta, & ſic poteſt ea vti, bene perderetur per non vſum.& eodem modo actio confeſſoria quæ eſt realis:& competeret pro ſeruitute conſtituta, perdebatur tempore ſicut ipſa ſeruitus: & ſicut rei vendicatio perdebatur,& perditur perdito dominio. Imperator hic determinat quòd actio perſonalis non perditur anno,vel biennio: ſicut nec vſusfr.ſed perditur longo tempore: & ſic idem ſit in actione perſonali,quod eſt in actione reali & in ipſo vſufr. conſtituto:& in iſto tertio.l.iſta recipit magnam dubitationem propter difficilem oppo.quam facit gl.& propter d.l.ſi partem. vbi expreſsè habetur contrarium.propter hoc gloſſ. hic & ibi dicit hanc legem intelligendam in actione perſonali quæ competeret pro vſufructu,conſtituto.Et ſi dicatur hic non poteſt procedere:quia ſi ille qui debebat vſumfr. actione perſonali. vt quia promiſerat per ſtipulationem,vel vendiderat ipſum vſumfr.tradidit:& ſi bene conſtituit,liberatus eſt ab obligatione perſonali per ſolutionem eius quod debebatur.vt inſti.qui.mod. tol. obli. in prin.ſi ergo ſemel eſt ſublata per ſolutionem , non poteſt amplius tolli per lapſum temporis. Glo. reſpondet non eſſe verum quòd per talem traditionem & conſtitutionem vſusfr.ſit liberatus ab obligatione & actione perſonali:quia illud procederet in rebus corporalibus,in quibus cadit perfecta traditio.nos loquimur in iure corporali,ſcilicet,vſusfru. vel alterius ſeruitutis. in quibus non cadit perfecta traditio:ſed patiẽtia habet vim traditionis.vt l.pe.ff.de ſeruí. Patientia verò habet tractum ſucceſsiuum:& licet hodie præſtetur,poterit eſſe quod non præſtabitur cras.ergo per traditionem & patientiam præſentis tẽporis , quæ habet vim traditionis non perfectè,non eſt liberatus.ſicut in iure corporali ſi nõ tradat perfectè.puta quia tradit rem alteri obligatam:& ſic poteſt aduocari,non dicitur perfectè tradita:& ſic licet tranſtulerit dominium:quia tamen non irreuocabiliter , cũ poſsit per alium aduocari per hypothecariã,non dicitũ liberatus ab obligatione dandi,ſed põt adhuc conueniri ad dandum ſicut ſi non deciſſet.vt l.ſi rem meã.ff.de ſol.& conſequenter illud qđ ſibi deficit:& ſic vt liberetur à pignore.ſic in propoſito licet conſtituendo vel tradendo vſumfr.quod fit per inductionẽ in fundum ſeruientem.vt l.iij.§.datur.ff.de vſufr.tranſtulerit vſumfru. quia tñ remanſit dñs fundi,& ratione dominij põt ſemper contradicere:& non pati:adhuc remanſit obligatus ad dandũ obligationẽ prima.Et de iſta loquitur iſta l.ſecundũ gl.& hoc colligiẽ ex tex.circa mediũ ibi. [ſed vſumfr.quẽ ſibi aliquis acquiſiuit.] & ſic loquiẽ in vſufr.iam acquiſito & cõſtituto. Itẽ ibi dũ dicit [retinere quod habent nõ poſſunt:] & ſic iam habebat v ſumfr. Itẽ ibi dum dicit [amittere quod ſemel poſſeſſum eſt.]& eſt tunc ideo in prõptu:quia poſtquã vſusfr.eſt traditus & conſtitutus,poteſt eo vti:& ſi non vtitur,poteſt dici negligens in nõ vtendo:& ſi ita eſt,ſicut perditur ipſe vſusfr. quod eſt ius reale, & etiam confeſſoria,quæ pro ipſo competit : & eſt actio realis, & ſine iure vſusfr.ſtare non poteſt ita & actio perſonalis quæ remanſit,& non fuit extincta:cum in ea ſit eadẽ ratio.ſed ſi vſusfr. nunquã fuit traditus,nec conſtitutus,talis actio perſonalis cõpetens pro ipſo conſtituendo nõ tollereẽ longo tẽpore. vt eſt caſus in d.l.ſi patrem.ſed hodie per l.ij.de conſtit.pec.& per l.ſicut. de præſcri.xxx.an.perditur tẽpore longiſsimo:& ſic plus iuris habet ille qui minus habet.nam qui non habet vſumfr. minus habet quã ille qui habet.& tñ ille qui habet vſumfr. perdit ipſum, & omnẽ actionẽ cõpetentẽ pro ipſo ſpatio longi tẽporis per nõ vſum:& ille qui vſumfr.non habet , ſed actionem perſonalẽ ad ipſum,non perdit eam.licet in iudiciũ non deducat per ſpatium longi tẽporis:ſed dũtaxat longiſsimi.in hoc ſtat ſubſtantia huius tex.cũ gl.† Quidã verò dicunt q glo.circa fi.poſtea dũ dicit [& ſic eſt mirabile.]vult intelligere hanc l.etiã in act.perſonali quę cõpetit pro vſufructu cõſtituẽdo:& tũc bene eſt mirabile q tollatur ſpatio lõgi tẽporis:cũ nõ ſit dare aliud ius principalius , in cuius conſequentiã ipſa tollaẽ. Qñ aũt competit pro vſufr. conſtituto,nulla eſt mirabilitas:quia ibi eſt dare ipſum ius vſusfruc. quod eſt principalius.vnde ſi illud tollaẽ,non eſt incõueniens ſi tollaẽ actũ.pro eo cõpetens tam realis cõfeſſoria quã perſonalis. & illã opi.tenuit Azo in ſum.ſed non poteſt ſuſtineri per l. illã ſi partẽ.nec iſta gl.hoc voluit.ſed retulit ſe ad idẽ:quia in ſuperiori dixerat:& tñ ſibi videẽ mirabile q perſonalis tollaẽ ſpatio longi tẽporis,cũ hoc nõ ſit de natura perſonaliũ actũ.ſed realiũ tantum: in quibus cadit præſcriptio dominij,vel alterius iuris.Pet.reprobat iſtam gl.quia gl.videtur velle q ille qui eſt obligatus actione perſonali ad dandum & conſtituendũ vſumfru. vel aliam ſeruitutem,ſit obligatus ad factum.ſ.ad patiendũ q factum non poteſt perfectè explicari quouſq; viuat:ſed illud non eſt verũ: imò

eſt obligatus ad dandum duntaxat:quia conſtituit vſumfru. vel aliam ſeruitutem.ipſam dat. j.transfert ipſum ius:ſicut q eſt obligatus ad dandũ,non aũt ad tradendũ:quia traditio venit in conſequentiam:ſine qua dare non poſſet:ideo potius eſt in officio iudicis mercenario quàm ſit in obligatione.& ideo tenet Pet.q ſtatim q tradidit vſumf.vel ſeruitutem,inducendo quẽ in fundum ſeruientis,ſit liberatus ab obligatione qua tenebatur dare vel cõſtituere vſumfru.& ſic illa obligatio non poſſet tolli amplius tẽpore.verum quia in futurum poſſet prohibere ratione dñij,cum 2 tradit debet cauere de non prohibendo.vt l.harum. ſi ſer.ven.& ex iſta cautione incipit noua obligatio.& de iſta loquitur & debet intelligi iſta l.non de priſtina,quæ ſublata erat:vt iſta tollatur ſpatio longi tẽporis,ſicut ipſe vſusfru. vel ius ſeruitutis. & bene fateẽ.Pet.quod ſi non eſſet tradita,actio perſonalis nõ tolleretur. Bar.in l.ij.ff.de verb.obli.in prin.ſuſtinet gl.iſtam, & reprehẽdit Pet.& tenet q qui tenetur ad ſeruitutem non ſolũ teneaẽ ad dandum,ſed etiam ad factum.& q dando licet libereẽ quatenus tenetur dare,nõ liberatur quatenus teneẽ facere.mihi videẽ q neuter bñ dicat:nec Pet.inquantũ intelligit iſtam l.in noua obligatione quæ oriẽ ex cautione:quia eſt diuinare,nec Bar. inquantũ tenet q qui teneẽ ad ſeruitutem,tenetur ad factũ:imò teneẽ ad dãdũ tantũ.vt dicit Pe.tñ dico:& illa fuit intẽtio gl.q licet det ipſam ſeruitutem cõſtituendo,nõ tñ liberaẽ ab obligatione qua teneẽ dare,quia non videẽ perfectè dediſſe eum poſtea prohibẽdo: qđ facere põt ratione dñij,ne videaẽ auferre quod dederat,& ideo poſtea prohibendo non ſolũ poteſt conueniri confeſſoria,in qua petit ſibi deberi ſeruitutẽ declarari,& ipſum compelli ad ipſum non impediendũ,ſed etiam poteſt conueniri vt det quaſi non pfectè dederit.& illud idem conſequenter. Et hoc videmus in ſimili:ſi es mihi obligatus ad dandum rem corporalem,& eam de deris alteri obl:cum poſsit mihi auferre per hypothecariã:nõ videris dediſſe:& poſſum te conuenire ad dandum: licet iam dederis ratione iuris quod mihi deficit:& cõſequar vt eam liberes.vt in l.ſi rẽ meã.ff.de ſol.& illa eſt intentio iſtius gl. melius declaratæ quã declarãt doc.nec expedit venire ad cõtẽtionẽ q̃ inter Pet. & Bar.eſt.In vltima aũt.q.gl.puto(quicqd dicat gl.)q ſicut vſufru.tolliẽ ipſo iure per non vſum:ita & confeſſoria,& etiam perſonalis actio,quæ tolluntur in conſequentiam. ipſo iure tollunẽ: 1 ſed actio perſonalis quæ non tollitur in conſequentiam alterius iuris,& ſic per xx.ann.duntaxat;illa bene tollitur per excep.non ipſo iure:quia tempus non eſt modus tollendi obli.ipſo iure.vt l. obligationum ferè.§.placet.ff.de actio.& obli.

a ☞ *Si legatus eſt uſusfructus filioſa.quid hodie acquiratur patri? cum in aduentitijs acquiratur proprietas filio & uſufru.patri.*

LEX XVII.

LEx libris.* Iſta eſt vna noua lex.& credo q alibi nõ reperitur caſus eius. & fuit ante l.p̃cedentẽ,q̃ p̃ſupponit q p minimã capitis diminu. pereat vſufr.dũ loquiẽ de emãci.filij vſufru.quod hodie corrigitur per l.præce.& h.d.† Si vſusfructus ſit relictus filioſa. vel ſeruo alterius,& non apparet cuius contempla. fuit relictus: an ipſius filij vel ſeruí:an verò patris,vel domini.Si contingat filium vel ſeruum,præmori,vel capite minui,fingitur relictus cõtemplatione patris:vel domini.& ideo nõ extinguitur morte. vl capitis diminutione illorũ: ſed remanet apud ipſum patrem.vel dominum.Si verò contingat patrem præmori , fingitur relictus contempla.filij.& apud eum remanet.nec extinguitur morte: vl capitis diminutione patris.h.d.Et in hoc vltimo nihil dicitur de ſeruo.quia non poſſet apud eum remanere. Veniamus ad caſum & eſt nouus.Iſta l.recipit dubita.magnam. nam aut iſte vſusfru. fuit relictus contempla.ipſius filij,vel ſeruí.& tũc quicũq; prius moriatur,vel poſterius,non eſt vis, quia non debet inſpici perſona patris,vel domini.ſed ipſius filij,vel ipſius ſeruí:vt per eorum mortem extinguatur.licet pater vel dominus ſuperuiuat. cuius contrarium dicitur hic in primo dicto:quia vſusfruct. concernit perſonam vſufructuarij:& hæc perſona eſt ipſe filius,vl ſeruus. Nam & ſeruus poteſt vti de facto:licet non de iure. Aut fuit relictus contemplatione patris,vel domini. & tunc per mortẽ eorum deberet extingui,non autem remanere penes ipſum filium: quia ipſe pater eſt vſufructuarius.cuius contrarium dicitur hic in ſecundo dicto.Breuiter opi.procederet ſi conſtaret cuius cõtemplatione relictus eſſet,ſed hoc debet intelligi qñ nõ cõſtabat. quo caſu.l.iſta vult q ex futuro euentu hoc deprehẽdat:vt ſi primò moriaẽ filius,vel ſeruus:videtur fuiſſe relictus cõtemplatiõe patris,vel dñi.& ſic ipſe pater vel dñs ſit vſufructuarius:& mors filij vel ſeruí nõ attendaẽ.ſed duntaxat patris, vel dñi,quí poſtea ſequitur.Et econuerſo ſi pater prius moriatur, fingatur relictus contemplatione filij:& mors patris præcedens non attendatur: ſed mors filij,vel capitis diminutio poſtea ſecuta.& per iſtam diſtinctionem tollunt omnia contraria formata in gl.† Et dicit Cy. q in examine ſuo fuit interrogatus per quẽdam doc.bonoñ.ſi ille gatus eſt vſusfr.filiomiliias:quid hodie acquiritur patriẽ cùm habeamus.quod in aduentitijs quæritur proprietas filio,& vſusfr. patri.vt j.de bo.quæ lib.per totum.hic non eſt dare ꝓprietatẽ diſtinctam ab vſufr.patris,an nihil remaneat penes filiũ:an acquiratur filio ipſum ius,& cõmoditas ſit ipſius patris. dicit ipſe Cy. q ipſe aliter nõ reſpõdit illi doctori, niſi q de quæſito ſuo erat caſus in iſta l.& dñs Lãbertinus de rãponibus q erat ꝓmotor ſuus, dixit q optimè reſponderat:ſed Mar.ſil.dixit q malitioſè ſibi reſponderat.quia de caſu huius.l.multũ dubitabaẽ.nec per iſtam l. videẽ iſtud dubium tolli.quia iſta l.loquitur qñ ignoraẽ cuius cõtemplatione ſit relictus vſusfructus.ſed dubium ꝓcedit quando eſt certum quod contẽplatione filij:& ſic ipſe cenſeẽ vſufructuarius:& p eius mortẽ & capitis diminutionem debet tolli. ſed dubiũ eſt,cũ pater in aduentitijs debeat habere vſumfr. & filius ꝓprietatem.& hic non eſt dare proprietatem diſtinctam ab vſufr. quid iuris? Gl.mag.hic in fi.dum opponit de l. cum oportet.j. de bo.quæ lib.& dicit iſtam l.corrigi p illam videẽ ſentire quod ius vſufr.reſideret in perſona filij, & patri acquiratur commoditas: & hoc magis placet.& ſic finietur ex perſona filij.tunc autem videtur conſtare quod contemplatione filij , qñ fuit relictus ab eo qui non habebat notitiam patris, ſed filij tantũ: & econuerſo qñ ab eo qui habebat notitiam patris magis quàm filij,videtur relictus contemplatione patris:vt l.ſed ſi plures.§ in arrogato.ff. de vulg.& pupi.quando autem eſt dubium,ſeruanda eſt diſtinctio huius.l.mirabilis:quam puto non eſſe correctam p ti.de bo.q̃ lib.

De ſeruitutibus,& aqua *Rubrica.*

† Super gl.Rubricę ibi.[de ſeruitutibus perſonalibus.Iſub.q̃ debeneẽ à re p̃ſonæ.hic verò de realibus,q̃ debeaẽ à re rei:& ideo verba libelli & ſentẽtia debet cõcipi ĩ rẽ,puta peto declarari fundũ tuũ debere ſeruitutẽ fundo meo:nõ aũt debeo dicere debere ſeruitutem mihi:& ita etiã eſt pronuntiandũ.ideo dicit lex q ſnĩa prædio daẽ in his ſeruitutibus.vt l.qui aliena.§.fi.ff.de neg. geſt. Nõ ꝓpterea tñ libellus eſſet ineptus:nec ſnĩa iualida,ſi verba cõciperenẽ in p̃ſo.meam:puta mihi deberi ſeruitutem de p̃dio tuo ad p̃diũ meum.vt l.ij.in prin.ff.ſi ſeruí.ven. & ibi tangiẽ per Bar. quia verba libelli interdũ improprianeẽ & ſuſtineẽ impropriatio: vt potius valeat:vt l.ſed & ſi poſſeſſori.§.Ite ſi iurauero.ff. de iureiu.& quod dixi.ſ.tit.j.l.j.ſed licet ſeruitus debeaẽ prædio, actio tamen cõpetens pro ea cõpetit p̃ſonæ:nõ prædio.vt patet in d.l. ij.Eſt aũt actio cõfeſſoria. quę datur ei qui aſſerit prædio ſuo ſeruitutem deberi;& negatoria.quę competit ei qui hoc negat.vt d. l.ij.ſi ſer.ven.& iſtæ actiones fuerunt originaliter inuentæ,ꝓ ſeruitutibus p̃ſonalibus.de q̃bus in tit p̃ce.& poſtea extenſę ad ſeruitutes p̃diales.vt d.l.ij.ſed etiã doc.dicunt vtiliẽ confeſſoriã vel negatoriam dari p quibuſcũq; iuribus incorporalibus: licet non cadant in nomen ſeruitutũ:puta p iuriſdictione quam quis aſſerit habere in tali loco,vel p iure eligendi prælatũ,quod dic vt plenè tractaẽ & ſubtiliter p Inn.in c.bonæ.de poſtu.p̃la.ſunt iſtæ actiones reales,ſicut rei vẽdicatio;q̃ daẽ p re corpali.ideo cõpetit cõtra quẽcũq; turbatorẽ:& petit declaratio iuris,ſicut in rei vend.l. ſicuti.§.ſed ſi quæratur.ff.ſi ſer.vendi.eſt & alia ſeruitus perſonalis.quæ debetur à perſona perſonæ:vt in ſeruitute ſeruorum: de qua habetur in materia ſeruorum.ff.& C.in prin. vij.lib.

2 ☞ *Sex requiſita ut acquiratur ſeruitus per præſcriptionem ſeu per uſum.& nu.3.*

3 *Seruitus quando dicatur habere cauſam continuam.& quando diſcontinuam?*

4 *Ille qui præſcripſit ſeruitutem in domo uicini,ſi uicinus aliquid fecit contra eum,habet actionem:& uincit.niſi aduerſarius præſcripſit poſtea libertate,quam potuit præſcribere longo tempore.dummodo non ui nec clam fuerit uſus libertate.*

5 *Si allegans præſcriptionem poſſedit ui,clam,uel precario ab alio; non ab aduerſario, an hoc ſibi noceat,ut contra aduerſarium non potuerit præſcribere?*

6 *Scientia & patientia poſſeſſoris non ſufficit ut ſuper re poſſeſſa poſſim acquirere ius*

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruitutis: sed requiritur scientia & patientia domini.
Quid in eo qui utitur iniustatione contra ciuitatem sciente & patiente tyranno qui eam occupauit: an præscribat?
7 *Quando dicatur quis esse in quasi possessione seruitutis, ad hoc ut habeat interdictum uti possidetis utile, ne in ea turbetur, & ad hoc ut possit præscribere lõgo tempore?*
8 *Sicut in acquirenda seruitute requiritur bona fides utentis: quod credat sibi seruitutem competere: an ita in acquirenda libertate, q̃ credat rem suam esse liberam.*

LEX I.

1 SI quas actiones. †Lex ista legit̃ tribus modis in gl. & hoc cõtingit ꝓpter finẽ eius, qui non videt cõcordare cũ principio: cũ tñ ꝓlequat̃ eundẽ casum: ga in principio loquit̃ i secũda ꝑsona: & loquit̃ ei q̃ volebat agere, ga turbabat̃ in seruitute quã acq̃sierat ꝑ ꝓscriptionẽ in domo vicini: & in fi. loquit̃ in tertia ꝑsona. & vt̃ velle ꝓsequẽdo eũdẽ casum. q̃ ille cõtra quẽ ꝓscribit̃, et cõtra quẽ agit̃, debuerit possidere domũ in qua fuit seruitus ꝓscripta nõ vi, clã, vel p̃cario. & tñ istud nõ requirit̃ in eo contra quẽ ꝓscribit̃: sed requirit̃ in ipso p̃scribente. ideo vt istud nõ obstet, quod vt̃ obstare primę lectur æ: trãsit ad secũdã: sed incidit in aliã improprietatẽ. quia tũc illa verba seruitutis non congruũt: sed deberet dicere vicẽ libertatis. ideo gl. vt euitet istas impropriationes, trãsit est ad tertiã lectu. in qua nulla fit impetratio. & quælibet lect. de se est bona, & not. &
2 secundũ primam. h. d. †Contra turbantem quẽ in possessione seruitutis p̃dialis dan̄ act. inuentæ ꝑ seruitutibus defendendis: hoc primò. Et sufficit agẽti si non potest aliter ꝓbare seruitutem sibi constitutam, ꝓbare se fuisse vsum seruitute longo tpe in p̃dio vicini, non vi, clam, vel p̃cario. h. d. secũdò, partes patent ꝑ ie. Not. secundùm istam lect. quòd duo requirunt̃ ad hoc, vt seruitus acquirat̃ ꝑ ꝓscriptionem, seu ꝓ vsum. Primò, quòd fuerit vsus longo tempore. s. x. annis inter præsentes & xx. inter absentes. Secũdò, q̃ non vi, clam, vel precario, & diceretur vsus vi, quando aduersario ꝓhibente. clam verò quando aduersario ignorante, precario, quando aduersario concedẽte ad ipsius bene placitum, & non vltra: & nullo ipsorum casuum posset præscribere: quia nõ haberet bonam fidem. Adde tertium, quod requirit̃ quòd fuerit vsus sciente & patiente aduersario: vt l. pxi. quæ scientia & patientia loco quasi possessionis habetur in iuribus incorporalibus. vt l. penulti. ff. eod. sine qua nõ potest ꝓcedere præscriptio iurium incorporalium: sicut nec rerum corporalium sine vera possessione. vt in c. sine possessione. de iureiu. tamen quia res corporales possunt propriè possideri, non requiritur scientia & patientia illius contra quam præscribitur. vt leg. fi. j. de præscript. longi. tempo. sed in incorporalibus ideo requiritur, quia sine ea non diceretur quis quasi possidere. Adde quartum, quòd fuerit vsus iure seruitutis: tanquam sibi debeatur seruitus & bona fides. vt l. fina. ff. quemadmodum ser. amit. si enim iure familiaritatis: & sic non animo acquirendi seruitutem, eam non acquireret: etiam si ꝓ mille annos fuisset vsus. quia non dicit̃ quasi possedisse. vt l. q̃ iure. ff. de acqui. pos. & similiter si nõ bona fide, ga tantũ sciebat seruitutem sibi non deberi, adhuc non acquireret: quia in p̃scriptione longi tpis etiam de iure ciuili veteri requirebat̃ bona fides. saltem à principio, non autem p̃sumit̃ bona fides: si sciebat fundum esse alienũ: quia sciebat vel scire debebat alieno non posse vti sine licentia domini. vt l. sicuti. §. sed si q̃rat̃. ff. si serui. ven. Requirit̃ ergo ꝙ credat se habere seruitutem qua vtit̃. licet reuera non habebat: tñ errabat in facto: quia forrè audiuerat à patre suo hoc dici. nam hoc tribuebat iustam causam credẽdi. non autem requirit̃ ad probandam bonam fidem ꝙ habuerit aliquem tit. vel concessionem à non domino. licet gl. videat̃ hoc requirere in l. j. §. ij. ff. de iti. actuq́e pri. Doct. dicunt quod licet ista concessio vel tit. causet bonam fidem; tamen non necessariò requiritur: quia istæ seruitutes longo tempore possunt p̃cribi, & sine tit. per. l. si quis diuturno. ff. si ser. ven. licet dominiũ rerũ corporalium (quod est maioris præiudicij) non præscribatur sine titulo tpe. vt l. nullo. §. de rei ven. nec etiam vsuf. licet sit seruitus: quia tamẽ est pars dominij. ꝑ vsum longi temporis sine tit p̃cribit̃. vt l. fin. j. de p̃scri. long. tempo. & ff. de publici. l. si ego. §. j. Dy. autem dixit p̃sumi bonam fidem. contra quem Cyn. cum reuerentia reprehendit: & vide gloss. & p̃ Bartol. in dicta l. j. §. ij. de iti. actuq́e pri. Item quinto requirit̃ vt p̃scribatur longo tempore, ꝙ seruitus habeat causam continuam, vel quasi. Si autem dicõtinuam: tunc requireret tantùm tempus, cuius memoria in contrariũ non existat: quia in illis nõ cadit quasi possessio ciuilis, vel naturalis: vt l. seruitutes. ff. de seruit. la grande. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & ẽstiua. † Dicũtur aũt habere causam cõtinuam, q̃n ad vsum earũ nõ requiritur factũ hominis: vt in seruitute aquæ ductus: quia postquã factus est riuus vel canale, & aqua est in ipsum deriuata. nõ requiritur vlterius factũ hominis: quia per seipsam semper currit, quando est apta semper currere: sed quando nõ est apta semper currere, sed aliquãdo, vt aqua pluuialis: sufficit ꝙ instrumentum quo potest currere, sit semper paratum ad recipiendum aquam: & tunc dicitur habere causam continuam: vt l. foramen. de ser. vr. prędi. Quando verò requiritur factum hominis, vt est seruitus haustus aquę pro fundo: vt seruitus itineris, dicitur habere causam discontinuã: quia quasi pos. talium seruitu. realium non retinetur animo hominis, sed retinetur solo corpore & vsufr. quia cum debeãtur rei, & res nõ habeat animũ, sed corpus, nõ potest dici ꝙ possideat ciuiliter animo quem nõ habet, sed nec dominus rei possidet: quia sibi nõ debetur, sed rei. sed in seruit. personalibus seu in alijs iuribus incorporalibus, quæ debentur personæ bene cadit ciuilis quasi pos. quæ retinetur animo illius. & ideo licet ad vsum earũ requiratur factum hominis semper: quia tamen quasi pos. ciuilis retinetur animo, & animus põt esse cõtinuus in retinendo, licet non corpus, præscribuntur longo tempore cum ti. tamen. vt ŝ. dixi: quia non dicuntur habere causam discontinuam propter cõtinuum animum in retinendo. l. iusto. §. nõ mutat. & ibi tãgitur per Bar. ff. de vsuca. licet quidam dixerint contrarium. vt refert Cy. hic. & l. seq. cõtra quos est ille §. & l. si ego. §. j. ff. de publicia. vbi vsuf. potest præscribi longo tempore. & ante complatã præscriptionem competit publiciana pro eo, sicut pro rebus corporalibus. quod non esset si diceretur habere causam discontinuam. quoniam ad hoc præscribendum requiritur continuata possessio. aliàs interrumpitur præscriptio. vt in l. naturaliter. de acquiren. pos. Adde sextum & vltimum, ꝙ requiritur vt præscribens sit dominus fundi, cui venit acquirẽda seruitus completa præscriptione: aliàs si simplex possessor, sicut nõ posset acquirere per pactũ: ita nec per præscri. sicut nec posset eidem seruitutẽ imponere, etiam si partem haberet dominij. vt in l. pro parte. ff.
4 de serui. † Secũdum verò secundam lec. h. d. Ille qui præscripsit seruitutem in domo vicini, si vicinus aliquid facit cõtra eam, habet actionem: & vincit. nisi aduersarius præscripserit post libertatem, quam potuit præscribere lõgo tempore. dummodo non vi, nec clam, fuerit vsus libertate. h. d. & tũc nõ oportet quòd exponatur. dum dicit [si is qui pulsatur.] id est, tu qui pulsaris. i. inquietaris: sed stat propriè. & loquitur de aduersario cõtra quẽ agis cõfessoria: & sic pulsatur à te in iudicio. ipse autem allegat contra te præscri. libertatis, dicens eam præscripsisse contra seruitutem, quæ tibi prius debebatur. nam vincit si longo tempore fuit vsus libertate, non vi aut clam, vel precario, sed tunc tex. impropriatur. dum dicit [consuetudinem vicem seruitutis obtinere sciet.] deberet enim dicere vicem libertatis. vt tantum valeat libertas acquisita per præscriptionem, quantum libertas concessa per contractum. gl. respõdet vel dic ꝙ vult dicere, vt sicut seruitus acquirit̃ per vsum lõgi tẽporis: ita & libertas, si longo tpe fuerit quis vsus libertate. ecce casum. Et secundũ istã lect. aduersarius tuus contra quẽ agebas confessoria. & petebas cõpelli eũ ad destruendũ ædificiũ factum, contra seruitutem dicebat se præscripsisse libertatẽ: quia lõgo tẽpore tenuit ædificatum altius te sciente & patiente. vnde sicut tu potuisses præscribere seruitutem contra eum per vsum longi temporis: ita & tu libertatẽ quæ habet in hoc vicem seruitutis, & sic per eũ fuit extincta seruitus & res ipsius pristinã libertatem recuperauit: quia & libertas est extinctio seruitutis. vt l. si ædes. §. libertas. ff. de ser. vr. prę. sed hoc verum dicit Imperator si is qui pulsatur, id est, aduersarius tuus qui pulsat̃ à te agente: nec vi, nec clam, nec præcariò tenuit ædificium eleuatum per longum tempus: sed te sciente & patiente
5 posider, id est. possedit libertatem. † Quærit glo. secundũ vtranque lec. quid si allegans præscriptionem possedit vi, clam, vel precario ab alio, non ab aduersario: an sibi hoc noceat, vt contra aduersarium non potuerit præscribere? videtur quod non, sed sufficiat non habuisse ab aduersario: vt l. j. in fin. ff. vti pos. & l. ij. gloss. tamen tenet contrarium. nam verum est quantum ad retinendam possessionem, & ipsam defendendũ aduersus agentem interdicto

interdicto vti pos. istud bene sufficit ꝙ ab aduersario non ita tenuerit: licet tenuerit ab alio vi, clam, vel præcariò: nos loquimur quantũ ad acquirendũ ius de nouo, in qua acquisitione requirit̃ bona fides, ille autem qui possidet vi, clam, vel præcariò ab vno non habet bonã fidẽ: ga scit rẽ vel ius non esse suũ. sed credit esse illius à quo sic tenet. vñ nec cõtra illũ p̃scribit. nec etiã cõtra aliũ cõtra quem p̃scribere non intendit. ista gl. dicit veritatẽ inquantũ ad primam lect. quæ loquit̃ de p̃scribente seruitutẽ, nõ quantum ad secundam quę loquit̃ de præscribente libertatem: quam potest præscribere contra illum à quo non tenet vi, clam, vel p̃cariò, licet teneat præcariò ab alio: casus est notabilis secundùm Guil. de cu. in terminis in l. si ædes. prælegata in prin. de ser. vr. præ. Tertio modo gloss. legit seu ponit casum vt tollant̃ istæ improprietates. ꝙ ego prætendebam habere seruitutem in domo q̃ nunc est tua: quia te sciente & patiente fui ea vsus ꝑ longum tẽpus, vincam te, nisi tempore quo sciuisti, & passus fuisti, nõ eras dominus: sed possessor. possidendo vi, clam, vel precariò ab alio. licet nunc sis dominus. Nam sicut non poteras tunc mihi concedere seruitutem: quia nullum ius habebas in domo, ita nec scientia & patiẽtia tua potuerunt esse causa quod acquireret: quia nõ
6 plus debent operari, quàm expressa concessio. † Et sic not. quod scientia & patientia possessoris non sufficit vt super re possessa posset acquirere ius seruitutis: sed requirat̃ scientia & patientia domini: & ita debet intelligi & limitari lex sequens, vnde dicit dicit Bart. ꝙ si aliquis tyrannus occupauit aliquam ciuitatem: & alius sciente & patiente tyranno fuit vsus iurisditione in aliquo loco subdito illi ciuitati, super quo iurisditionem habebat, non ꝑ scripsit iurisditionem contra ciuitatem. Circa quod vide quod ꝑ eundem not. in l. j. §. si quis fundum. in fi. ff. de iti. actuq́e priua. Guil. de Cug. videt dicere contrariũ quod sufficiat scientia possessoris. per l. inter quos. §. si dominus. ff. de dam. infect. & ꝑ l. Imperatores. de publicia. & ꝑ l. si ego. §. j. secundùm intellectum gl. ff. de publi. de quo tangitur per Innocen. in c. bonæ. de postu. ꝑla. Breuiter ista est veritas, ꝙ scientia & patientia solius possessoris sine patientia domini non sufficit ad p̃scribendum. per illam gloss. & per dictum Barto. sed si cum illa concurreret etiam scientia & patientia domini, sufficeret: ita intelligo dictum Guil. si eũ Titius possidet rem tuam tanquam suam. & ego ipso sciente & patiente vtar seruitute: te tamen ignorante, vel contradicente: non acquiro in præiudicium tui sed si scisti, & non contradixisti, cum posses, tunc secus: vnde in casu Bar. quia ciuitas obsessa à Tyranno non audet contradicere, non potest dici quod fuerit
7 passa. vnde puto Bar. bene dixisse morte solito. † Quęro circa primam lect. quando dicatur quis esse in quasi possessione seruitutis, ad hoc vt habeat interdictum vti possidetis vtile, ne in ea turbetur. & ad hoc vt possit præscribere seruitutem in re tua, & quanto tempore? Negatoria quanto tempore tollatur? Extraiudicialis interdictio, an interrumpat præscriptionem longi temporis, seu seruitutem continuam?

¶ Põt p̃scribi dñũ, an dominũ tyranni cũ possit præscribi. vide per Io. de Ana. in c. j. in ij. columna. de schisma.

¶ Vsufructus posset præscribi. Adde gloss. & Bar. in l. iusto. in §. non mutat de vsuc. Bal. in l. fi. de lon. tẽp. præscri. Abb. in c. cũ nõ liceat de præscri. Bart. in l. iij. §. ex contrario. ff. de acq. pos. Et vide Bal. in l. fi. in ij. col. 1 ver. veluti. C. de lõ. tẽp. præscri. & ibi ꝙ præscribit̃ spatio cẽtũ an. quodru in telligẽ verum sine ti. & vide eũdẽ Pau. de ca. in con. v. incip. In causa quæ vertitur. Franc. Cur.

& sic ille §. si viam. nõ est incorrectus de iure cano. quia ipse non præscribit libertatem, sed eam recuperat per prædi. seruitu. Cano nisti tamen & etiam legistæ communiter tenent contra Bartol. & etiam ipse idem Bart. videtur terminare contra in l. omnes populi. de iust. & iure. vbi tenet quod si statutum dicat creditorem negligentem petere per quinquennium cadere ab actiõe sua: nõ habet locum si debitor sciebat esse debitorem. sed debet restringi quando erat bonæfidei: ne includat peccatũ: & hoc etiam hic tenet Bal. licet Bart. in loco prædicto non alleget. Aut loquimur in seruitute vrbana, in qua non sufficit negligentia nõ vtentis vt recuperetur libertas: imò requirit̃ vt ipsa libertas præscribatur. & sic quod interueniat factum præscribẽtis. vt si habeo seruitutem tigni immittendi in parietem tuum, licet enim ea non vtar spatio longi temporis: si tamen mihi feci sti in contrarium, eam non perdo: sed requirit̃ ꝙ aliquid feceris: puta quod foramina quę ibi erãt obturaueris, vel quod eleuaueris parietem: cum deberes seruitutem, vt postea supra ipsum parietem ponere tigna: & tunc non possum. propter eleuationem: tunc ergo requiritur quod obturaueris, vel eleuaueris bona fide: credens non debere seruitutem, aliàs libertatem non præscriberes. vt hæc habentur in l. hæc autem. ff. de ser. vrba. præ. & l. si ædes. §. libertas.

2 ☞ *Vsusfructus quanto tempore præscribatur?*
3 *An contra prohibitionem tuam possim præscribere seruitutem in re tua, & quanto tempore?*
4 *Negatoria quanto tempore tollatur?*
5 *Extraiudicialis interdictio, an interrumpat præscriptionem longi temporis, seu seruitutem continuam?*

LEX II.

1 IAquam. †Seruitus habens causam continuam, acquiritur longo tempore, si præscribens fuit ea vsus sciente & patiente aduersario: nisi per aduersarium fuit interrupta. quod fieri potest etiam ꝑ interdictionem extraiudicialem: & tunc qui incœpit præscribere si aliquos sumptus fecit in alieno pro acquirenda seruitute, eos perdidit. hoc dicit. In text. ibi. [eo sciente.] sub. & patiente: & hoc dictum non dicitur in l. præceden. & sic suppleb̃ p̃istam. In text. ibi. [duxisti.] sub. ꝑ longum tp̃s: vt ŝ. l. pxi. & sic seruitu-
2 tem acquisiuisti, vnde postea ꝓhibere non potuisset. † In tex. ibi. [exemplo rerum imobilium.] s. quantũ ad longũ tempus, sicut
a enim potest p̃scribi dominium [a] rerum immobilium ꝑ lõgum tẽpus: ita & seruitus p̃dialis. quæ minoris est p̃iudicij, quia nõ aufert dominium, sed incommodat: non autem quó ad ti. qui requiritur in p̃scriptione seruitutum. ꝓpter rationẽ p̃dictam: sed in prę scriptione dominij bene requirit̃. vt ŝ. tit. ij. l. nullo & eodem modo in p̃scriptione vsusfructus: qui est pars dominij. & maioris p̃iudicij respectu dominij. & sic loquit̃. l. fina. j. de p̃scrip. long. tẽpo. & l. si ego. §. j. de publicia. & hic ꝑ Pet. & Cy. Si tamen non in
b tenuissẽt titu. adhuc vsusfructus posset præscribi [b], & acquiri tpe longissimo xxx. ann. sicut & alia iura rerum corporalium & incorporalium. vt in l. sicut. de præscriptio. xxx. ann. & non solùm si bona fide fuisset vsus. sed etiam si mala de iure ciuili: licet, secus de iure canonico. † In tex. ibi. [vsus tibi interdictus est.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 ¶Ordinata charitas. Adde Bart.in l.pupillum.de excu. tut.no. in c.j.de iup.negl.prela.libr.vj.not.in capquiescam⁹.xlij.distl.

& sic nō fuisti postea vsus illo patiente. Vñ nō potuisti complere præscriptionem: iste text.videt contra Inno.in c.bonę. Si postu. p̄la.qui videt dicere quòd contra ꝓhibitio nem tuam præscribo seruitutem in re tua. & quod idem not.in c.conquerente. de of fici.ordi. Sed potest dici quòd longissimo tpe bene præscribo. non longo.vt hic.& sic in prima non requiritur scientia & patiētia aduersarij:sed solus vsus.sicut etiam non requiritur si interue nisset titulus.puta Titius pos.fundi tui cōcessit mihi seruitutem in eo,qua fui vsus te ignorante,vel contradicente. Si bona fide, credens te non esse dominum,sed illum Titium, p̄scribo contra te longo tempore:nisi interuenerit lit.contest. p quam illa p̄scriptio interrumpitur:vt in l.moræ.ſ.de rei vend.& sic potest intelligi.l.fi.j.de præscrip.long.tem.secundùm Pe.hic quod ergo operatur titulus vt possim præscribere longo tempore etiam te ignorante,vel non patiente:ita operaꝫ longissimum tempus quando
4 titulus non interuenit.Tenementi,quia ista sunt subtilia.†In gl. ij.super verbo.[quæsiti.]ibi.[Sed negatoria quando tempore tollitur.] &c.glossi.in illo versi.vult formare vnā opinionem nō cōtra istum text.sed contra solutionem datam ad primum contrarium.ibi.[vel hic habet perpetuam causam ibi non.]nam dū dicit [ibi.]nō vult quòd quādo seruitus non habet causam ppetuam,vel quasi,sed discōtinuum. vt est seruitus, vel alia in qua requiritur factum hominis ad quotidianum vsum,quod factum hominis non potest esse cōtinuum,requiritur ad præscribēdum tantum tempus,cuius in contrarium memoria non existat.puta c.anni.per l.hoc iure.ſ.ductus aquæ.ff.de aqua quotidi. & æsti. Cōtra istud & contra illum.ſ.oppo.quòd imò sufficiat longissimum tempus xxx.ann.quod sic ostenditur.Si ego iui per fundū tuum te sciente & patiente per xxx.ann.perdidisti negatoriam p quam poteras defendere libertatem fundi tui per l.j.ſ.j.de anna. excep.& sic non poteris allegare libertatem.ex quo sequit quod vincam in confessoria.qua dicatur mihi seruitutem deberi:postquàm non potes allegare contrarium.& sic vsus xxx.an.tribuet mihi seruitutem itineris:cuius contrarium dictum est. Gloss. dicit secundùm quosdam quòd non sequitur perdidisti negatoriam, & non potes allegare libertatem,ergo ego acquisiui seruitutem: cum ista possint simul stare quòd prædium tuum sit liberum; & sic nō habeū seruitutem. & inde allegare hoc nō potes istud nihil est dicere.quia paria sunt nō habere ius,vel habere & nō posse id allegare.l.q habebat.in fi.cum glo.ff.de man. test.
4 quia sic obtinebo perinde ac si haberem ius.ideo gl.soluit secundò verum esse quod perdidisti negatoriam pro itionibus præteritis,nō ꝓ futuris cū ergo agendo confessoria agam pro futuris itionibus,quia volo adhuc ire:tu poteris allegare libertatem qđ nō præcripsi seruitutem.& obtinebis ꝙ reiterentur itiones, ꝙ itiones stant,& sic intentabis negatoriam pro futuris itionibus. & poteris petere damna & interesse rōne prędictorū.& totaliter expedieť vno iudicio.hoc dicit gl.cum qua trāsit Bar.ꝓ qua etiā
5 facit capitulū querela.de elect.†In glo.sequenti opponit contra text.dū dicit.[vsus tibi interdictus est.]nā innuit statim prescriptionem interrūpi p interdictionem extraiudicialem. cōtra.quia prescriptio lōgi tpis nō interrūpit p extraiudicialem denūtiationem:vt l.alienam.ff.ꝓ empto.sed requirit litis contest.vt l.moræ. ſ.de rei vendi.gl.respondet hic quod nō fuit sola interdictio. sed abstinuit ab vsu.& sic fuit naturalis interruptio, in qua nō requirit litis contestatio.vt l.naturaliter.ff.de vsuca.sed si nō cessasset ab vsu,nō sufficeret extraiudicialis interdictio,sed requireret litis contestatio:vt aliter,& melius, etiam si non cessauit ab vsu, nō requirit litis cōtestatio:sed sufficit extraiudicialis interdictio: per quam apparet quod non patitur, vnde cum in præscriptiōe seruitutis requiraꝫ quasi possessio,& ista quasi possessio cōsistat in scientia & patientia aduersarij,talis interdictio facit cessare qua si possessionem.& sic naturaliter interrumpitur hęc p̄scriptio:nō sic in præscriptione longi tpis,quæ currit cum tit.in rebus corporalibus,quia ibi est dare possessionem veram rei; quæ p̄scribitur sine scientia & patientia aduersarij.& hoc vult gl.in effectu. Ex quo sequit quod si p̄scribens haberet titulum concessum à non domino:quo casu non requireret scientia & patientia aduersarij p l.fin.de præscrip.long.tempo. talis interdictio. extraiudicialis non interrumpet præscriptionem.vt in contrario.

2 ☞ *Emphyteuta,uel feudatarius,qui non sunt domini directi sed utiles: an possint imponere seruitutem rei emphyteuticæ,uel feudalis*

LEX III.

ET in prouinciali.†Prædio tributario pōt imponi seruitus, & res quæ debet seruitutem,transit ad singularem successorem cum eodem onere seruitutis.h.d. † Et est ar.iste text.cum gl.j.ꝙ emphyteuta vel feudatarius qui non sunt domini directi,sed vtiles,possint imponere seruitutem rei emphyteuticæ,vel feudali.In contrarium quia nō possunt alienare sine voluntate domini directi:ergo nec seruitutē imponere: quia continetur sub verbo alienationis:vt l.fi.de rebus alie. nō alienandis: predia verò tributaria non poterāt alienari sine cōsensu fisci: ad quem videbatur pertinere directum dominium. breuiter ista quęstio est determinata in vsibus feudorū, de inuestitura de re aliena facta,ꝙ valeat constitutio seruitutis quousq; durat apud ipsum constituentem,vel hæredes eius:sed si propter aliquā causam & res ad dominum reuertatur,extinguitur per l. lex vectigali.ff.de pig.

2 ☞ *Aqua quæ oritur in alieno,postquam ingressa est fundum tuum,non possem eā inde extrahere sine voluntate tua,& de ea potes facere quicquid uis.*

3 *Quid si est egressa de fundo tuo?quod possim eam ducere ad fundum meum,nisi ducerem per riuum à te factum.*

4 *Si aquam quæ oritur in fundo tuo concessisti titio,ut posset eam deriuare in suo, an possis postea eam mihi concedere?*

5 *Ordinata charitas incipit à se,& quod de fonte tuo primus haurire debeas.*

LEX IIII.

AQuam.†Ex fundo alieno non pōt duci aqua sine voluntate domini.h.d. & hoc siue dñs indigeat pro se.vt j.eo.l.præses.quæ idem dicit qđ ista siu nō indigeat, quia nō tenetur cōicare cū alio
c ¶Secundũ proprietatem verborũ. An statutũ debeat intelligi ad literã, vel precise: vel prout iacet. vide Bal. in authen. si qua mulier. C. de sa. san. eccle. & in l. ij. C. de pact. Angel. in l. si ita scripsũ. ff. de liber. & posthu. Paul. de Ca. in l. j. in vj. colũ. ff. si cert. pe. to. de Imo. & Iud. Ro. in l. Cæsar. ff. de pub. Bal. in c. in præsentia. de proba. Pe. de Anc. in rep. c. j. de consti. Domi. in c. relatũ. in j. col. xxx vij. dist. Car. cõsi. lx xxiij. inci. Titi⁹ nunc sunt ver. ad septimũ. Paul. de Ca. cõsi. cxc vj. inci. sup hoc puncto. in v. col. Fran. de Are consi. cix. incip. coegistis me. eũdem consi. cxlv. inci. licet statuta. Ale. de Imo. cõsi. l. incip. Visis & opportunè ponderatis. in ij. & penul. colum. in j. volumi.

d ¶Cũ seruo non pos ſ sit esse iudiciũ. Adde Ange. in l. si certis annis. i iij. col. C. de pa.

fi. mag. glo. j. de iure deli. quod est verum si potest aliquid operari. retenta dicta interpretatione. vt l. si quãdo. ſ. de inof. test. aliàs ne sit superfluũ, non intelliguntur secundũ ius commune: sed potius vt illud quod corrigunt. vt l. j. ſ. fi. ff. ad mun. † Item allegatur q statuta recipiunt interpretationem restrictiuam, ne quis indebitè damnũ patiatur: nam indebitè pateretur dominus damnũ, si cogeretur emendare vel soluere pœnam ex delicto serui sui cõmisso ipso ignorante, vel prohibente: & sic nulla sua culpa concurrẽte: & propter hoc determinatur quæsto. Si statutum imponit pœnam extrahenti alterius sanguinem in palatio, b q restringatur ad extrahentem sanguinem iniuriosè, secus si non iniuriosè: vt in barbitonsore: quia indebitè damnum pateretur: † similiter quando restringitur statutũ ne quis indebitè lucretur. statutum non restringitur: sed secundũ proprietatem verborum intelligitur. vt l. p ſpexit. ff. qui & à qui. dic vt no. per Bar. in l. non dubium. ſ. de legi. In tex. ibi. [furtim aribores exciderũt.] Dic, de hoc etiam disponit ius commune qua pœna debeant puniri. vt ff. arbo. furtim cęsarum. per totum: sed isti dubitabãt. quia ius commune in pœnis introductis per ipsum bene disponit q dominus ex delicto serui nõ cogatur illas pręcisè soluere: si vult dare seruum pro noxa. statutum verò quod erat in loco isto, & imponebat aliã pœnam, non permittebat dari seruum pro noxa. sed simpliciter loquebatur. † & statuta sunt huius conditionis q non extẽduntur vltra quã loquantur, cum sint stricti iuris. vt ff. ad mu. l. cõstitutiones. & de ver. obli. l. quicquid astringendæ. sed certè verum est q non extenduntur: vt decidant casum ab eis nõ decisum, nec ista potestas dandi seruũ pro noxa. in casu isto, p uenit à statuto. quia si statutum extenderet vltra quã loquatur: sed prouenit à iure cõmuni restringẽte statutum. † In tex. ibi. [iuxta legem]. ſ. municipalem. In tex. ibi. [salutui]. ſ. possessionibus. ff. de acqui. pos. l. quãuis saltus. fuit enim facta. l. municipalis. ad vtilitatem possessionum. No. etiam quòd statutum in dubio nõ præsumitur alicui velle auferre beneficium iuris communis secundùm Bal. & ad hoc potest allegari.

2 ☞ Licet cum seruo non posit esse iudicium ciuile, tamen potest esse iudicium criminale ad pœnam corporalem imponendam.

3 An sit in electione damnum passi, utrum agat contra dominum ciuiliter, an accuset seruum criminaliter?

LEX III.

1 Siue seruum. † Pro crimine serui competit accusatio criminalis contra ipsum seruum, & etiam actio ciuilis noxalis contra dominũ. h. d. No. in prin. † q licet cum seruo non possit esse iu
2 d dicium a ciuili, vt ſ. de iudi. l. seruus. bene tamen potest esse iudicium criminale ad pœnam corporalem imponẽdam. vt l. hos ac
3 cusare. ſ. omnibus. ff. de accu. † Itẽ no. quia videtur tex. dare electionem damnum passo, an agat contra dominũ ciuiliter, an accuser seruum criminaliter. & sic vna via electa non possit ad alteram redire, hoc videtur verum eodem tempore. sed finito vno iudicio, & obtenta victoria, poterit ad aliud iudicium procedi. vt j. quan. ci. ac. l. vna. & ff. de publi. iud. l. interdum. & plenè per Barto. in l. prætor. ſ j. ff. vi bono. rapto.

3 ☞ Dando quis seruum pro noxa: non tamen liberatur quin restituere debeat id quod ad eum peruenit.

LEX IIII.

1 Si seruus. † Pro delicto serui cõmisso inscio domino, vel prohibere non valẽte, tenetur dominus noxali: & etiam quatenus ad eũ peruenerit. sed si eo sciente & p hibere valente si non prohibuit, tenetur præcisè & insolidũ sine noxæ deditione. criminalis verò accusatio contra solũ seruũ instituitur. h. d. In tex. ibi. [si nec dum vtilis annus excesserit.] quia pœna quadrupli quæ datur ex titulo vi bo. ra. in quo cõputatur simplũ, & quæ nunc intentatur cõtra dominũ, datur infra annũ vtilem ad talem pœnam, posteaverò in simplum tantũ. † In tex. ibi. [ad eum peruenit.] No. quòd dando seruum pro noxa, non proppterea liberatur quin restituere debeat id quod ad eum peruenit, nec teneatur illud emendare.

LEX V.

2 Itibi. Pro furto serui non potest agi ciuiliter contra eum, sed contra dominum. hoc dicit.

Ad exhibendum. *Rubrica.*

1 ☞ Actio ad exhibendum cui, & contra quem, & ad quid, & qualiter detur? Actio ad exhibendum est personalis, tamen in rem scripta.

† Super rub. hæc actio nõ datur pro rebus immobilibus quæ per se patent, vt j. qñ & qui. quarta pars debetur. l. ij. & ibi no. gl. & Bar. sed pro mobilibus. Itẽ est actio personalis: tñ in rẽ scripta. vt l. iij. ſ. est aũt. & l. de eo. ſ. fi. ff. eo. Itẽ datur ei cuius interest. pecuniariter interesse, qđ posset æstimari: aliàs secus. vt ff. e. l. pe. & datur interdũ vt res duntaxat ostendat, & exhibeatur. qđ potest contingere multis modis. vel vt possit agi reali actione ciuiliter, vel criminaliter. & tũc est præparatoria ad aliud iudiciũ plenius. vt l. ordinarij. ſ. de rei ven. Et interdũ datur vt res exhibita restituatur. vt ſ. ti. pxi. l. j. ibi. vel ad exhibendũ agere &c. Interdũ vt vna res separetur ab altera. ff. eo. l. gẽma. & est summaria quantũ ad æstimationẽ. quia cũ agitur de modico præiudicio, nõ requiritur plena & exacta pbo: imò sufficit iuramentũ. vt l. thesaurus. ff. eo. quantũ verò ad ordinẽ iudiciariũ videtur plenaria, quia in ea lis cõtestatur. & per cõquens alia quæ sunt de solẽnitate iudiciorũ debent obseruari. vt l. tigni. ſ. j. & ij. ff. eo. vbi fit mẽtio de li. cõte. & tetigi in l. iudices. ſ. de iudi. datur etiã non solũ cõtra possidentem, sed etiam contra desinentem dolo possidere. vt j. eo. l. ad exhibendum. & ff. si certum peta. l. rogasti. ſ. fina. & ex pluribus causis. quas difficile esset enumerare.

2 ☞ In hac actione, an sufficiat unus testis?

3 Post publicatas attestationes in hoc iudicio, quod agitatur ad finem agendi rei uendicatione, non prohibetur quis inducere testes super eisdem articulis in iudicio ordinario, in quo agitur ad alium finem.

LEX I.

1 Si domininm. † Volenti agere rei ven. p re mobili debet ipsa res exhiberi, à quo põt agi per hãc actionẽ h. d. † In tex.
2 ibi. in fin. [de rei veritate quæratur.] Dic & sic vt ostendatur testibus, qui nõ possent aliter deponere an ista erat ancilla matris tuę, vel nõ. vt l. cũ si exhibuissent. de publi. & ista p batio fiet summariè. nõ tamẽ per solũ iuramentũ: quia de aliquo præiudicio agit. sed fortè sufficiet vnus testis. iuxta no. in l. si qs à liberis. ſ. si vel parẽs. de li. agno. Nã exhibeat ad finẽ vt postea vendicet: secus si ad aliũ finẽ nõ ita præiudicialẽ.
3 † Et no. q post publicatas attestationes in hoc iudi. quod agitatur ad finem agendi rei vendi. non prohibetur quis inducere testes super eisdem articulis in iudicio ordinario, in quo agitur ad alium finem. vt in c. veniens. extrà de testib.

LEX II.

1 Si criminis. † Etiã si de crimine serui velit qs agere debet sibi seruus exhiberi. h. d. & ve
nit ad declarationẽ. l. iij. ſ. ti. j. & l. pe. in fi. vbi dicit q criminaliter põt seruus accusari. Si ergo dñs ipsum occultat, potest per hãc actionẽ cõpelli ad exhibendũ. vt hic: similiter vt ostendatur testibus. vt l. cũ si exhibuissent. ff. de publ. Glo. verò intelligit hanc l. qñ agebat ciuiliter cõtra dñm ex delicto serui, & sic agẽs prætendebat interesse pecuniarium. pro quo datur actio hæc. secus dicit si accusaretur seruus criminaliter. quia tunc accusator non prætendit interesse pecuniarium. ergo &c. vt l. penul. ff. eo.
2 ☞ In rei uendicatione si probaui me dominum, licet fueris absolutus, quia non possidebas: iudex debet declarare me dominum. & si postea incipis possidere: possum petere quòd sententia mutatur executioni contra te, absque eo quòd agam de nouo. & quid si iudex non declarasset me dominum?

3 Vendicans rem ex aliqua causa, si in ea succumbat, an prohibeatur agere ex alia causa, uel de nouo superueniente?

Lex

LEX III.

1 Eque ad exhibendum. † Sententia ab solutoria non nocet agenti ex causa post sniam superueniẽte. h.
2 d. facit l. si mater. ſ. eadẽ. ff. de excep. rei iudic. † In text. ibi. [si nũc cõpetit.] qa nũc incœpisti possidere, cũ prius fueris absolutus qa nõ possidebas. Aduerte tñ qa in rei ven. si probaui me dñm: licet fueris absolutus, quia nõ possidebas. Iudex debet declarare me dñm: & sicut snia partim ferẽ p me, & partim pro te, & si postea incipis possidere, possum petere qđ mittat execu tioni cõtra te, absq; eo qđ agã de nouo. tex. est cũ gl. satis singularis in l. si à te. ſ. j. ff. de exce. rei iudi. secus si iudex non declarasset me dñm quia fortè nõ p bauit dñiũ, quo casu loquitur hic, vt de
3 nouo agere debeã & nõ obstabit excep. rei iu. † In gl. fi. ibi. [& distingue.] Aduerte ad gl. qa tex. & etiã gl. in superioribus loquit qñ volo agere ex causa de nouo superueniẽte vt mihi nõ obstet exce. rei iud. qa illa nõ põt dici fuisse deducta in iudicium: & sic snia illa nõ facit p iudiciũ. vt l. nõ põt videri. ff. de iudi. Sed qđ si volo agere causa nõ superueniẽte de nouo: sed q̃ suberat tpe primæ litis: tñ nõ fui illã cãm p secutus, & fuisti absolutus: gl. distinguit. Aut in libello deduxi aliquã spãlem causam, & illã tm̃ fui prosecutus, & nõ aliã, & nihilominus succubuit, & tũc volẽdo intẽtare aliã quã nõ deduxi, possum: & nõ obstat mihi exceptio vt l. si mater. ſ. j. ff. de excep. rei iud. Aut nullã cãm spãliter deduxi in libello, sed gñaliter & simpliciter dixi rẽ esse meã: sed postea in p secutione & in capitulis vnã tm̃ cãm deduxi, & p bauit. & sic fuisti absolutus simplr qa non p bauit dñiũ, isto casu si vellem agere ex alia causa in libello nõ deducta in p secutione, nõ possem. vt l. & an eadẽ. ſ. actiones. ff. de excep. rei iudi. qa simpliciter asserẽdo rẽ meã, videor oẽm cãm in iudicio deducere, ex qua sit vel esse possit mea: si ergo in p sequendo tm̃ vnã cãm deduxi, & nõ p bauit q illa esset mea, imputandũ est mihi: qa debebã deducere illã ex qua erat mea, & quã nunc volo deducere & hoc in actione reali sed in personali licet generaliter egerim, si tantum vnam fui p secutus nõ p bauit licet mero iure fiat mihi præiudicio de aliis non prosecutis, de æquitate tamen secus & cõtra excep. rei iu. quæ potest opponi de rigore. possum replicare de æquita te vt ſ. de iudi. l. licet. Non sunt alia.

2 ☞ Non restituens rem ad mandatum iudicis, cum posit, uel præsumatur posse, citur esse in dolo, & qualiter iuretur in litem contra eum?

3 Si ago contra illum qui à me habuit causam, puta commodatarium, uel depositarium, uel creditorem cui pignorauit, tales præsumuntur hodie habere, ex quo semel habuerunt, & si dicant contrarium quod perdiderunt sine ipsorum culpa uel dolo, debent hoc ipsi probare.

4 Si ago contra illum qui non habet à me causam, puta rei uendicatione, tanquam contra possidentem, & probo quod aliquando possedit: ipse uerò asserit se hodie non possidere, non præsumitur possidere: nisi tempore litis contestatæ possidebat.

5 Si affirmares te possidere, & aliquando possedisse, & ageres contra me interdicto uti possi. præsumeris etiam hodie possidere.

Quid in dominio?

LEX IIII.

1 On ignorabit. † Cõtra nõ exhibẽtem instrumẽta iurat in litẽ, & res q̃ pe
tiẽ præsumit esse apud reũ, si tpe lit. conte. fuit. h. d. In tex. ibi nõ exhibeanẽ. ſ. ad mãdatũ iudicis. l. q restitue
2 re. ff. de rei vẽ. & j. e. l. exhibitiõis ibi explẽdo &c. † In tex. ibi. [iurisiurandi in litẽ.] hoc nõ est iuramẽtũ affectiõis qa circa instrumẽta nõ cadit affectio sicut in nũmis l. nũmis. ff. de in li. iurã. Est ergo iuramentũ veritatis qđ deferẽ in defectũ p bationis cõtra dolosum. vt l. i actionibus. in fi. ff. de in li. iurã. Et aũt in dolo, ex quo nõ restituit ad mandatũ iudicis cũ restituere posit, vel p iu mat posse, sed si nõ posset, nec fuisset in dolo quominus posset, nõ iurareẽ in litẽ: sed deberet p bare per testes, vel alio modo & sic intellige gl. fi. dũ dicit. [qñq; fit ad interesse.] Nã vtroq; casu siue sit in dolo, siue in culpa, fit cõdẽnatio ad interesse veritatis: nõ affectionis sed in prio casu probat p solũ iuramentũ: in secũo affectionis sed in prio casu probat p solũ iuramentũ: in secũo nõ

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ In quibus durat actio.qđ modis sumit actio.vide p gl. in l. j.ff.de eden.Et q̃ dicãtur actiones directæ & quæ cõtrariæ.vide gl.magnã.in l. ex cõsensu.ff.de actiõ. & obl.& Ange. in l. actio. in prin.ff.de negot gest.

res,& mihi traderes.quod cõtingere potest multis casibus:& iudex te cõdẽnauit ad exhibẽdũ:tu aũt rem illam deterioraſti culpa vel dolo,& ipſam poſtea reſtituiſti mihi: q̃ fortè ignorãs deteriorationẽ eã recepi: q̃rit an mihi aliquo modo cõtra te ſuccurratur. Reſpõdeť q ſic:vſq; ibi.[ita vt ſi rẽ.]qa nõ eſt cõuenies q dolus vel culpa tua mihi noceat:ſed qua actione ſuccurreť:nã ab actione ad exhibẽdũ qua tenebaris,fuiſti liberatus exhibẽdo & tradẽdo,qa ſolutione eius quod debeť tolliť oĩs obligatio.reſpõdeť verũ eſt de rigore:ſed de æquitate mihi ſuccurriť per actionẽ in factũ. Et primò ponit vnũ dictũ gñale qđ habet locũ tã qñ deterioravit per dolũ,quã etiã qñ per culpã, vt cõtra eũ ſuccurrať.vſq; ibi.[ita vt ſi rẽ.] Secũdò ponit aliud dictum q debet reſtringi per culpam .Nam ſi per dolũ, nõ dareť act.in factũ:ſed actio de dolo,quæ nõ cõcurreret cũ alia actione ſpeciali:vt l.& elegãter.§.nõ ſolũ.ff.de dolo. Opp.primò q imò cõpetat actio prima ad exhibendũ:vt l.Iulia.ſcribit.§.ſi q̃s.ff.eo. Sol.ibi fuit reddita in alia forma quã fuerit petitũ:ideo nõ videť reddita:cũ ꝓpter mutationẽ formæ cẽſeať alia res diuerſa ab ea quæ petita fuit hic in eadẽ forma:licet cũ deterioratiõe. Secũdò opp.q deť actio.l.Aquil.vt l.qui tabulas.ff.ad l.Aquil.gloſ.dicit qđ datur illa & etiã iſta actio in factũ: quæ eſt ſubſidiaria.l.agl. doct.dicũt q hic nõ loquiť de illa actione in factũ ſpãli quæ eſt ſubſidiaria.l.Aquil.ſed de generali,quæ dať in defectũ aliarum actionũ:nõ põt eſſe qđ illa deterioratio cõtingat ex culpa commiſſa in negligẽdo:& ſic nõ cadit in actionẽ.l.Aquil.vt l.ſiv ſuſfructus.§.de præteritis.ff.de vſufru.ſed ſi cõtigiſſet ex culpa cõmiſſa in faciẽdo,& agẽs eſſet dominus rei petitæ,daretur actio. l.Aquil.& ſic ceſſaret illa gñalis ſubſidiaria.Item oppo. q detur actio prima ſ.ad exhibẽdũ:vt l.j.§.ſi res.ff.depoſiti.& l.iij.§.ſi redita.ff.cõmo.Sol.ibi in actionibus bonæfi.à quibus nõ liberatur reſtituẽs rem deterioratã:hic nõ cõueniť actione prima: qa tales actiones ampliorẽ habent naturã,hic in actione ad exhibẽdum: quæ eſt ſtricti iuris.Sed cõtra q idẽ in ſtricti iuris:vt ff.de ſolu.l. etiã.Sol.ibi plus deficiebat quã hic.nã res fuit ibi ſoluta ſine deteriratiõe:tñ nõ perfectè:qa ſoluẽs debebat cauere,& nõ cauerat vnde videbať perfectè ſoluiſſe:qa pro nõ ſoluta habeť,cũ poſſit euinci:& ꝓpter hoc tenebať cauere,& nõ cauit.ff.de cõdi.ob cã. l.fi.in fi.& l.lul.§.j.ff.de verb.obli.hic aũt nõ deficiebat ius:& ſic erat perfectè exhibita vel reſtituta quo ad ius:licet cũ deteriratione.Sed extra gl.opp.de l.nõ ſolũ.ff.de rei vẽ.vbi erat actio ſtricti iuris:& res fuit reſtituta deteriorata,& nihilominus durat actio priſtina.So.ibi agẽs erat dñs:hic verò debet intelligi qñ nõ
3 erat dñs:ſed aliud intereſſe p̃tẽdebat. †Et ex iſtis recollige quã-
a tuor caſus in ꝗbus durat actio[a] prima,qñ res ſoluiť, vel reſtituiť cũ aliquo defectu.Primus qñ erat actio boneſi.idẽ ſi ſtricti iuris habẽs inſtar bonæfi.vt l.hmõi.§.ædes.ff.de leg.j.¶Secũdus cũ debitor ſoluẽs erat obligatus in gñe,& ſoluit nõ pfectè.etiã quoad deteriorationẽ:vt l.q ſibi aut titio.§.j.ff.de ſol.Tertius cũ poſt ſolutionẽ peto illud qđ eſt meũ,licet actio ſit ſtricti iuris:vt l.non ſolũ.ff.de rei ven.Quartus cũ res ſoluiť cũ defectu iuris cautiõis vel alterius iuris.l.etiã.ff.de ſolu.& d.l.Iulia.§.j.Extra iſtos caſus nõ agiť actiõe prima,ſed de dolo ſi dolus iteruenit:vel ĩ factũ,ſi
4 culpa:vt hic.†An aũt recipiẽdo qs rẽ deterioratã, ſibi præiudicet:diſtingue an ignorãter,vel ſciẽter receperit.Primo caſu non p̃iudicat:vt hic.& no.in l.ĩ hac.ff.de tri.Secũdo caſu aut deteriorationẽ veniebat iure actiõis,& idẽ:aut officio iudicis,& tũc ſibi præiudicat:vt j.depoſiti.l.iiij.quod dic vt no.in l.fin.de eo quod certo loco.Cætera dic vt hic per Cy.& Bar.

1 ☞ *Per liberam perſonam noſtro iuri non ſubiectam, non ꝗcquiritur nobis actio, & hoc fallit in aliquibus caſibus de æquitate.& nu.2.*

LEX VIII.

1 Si res tua.†Ex pacto alterius appoſito in traditione rei meæ,& ad meã vtilitatẽ, acqritur mihi actio vtilis.h.d.& ad hoc ſemper allegatur. Et hoc eſt durũ:ſiue durabat mea,vt hic:ſiue non.vt ſi creditor qui rẽ meã habebat obligatã, vendidit eã iure pig.& ſic trãſtulit dñium:appoſuit tñ pactũ q emptor teneať mihi reſtituere,qñcũq; refundã ſibi pretiũ:vt eſt caſus no.in l.ſi cũ vẽderet.ff. de pig.act.Sed ſi in traditione rei tuę apponis pactũ ad meiv ti-

litatẽ,puta q reſtituať mihi,tunc diſtinguiť:an duret tua,& tunc mihi acquiriť vtilis ex illo pacto:vt l.Publia.ff.depo.in princ.an nõ duret tua:tũc ſecus.niſi meo noĩe tradas:vt l.certi cõdictio.§. ſi nũmos.ff.ſi cer.pet.& niſi in caſu ſpãli.j.de dona.quæ ſub mõ. l.quoties.facit j.de pac.conuen.l.pactum.In tex.ibi.[vti potes.] q.d.nõ aliàs ſi nõ interuenit pactũ q tibi reſtituanť:ſi aũt interuenit,habet locũ quod ſequitur.In tex.ibi.[vti nõ prohiberis.]ſ. tanquã hæres:quia ex illo pacto directa actio fuit tibi quæſita:licet pacto appoſito ſuper re tua:& ſic tanquã hæres potes eã intentare:ſecus ſi non es hęres.†In tex.ibi.[nullam te &c.]propter
2 regulam quæ eſt q per liberam perſonam noſtro iuri nõ ſubiectam non quæritur nobis actio:tamen iſta regula fallit de æquitate in quibuſdam caſibus:inter quos ſunt illi de quibus dixi,& hic eſt vnus.quãdo quis paciſcitur ſuper re mea ad mei vtilitatẽ.

LEX IX.

1 Si exquocunque.†Debitor qui ſoluit põt petere inſtrumentũ cancellatum ſibi reddi.h.d.Item ſi erat ſuum,quia recollectum à notario de propria pecunia, poteſt petere per actionem ad exhibendum & per rei vendicationem: vt hic: ſed ſi non erat ſuum:ſed creditoris, quia ipſe creditor recollegerat, debet agere condictione ſine cauſa.vt infra condictio.ex lege,l. diſſolutæ &c.

De reli.& ſump.fune.& aleæ luſu.& aleatoribus. *Rubrica.*

Super rub.ibi.[& ſumptibus funerum:]de iſta ſecunda parte rubricæ non fit mẽtio niſi in l.iij.quæ incipit legatum.Aliq verò ll.loquuntur de prima parte rubricæ.de vltima verò nulla l.huius tit.tract.licet hic ſit quædam aut.Græca translata in latinum quæ prohibet ludum alearum:& annullat contractum factũ in ludo occaſione ludi:& cõcedit repetitionẽ eorũ quę perduntur in ludo:licet malè ſeruetur.circa quam vide l.ſi quis cùm ſciret:cũ ibi no.ff.pro emptore.Et no.glo.dum dicit [& quia extrema luctus &c.] ſicut econuerſo extrema gaudij luctus occupat:quod quamplurimum contingit.

2 ☞ *Si teſtator mandauit in teſtamento hæredibus ſuis,quòd corpora filiorũ quæ erant ſepulta in alio loco,deberent facere portari ad locum unde ipſe erat oriundus, & ubi mandauerat fieri ſepulturam ſuam,& debere condi in eadem ſepultura ſub pœna priuationis hæreditatis,an iſta ſit iuſta & legitima cauſa?*

LEX I.

1 Si vi fluminis.†Corpus humanum ſepultũ in vno loco, poteſt in alium locum transferri ſubſiſtẽte iuſta cauſa:& interueniente ſuperiore.h.d. Et iſtæ ſuperior olim erat præſes prouincię vel ludex ordinarius loci ſecularis. hodie erit Epiſcopus: ad quem pertinet curarerũ religioſarum:vel ſinulla ſubeant iuſta cauſa,erit Papa:ſicut olim erat princeps.ſ.Imperator.vt j.e.l.fi.facit
2 ſ.de peti.l.hæreditas. †Sed quidam teſtator mandauit in teſtamento hæredibus ſuis quòd corpora filiorum quæ erant ſepulta in alio loco,deberent facere portari ad locũ vnde ipſe erat oriundus,& vbi mandauerat fieri ſepulturam ſuam, & deberent ea condere in eadem ſepultura ſub pœna priuationis hæreditatis. An iſta ſit iuſta & legitima cauſa? habui iſtum caſum de facto: & videtur quòd non: quia ipſe teſtator non poſſet hoc facere ſi viueret,non ſubſiſtente alia cauſa:ergo nec mandare in teſtamẽto poteſt quòd fiat:& ſic licet non faciant, non incident in pœnam priuationiſs:quia præcedit præceptum improbatum à iure vt j.de his quæ pœ.nomine.l.j.in fi.licet cum hic occidiſſet:quia hæredes volentes tranſportare reliquias filiorum,fuerunt prohibiti:& propter hoc nihil fecerũt,opponebatur per illos ad quos hæreditas debebat peruenire,q propter hoc debebant ire ad Papam,& impetrare ab eo.quod cum non fecerint, debebant priuari hæreditate.ar.ff.de eo qui pro tut.l.j.§.fi.facit l.j.§.j.vel ij.ff. ſi quis omiſ.cauſa teſta.vbi facere poſſe dicitur qui mediatè vel aliquo mediante poteſt facere.In contrarium allegaui quòd nõ erat eis imputandum ſi non adiuerunt Papam: quia ꝓnon facilè aditur.arg.in l.qui cum maior.poſt princi.ff.de bon.lib.ibi dum dicitur

dicitur alterũ nõ facilè &c.& l.ij.§.tractari. quæ optimè facit.ff. ad tertul.& quia videť impoſsibile quod à ſolo principe dependet l.apud lul.§.fi.cũ ibi not.ff.de leg.j.& ita cõſului in fauorem hæredũ q non eſſent hæreditate priuãdi.In gl.ibi. [aliàs cõtra.] quia poteſt trãsferri etiã nulla ſubſiſtente iuſta cauſa,& ſine authoritate ſuperioris,quando fuit poſitũ in vno loco,nõ vt perpe tuò ibi ſtaret:ſed vſq; ad cerum tẽpus,& poſtea ad aliũ locũ trãſferretur.Nam tũc potius dicitur depoſitum quã ſepultũ.vt j.eo. l.ſi nec dum oportet tamen q conſtet ita fuiſſe actum à prin.

2 ☞ *Id quod noſtrum eſt,ſine noſtra uoluntate à nobis auferri non poteſt.*
Alteri per alterum iniqua conditio inferri non poteſt.
3 *Sicut de facto corpus humanum fuit ſepultum in tua poſſeſſione.an eodem modo poteris propria authoritate ipſum inde amouere?*

LEX II.

1 Nuito.†Locus in quo ſepeliť corpus humanũ voluntate dñi,efficitur religioſus,& ſic deſinit eſſe in commercio,vt non poſsit vẽdi.nec obligari:qa in nullius bonis eſt:ſecus ſi contradicente dño vel etiã ignorante.h.d.quid ſi eo ſciente & non prohibente? Reſpondeo fauore religionis cenſeť cõſentire:& ſic põt prohibere de cætero q aliud corpus ibi inferať.vt ff.de mor. infe.l.ſi prius.
2 in fi.†Et no.in iſta l.regulã iuris.vt id quod noſtrum eſt ſine noſtra voluntate à nobis auferri non poteſt.vt l. id quod noſtrum. de reg.iur.& q alteri per alterum iniqua cõditio inferri non po-
3 teſt.facit j.de reb.cre.l.nec filius.& ſ.fa.herc.l.cohæredibus.†In tex.ibi.[facere nõ poteſt.]& videtur q propria authoritate poſſis illud corpus inde amouere:& in alium locum transferre: vel etiam alius de mandato & voluntate tua:& ſic ceſſat l.prędẽs quia iſta eſt iuſta cauſa inde amouendi, nec puto q requiratur ſuperioris authoritas:quia ſicut de facto fuit ibi poſitum: ita de facto poteſt inde amoueri:arg.eius quod not. in l. minoribus.ff. de euic.in glo.& l.quẽadmodum.§.j.ff.ad le. aquil.& l. ſi vitem. §.ſi ad ianuam.quod vi aut clam: quia quilibet poteſt ſuam poſſeſsionem propria authoritate defendere, & amouere obſtaculum per illa iura.

LEX III.

1 Legatum.†Legatarius non prohibetur vnà cũ legato petere etiam impenſas quas fecit in perſonam defuncti, vel in eius ſepulturam.h.d. videbať contrariũ qđ propter legatũ qđ dicit q̃dam donatio.vt l.legatum eſt donatio.de le.j.& de le.ij.l.legatum. videtur iſtas expenſas feciſſe animo donandi quia ex præcedenti donatione quã mihi feciſti,præſumiť in me animus donandi in alio erga te:vt l.ſi verò nõ remunerandi.§.Inde Papinia.ff.manſed illud eſt verum in vna & eadem re quam mihi donaſti. vt ſi poſtea tibi tradam, licet nõ appareat quòd animo donandi præſumatur ex præcedenti donatione:quod dic vt ibi. & l. quæ dotis.ff.ſol.matri.& quod ibi no.hic verò erant res diuerſæ, vel diuerſæ quantitates.

1 ☞ *Ius patronatus eccleſiæ tranſit ad hæredes extraneos, & ad unum ex eis tãtum ex diuiſione non poteſt pertinere.*
3 *Locus deſtinatus ad uſum alterius loci cenſetur eſſe portio illius.*
4 *In ſepulchro familiæ omnes de familia.i.de agnatione habent ius ſepeliendi, licet non ſint hæredes. Item etiam hæredes,licet non ſint originaliter de familia.i. de agnatione.ſed extranei.*
5 *Quid in ſepulchro hæreditario,quod quis fecit pro ſe & hæredibus ſuis?*
6 *Qualiter cognoſcatur an ſit familiare,uel hæreditarium?*
7 *Quòd monumenta,dicantur etiam fines & termini diuidentes duo prædia uicina.*

LEX IIII.

1 Si ſepulchrum.†Locus religioſus vendicarí non poteſt: quia nullus eſt dominus eius & vẽdicatio non competit niſi domino. Item in ſepulchro familiari[a] quod quis fecit ſibi & fa-
2 miliæ ſuæ,omnes hæredes etiam extranei,habent ius ſepeliendi quia cenſetur de familia:nec per diuiſio.bonorum ad vnum tan-
b tum poteſt deuenire.hoc ſecundò.Item locus prophanus[b] licet ſit iuxta locum religioſum,non eſt religioſus:& ſi eſt deputatus ad vſum alterius loci,dicit etiã pars vel portio loci illius & pertinet ad illã ad quẽ pertinet ipſe locus ad cuius vſum eſt deſtinatus.h.d.Et pone caſum q tu & Titius eratis hæredes cuiusdã de functi,in cuius hæreditate erãt duo prędia ſeparata cũ domibus & iuxta domũ vnius erãt q̃dã prateola deputata ad vſum ipſius domus,& ĩ angulo dictæ prateolę defunctus erat ſepultus illud prædi ũ & prateola venit in partẽ cohæredia tuo,& aliud venit in partẽ tibi. Volebas in ſepulchro ſepelire mortuum:ille contradicebat,quia obuenerat ſibi in partem,tu volebas vendicare ratione dominij.quaſi non b videreť fuiſſe actũ de illo ſepulchro q debeat eſſe tuũ pręcipuũ.Rñdet imperator q vẽdicare nõ potes:quia nõ eſt in dñio tuo: ſed per actionẽ in factũ tibi ſuccurriť:vt ff. c de rei vendi.l.quæ religioſis: & iſtud ſepulchrũ fuit factũ ꝓ defuncto & ſua familia: ſic dr familiare:& ambo & vos hæredes,& quilibet inſolidũ habetis ius ſepeliẽdi: licet ſitis extranei,q nõ in agnatione defuncti: quia hæredes reputanť eſſe de familia,quicunq; ſint illi:nec diciť veniſſe in partẽ iſti: licet obuenerit illud prædiũ cũ illa prateola:quia intelligiť illud ſepulchrũ exceptuatum:cũ etiã ſi expreſsè voluiſſes ad illũ ſolum pertinere,nõ potuiſſes.Illa tñ prateola quæ eſt [prophana:]licet ſit iuxta locũ religioſum,nõ eſt religioſa:ſed bene eſt illius q obuenit in part ędomus,ad cuius vſum illa prateola eſt deputa-
2 ta,tanquã pars eius.h.d.†Et no.ar.in ver.[ſed ſi familiare.]q ius
c patronatus eccl'iæ trãſit ad hæredes extraneos[c]:& q ius ad vnũ ex eis tm̃ ex diuiſiõe nõ põt ptinere.dic circa iſtã materiã vt ple
3 nè no.in cle.plures.de iure patro.†Itẽ nor.q locus deſtinatus ad vſum alterius loci cẽſeť eſſe portio illius gl.fin. circa hoc allegat bonas cõcor.& opponit qđ locus iuxta locũ religioſum dicatur religioſus.l.q̃ religioſis.ff.de rei ven.& diſtinguit:aut loquimur de rebus adhærẽtibus loco religioſo,q̃ faciũt partẽ ipſius:vt ſunt lapides marmorei,vel ſtatuæ:& illi vel ille dũ ſunt ibi ſunt religioſi,vel religioſæ:vt in cõtrario. Aut loquimur de loco qui nõ
4 eſt pars loci religioſi: licet ſibi adhæreat,i. appropinquet: & ille nõ eſt religioſus,ſed ꝓphanus:vt hic.† Itẽ debes ſcire q in ſepulchro familiari oẽs de familia.i.de agnatiõe habẽt ius ſepeliendi, licet nõ ſint hæredes. Itẽ etiã hæredes licet non ſint originaliter de familia.i.de agnatiõe:ſed extranei:vt hic.l.familiaria.cũ l.ſeqff.eo.†ſed in ſepulchro hæreditario qđ fecit pro ſe & hæredibus
5 ſuis,nõ habẽt ius ſepeliẽdi niſi illi qui ſunt hæredes: licet ſint de familia.i.de agnatione.præterquã liberi,& deſcẽdẽtes: qa habẽt ius ſepeliẽdi:& ſi nõ ſint vniuerſales.dũmõ non ſint exhęredati
6 mala mẽte.l.q̃ vel pña.§.j.vel ij.ff.e.†hoc aũt an ſit familiare vel hæreditariarũ deprehẽditur ex preſcriptionibus quæ ſolent fieri ſuper lapidẽ monumẽti:per ea quæ habẽtur: & not.in c.cũ cãm. de proba.& habetur in Spe.de proba.§.vidẽdum.ver.ix.licet in
7 contrarium faciat.l.monumẽtorum.j.eo.ſed ibi patebit ſolu. †In glo.j.in fi.Dic & alio modo dicuntur monumenta.i.fines & termini diuidentes duo prædia vicina:vt j.finium regun.l.ij.quod dic vt ibi in glo.

¶ In ſepulchro familiari. An gs poſsit p̃ſcribere ius ſepulchri vide tex.cũ glo.in l. pe.ff.de mort. inferẽ.
¶ Locus ꝓphanus. Quis dicať locꝰ prophanus.vide c.abolẽdæ.& ibi doct.de ſepul.
¶ Ad hæredes extraneos. Adde q ſunt opi tũ cõior eſt q ſic vide in c. cõſiderãdũ & in ea ſi plures. & ibi gl.xvj.q.vl. Inn. in rub.de iure pa.docto.in c.cũ ſecundũ. eo.tit.Bald. in l.j.C. de bo.lib.& in l.inſu I.m ff.ſol.ma. Paul. de eleaza.in diſputa. incip.Patronus.

2 ☞ *Si defunctus mandauit conſtrui capellam,& unus hæres uult q conſtruatur, alius negligit,q detur primo actio fami.erc.contra hæredem.*
3 *Inuidia ſeu blaſmum apud uulgares,interdum inducit neceſsitatem,quæ à iure non inducitur.*

LEX V.

1 Militis.† Ad conſtruendum monumentũ ſecundũ voluntatem defuncti coguntur hæredes: nõ iure actionis:quia non eſt cui competat:ſed officio iu-
2 dicis.h.d.†Et ſi vnus tantùm hæres vel plures, & oẽs negligunt:nam non eſt cui competat actio contra eos:imo Epiſcopus ex officio poteſt eos compellere fauore religionis. per l. quintus.ff.de ann.leg.& idem ſi mandaſſet defunctus conſtrui capellam,ſed vnus hæres vult quòd conſtruatur: alius negligit: bene datur primo actio fa.erc.contra hæredẽ.vt ff.fa.erc.l.his cõ
3 ſequẽter.§.ſed cum monumentũ.†Nor.q inuidia ſeu blaſ.apud vulgares interdũ inducit neceſsitatem, quæ à iure non inducitur.facit l.quintus.ff.man.& l.cum vnus.de ali.& cib.leg.

LEX VI.

1 Monumentorum.†Hoc dicit ſecundũ ſecundã lect.quæ eſt vera q in monumẽto hæreditario quod quis fecit pro ſe & hæredibus ſuis,liberi non habent ius ſepeliendi, ſi nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Data pecunia. An emẽs vel vẽdens sepulchrũ si cõmittat simoniã. vide gl.in c. a bolendæ. de sepul. Card. Alex.in c.his ergo. in ỹ.col.xxiij. dist.

b ¶ Appellatiõe familiæ. An veniãt filiæ maritatæ & astantes extra domũ. vide p Bart.in l.fi.in §.itẽ reſcripſerũt.ff.admuni. Et an vẽãt filij nasciturí. vide p Pau.de Ca.cõſil.xvij. incip. In cã quę vertit Parmæ:qđ cõſiliũ ſequitur Ias.in l.ſuggeſtio ni.in j.col.C.de ver. ſig.& an veniat dñs vide p Barb.in c.j.in ỹ.co.de loc.& an veniat vxor.vide text. & Bart.in l.qcunq;. C.de re mili.li.xij.et Bar.in auth.de reſtit. ſi dei com.in prin.

c ¶ Quod probare eſt. Adde Hoſti.in ſum. eo.tit.in §.j.doct.canoniſtas in rub. eod. tit:Inn.in c.forus. de verb.ſigni.

[1] †Not.hic q ſi religioſi alicuius loci cõcedãt tibi ſepulchrũ in aliquo loco eccleſiæ, quod ſolent facere a data pecunia,[a] licitũ eſt tibi facere ſepulturam honorabilẽ cũ ſtatuis & figuris honoris ficis:licet de iſtis nihil eſſet dictũ in cõcelsione : ga hoc includit 2 ipſo iure:vt hic:& l.j.§.interdictũ.ff.de mor.infe. Tene mẽti.†Itẽ no.bonam regulam:q omnia cenſentur permiſſa,quæ non reperiuntur prohibita.

LEX VII.

Tatuas.

LEX VIII.

1 b Vs familiarium.[b] †No.hic q appellatione familiæ nõ cõtinent cognati qui ſunt cõiuncti per fœminas, nec etiã affines: ſed cũ ſublata ſit differẽtia agnationis vel cognationis. vt in auc.de hære.ab inteſtato.veni.an iſta l.erit correcta:dico q non:quia illud quo ad ſucceſsionem inteſtati.

LEX IX.

1 Ocum.[c] †Opp.hic q locus religioſus poſsit vendi:vt l.liberi.circa princi.& l.liberti.ff.de cõtrahẽ.empt. Dic q hic loquit qñ vẽditor & emptor ſciebãt locũ religioſum:vnde tũc nõ valet contractus: nec orit obligatio,vt actio ex empto ad tradẽdum:ſed ſi emptor ignorabat,tũc ſiue vẽditor ſciebat,ſiue ignorabat,cũ ignorantia ſua nõ debeat emptori nocere,valet cõtractus:nõ vt oriaẽ obligatio ad tradendum,ſed vt venditor obligetur ad intereſſe emptori:vt in contrario.

LEX XIII.

1 Vs ſepulchri.[d] †Iſta l.dicit idem quod dixi in l.ſi ſepulchrũ. qđ hæredes etiã extranei,habẽt ius ſepeliẽdi tã in ſepulchro familiari,ga cenſenẽ dẽ familia:quã in hæreditario: ga ſunt hæredes:ſed in familiari non habent ius ſepeliendi:niſi ſint de familia.i.de agnatione:& etiam hęredes extranei licet nõ ſint de familia &c.h.d.Pau.de Caſtro.

Lectura Iuris vtriuſq; doctoris domini Pauli Caſtreñ. ſuper primo,ſecundo,& tertio C.fœliciter explicit.

Sequitur lectura ſuper quarto.

De probationibus. *Rubrica.*

2 ☞ *Euidentia facti & notorietas,ſunt ſpecies probationis,& an ſint de re dubia? & nu.2.& nu.9.*

3 *Statutum quod in tali cauſa admittatur probatio,niſi per inſtrumenta publica:non tamen excluditur probatio quæ ſit per euidentiam facti.*
Probari eſt iudici fidem facere de eo quod coram eo diſceptatur, & ad eam peruenitur per tres gradus.ſ.per ſuſpicionem,per opinionem:& per credulitatem.
Suſpitio conſiſtit in indiciis,quæ ſunt minus quã ſemiplena probatio,ut in fama,uel ſuga:quæ ſunt multum à re ſeparatæ.

4 *Opinio conſiſtit in præſumptione hominis,quæ reſultat ex his quæ faciunt ſemiplenam probationem,i.unius teſtis de ueritate.*
Confeſsio partis facta altera parte abſente,facit ſemiplenam probationem.

Quid in confeſsione extorta in tormentis ſine perſeueratione?
Quid in priuata ſcriptura probata per teſtes tantum,qui uiderint eam ſcribi, uel per comparationem.
Quid in præſumptione iuris?

5 *Credulitas reſultat ex perfecta probatione.*

6 *Probationum plures ſunt ſpecies,& quomodo ſit reperire probationem mixtam per inſtrumentum,& interuenientibus teſtibus?*

7 *Statutum quod in cauſis excedentibus ſummam xx.librarum non admittatur probatio niſi per inſtrumentum, quod admittetur probatio quæ ſit p inſtrumentũ, licet mediantibus teſtibus.*

8 *Probatio quando ſit per inſtrumentum, non requiritur quod teſtes in eo deſcripti cognouerint partes,niſi in certis caſibus.*
Quid ſi fiat per teſtes?

9 *Confeſsio partis,non eſt probatio:ſed releuatio ab onere probandi.*
In mera negatiua non cadit probatio,& tamen cadit confeſsio.

10 *Poſitio poteſt fieri negatiua ad extorquendum confeſsionem:& ſic ad releuandum ab onere probandi.*
Licet ſit renuntiatum probationibus,uel concluſum in cauſa, an admittatur confeſsio partis,ut profit alteri parti quæ renuntiauit allegationibus?
Si poſt concluſionem uel renuntiationem fieret poſitio: & peteretur pars compelli ad reſpondendum,non teneretur reſpondere: ſicut nec teneretur admittere probationes,quæ poſtea fierent.

In gl.rubricę ibi.[opus eſt probationibus.] ſ.vt quis p ſe obtinere poſsit ſentẽtiam.†In ea.glo.ibi.[rei dubiæ.]quidã reprehẽdũt gl.ga euidẽtia facti & notarietas rei nõ ſunt de re dubia, ſed clara & manifeſta:& tñ ſunt ſpẽs pbatiõis : intñ q omnẽ aliam ſpẽm excedũt:nec aliqua lege põt pcludi via talibus pbatiõibus. 2 †Vnde ſi dicat ſtatutũ q in tali cauſa non admittat pbatio niſi per inſtra publica:nõ ppterea excludit pbatio quæ fiat per euidentiã facti,ſecundũ Bal.qui allegat Azo.in ſumma.§.ad legem aquil.qđ tene mẽti.facit qđ no.Inn.in c.intimaſti.extra eo.gl.tũ põt ſuſtineri:nam antequã res ſubijciatur oculis iudicis,põt dici dubia:ideo opus eſt q ſubijciat:& tũc dicit facta probatio de re clara & manifeſta,nõ per credulitatẽ:ſicut fit per alias ſpẽs pbationis per ſenſum corporeũ:qui percipit viſu:& nõ opinatu. Dic tñ melius:q pbare eſt iudici fidem facere de eo quod corã ipſo diſceptatur.l.quinquaginta.in fi.ff.e.†Et ad eam peruenitur per gradus.ſ.per ſuſpitionẽ,per opi.& per credulitatẽ: ſuſpitio cõſiſtit in indiciis,quæ ſunt minus quã ſemiplena probatio.vt no.ff. eo.in l.cum pbatio.in gl.de quibus loquit.l.abſentem. de pœnis puta in fama:& in fuga:quæ ſunt multũ à re ſeparatæ:de quibus 4 loquitur l.abſentẽ.de pœnis.†Opinio cõſiſtit in præſumptionẽ hominis,quæ reſultat ex his quæ faciunt ſemiplenã pbationẽ.i. vnius teſtis de veritate. Item confeſsio partis facta altera parte abſente:vt in c.cum dilectus.de ſuc.ab inteſt.Item in confeſsione extorta in tormẽtis ſine perſeuerationẽ:quia cum illa faceret plenã pbationẽ:nam hic Bal.videtur notanter ſentire q facit ſemiplenã:quæ ſufficit cum vno teſte.Item priuſta ſcriptura pbata p teſtes tm q viderint eã ſcribi.vel per cõparationẽ,dũtaxat:vt no.ĩ l.admonẽdi.ff.de iureiu.Si aũt pbaret p teſtes & p cõparationẽ faceret fidẽ plenã:vt ibi no. p Doc.& j.de fide inſtru.aut.ad hęc.ideo dixi præſumptionẽ hoīs:nam ſecus ſi eſſet præſumptio iuris:vt eſt in caſibus in iure expreſsis,cum ius aliquid præſumit puta q qui ſemel fuit dñs,hodie præſumat eſſe:vt j.e.l.ſiue poſsidetis:illa talis præſumptio faceret plenã pbationẽ & euidentem ff.de leg.j.licet imperator vt no.j.de peri.tut.l.ſi tutor.in vlti.glo. 5 †Credulitas verò reſultat ex pfecta pbatione:ga tunc iudex totaliter inclinat animũ ad vnã partẽ plenè pbatã:& ſic inducitur ad fidẽ & credulitatẽ quæ oĩa plenè pſequunt per Bart.in l.admonẽdi.†Sunt plures ſpẽs pbationũ.l.per teſtes:itẽ per inſtra publica,vt in titulis ſequẽtibus:ideo pmilit hũc titulũ gñalẽ.Sed ẽt eſt reperire pbationẽ mixtã q dicit fieri p inſtrm interueniẽtibus teſtibus:vt ſi pmiſiſti mihi emẽdare omne dãnũ:& ego peto à te cẽtũ in qbus dico me dãnificatũ & pbo pmiſsionẽ per inſtrm, 7 ſed quãtitatẽ pbo per teſtes. †Vnde ſi ſtatutũ dicat q in cauſis excedẽtibus ſummã xx.librarũ nõ admittat pbatio niſi p inſtrumentũ nihilominus admittit cõfeſsio partis & pdeſt alteri parti q renũtiauit allegatiõibus ſcũm Bal.tene mẽti: hoc tñ nõ eſt verũ ſi eſt cõfeſſa ſpõte:ſed ſi poſt cõcluſionẽ vel renuntiationẽ fieret poſitio, & peteret pars cõpelli ad reſpondendũ nõ teneretur reſpondere:ſicut nec teneretur admittere probationes q poſtea fierent per l.in cõtractibus.§.illo.j. de non nume.pecu.& eſt dictũ Spe. in tit.de excep.§.pen.in ti.de dila.

2 ☞ *Reo non incumbit onus probandi, quando tantum negat intentionem agentis & quando incumbat? & nu.4.*

3 *An eo ipſo quod reus excipit dicendo ſe ſoluiſſe,uel ſibi factum pactum de non petendo uideatur fateri intẽtionẽ agentis:ut ſic teneatur probare ſuã exceptionẽ.& nu.4.*

4 *Cautela pro reo ut primò neget intentionem agentis,& poſtea dicat quod ſi de numeratione apparet factum fuit ſibi pactum de non petendo,uel quod reſtituet pecuniam & an ſit bona?*
Ex exceptione quam actor impugnat,an poſsit ſe iuuare?

5 *Si reus primò negauit intentionem actoris,& cum actor eam probauerit,an poſsit reus recurrere ad exceptionem? & nu.6.*

6 *Caſus in quibus propter mendacium,quis cadit à iure ſuo remiſsiuè.*
Qui negauit maleficiũ ſeu homicidiũ commiſsiſſe,& in mẽdacio deprehenſus ſit, quod non prohibeatur poſtea dicere & probare quod fecit ad defenſionem ſui?

7 *Si aliquis uſurarius mutuauit tibi centum quæ tenuiſti per annum & ſoluiſti uſuras, deinde reſtituiſti ſortem & recuperaſti pignora, & fecit tibi quietationẽ de pecunia mutuata: & nunc agis cõtra eum & repetis uſuras,an ſufficiat probare per præſumptionem de qua hic.*

LEX I.

2 VT creditor.[a] †Sicut actor tenetur pbare ſuam intentionẽ,ſita reus ſuã exceptionem.h.d.Cy.& Bart.†Opponitur q reo non incumbat onus probandi. vt in l. proxi. & l. fruſtra.& l.actor.Sol.verum eſt quando reus dũtaxat negat intentionẽ agentis:puta q factũ fuerit mutuum vel promiſsio:quare factum negãtis probare nõ poteſt.vt d.l.actor. ſed hic nõ negat ſed dicebat ſe ſoluiſſe & idem ſi dicatur ſibi factum pactum de nõ petendo vel ſe præſcripſiſſe: nam tunc affirmat & excipit & in exceptionibus reus loco actoris habetur.vt 3 in l.j.ff.de exce.& ff.eo.ti.l.in exceptionibus.†Sed quæro an eo ipſo q reus excipit dicendo ſe ſoluiſſe vel ſibi factum pactum de non petendo, vt videatur fateri intentionem agentis quod mutuum fuerit factum intantum q actor nõ cogatur aliter probare mutuum.Dy.tenuit q ſic in c. nullus pluribus.de reg. iur. 4 in vj.quando ſimpliciter excipit † ideo cautela eſt quòd primò neget intentionem agentis : & poſtea dicat quòd ſi de numeratione apparet, factũ fuit ſibi pactũ de non petẽdo,vel q reſtituit pecuniã : per ea quæ no.in l.ſi quidẽ.j.de exce. Canoniſtæ dicũt cõtrarium, q ſimpliciter excipiendo etiã ſine negatione pcedẽte nõ cẽſeat cõfiteri intentionẽ agẽtis:vt in c.cũ venerabilis.de exce. & vr caſus in l.nõ vtiq;.ff.de exce. Ex quo ſequit qđ nõ teneẽ pbare ſuã exceptionem quouisq; actor pbauerit ſuã intẽtionẽ:& ita limitat iſte tex.vt intelligat qñ actor iã pbauerat intentionẽ ſuã,ga fundata eſt intẽtio actoris:vt j.eo l.ſiue poſsidetis.nõ aũt quã- b do actor adhuc nõ pbaſſet,nec reus fuiſſet cõfeſſus.Bal.ſaluat vtranq; opi. in d.l.non vtiq;.hoc modo,ga ſi actor cõfiteẽ exceptio nẽ oppoſitã per reũ:videlicet q ſoluit, vel fecit ſibi pactũ de nõ petẽdo:tñ dicit ſe fuiſſe minorẽ tũc tpis,& læſum,hæc ſolutio nõ nocet ſibi, ga pecunia fuit pdita:nec etiã pactũ,ga nõ interuenit authoritas tutoris, vel curatoris:tunc ſit vera opin.Dy.ga poſtquã actor exceptionẽ rei cõfiteẽ:quatenus in facto eſt:põt ex ea ſe iuuare cõtra eũ. vt per illã reus videaẽ cõfeſſus ſuã intẽtionẽ.Si aũt negaret ſibi nunquã fuiſſe ſolutũ,vel ſe nunquã feciſſe pactũ de nõ petendo tũc ga negãdo ipſam impugnat,nõ põt ex ea ſe iuuare:vt per eã videaẽ reus cõfeſſus intẽtionẽ ſuã:vt in regula ex eo qđ de reg. iur.lib.vj.& ſic ſit vera opi.canoniſtarũ.tñ Bal.nitiẽ eam impro 5 bare in l.alia.j.de his quib.vt indi.vbi vide per eum.† Itẽ quæro. ſi reus primò negauit intentionẽ actoris,& cum actor eã pbauerit,vult reus recurrere ad exceptionẽ:an poſsit vr q nõ,quia ſibijpſi cõtrariareẽ.Si em negaſti primò me tibi mutuaſſe : poſtea verò cũ pbaſſem dicis te mihi reſtituiſſe : cõfiteris me mutuaſſe ergo nõ debes audiri:vt in l.j.j.de fur.& qui cõuictus eſt de mẽdacio,& debet puniri:& hoc tenet Dy.in d.c.nullus pluribus.& ideo dixit q reus non põt opponere ,duas exceptiones contrarias eodẽ tpe:& ita limitat.d.c.nullus pluribus.Bald.vel Bart.reprehendit eum.in l.nemo.ff.de exce.& in l.cum de indebito. ff. de proba.vbi patet q licet quis negauerit intentionẽ agentis,nõ propterea perdit ius ſuum:quin per aliam viam poſsit ſe iuuare licet grauetur in onere probandi:in quo non fuiſſet grauatus ſi non negaſſet,nec in mendacio deprehenſus fuiſſet. Item per authenti.contra qui propriam.de numerata pecunia.infrà vbi qui negauit ſua ſcripturam,& in mendacio deprehenſus eſt:licet puniatur pœna ibi contenta, tamen non perdit ius ſuum & exce- 6 ptionem quam habebat. † Sunt enim quidam caſus in quibus b propter mendacium [b] quis cadit à iure ſuo : quos not.per Bald. in l.j.j.de furtis.regulariter contra. vt ibi plenè per eum. Et his infertur quòd ille qui negauit maleficium commiſsiſſe, ſeu homicidium;& in mendacio deprehẽſus eſt, quia fuit probatum per teſtes,non prohibeẽ poſtea dicere & probare quòd fecit ad defenſionẽ ſui.nam cum ſit de gñe phibitorũ;quia tunc releuando actorẽ ab onere pbandi etiã ipſe releuaretur:vt dixi in præcedenti q.quando confiteris te mihi ſoluiſſe,vel reſtituiſſe pecuniam quam tibi mutuaui:nam releuo te ab onere probandi ſolutionem ; & eodem modo ego releuor ab onere probandi numerationem:ex qua ago,quaſi videaris ſi- 7 lam fuiſſe confeſſus. †Tertiò & vltimò quæritur de pulchra & notabili q.Quidam vſurarius mutuauit tibi centum,quæ tenuiſti per annum ; & ſoluiſti vſuras;deinde reſtituiſti ſortem;& recuperaſti pignora, & fecit tibi quietationem de pecunia mutuata : nunc tu agis contra eum , & repetis vſuras quas dicis te ſoluiſſe, ſed non potes probare niſi per præſumptionem , probando quòd ille eſt vſurarius,& conſueuit mutuare ad tantum pro libra,& quòd tenuiſti ſortem per annum:& ſic vſuræ aſcendebant ad tantam quantitatem,& quòd nõ eſt veriſimilè quod reſtituiſſet tibi pignora,niſi ſoluiſſes vſuras,an iſta ſufficiant ad condemnandum ipſum in curia epiſcopali,vel hæredes eius ad reſtitutionem vſurarum?videtur quòd ſic.per ar.à ſolitis.vt in l. v elvniuerſorum.ff.de pig.act.& in lege,qui ſemiſſes.ff.de vſur.

a ¶ Confeſsio aũt partis. Adde text.in c.cũ cãm.in ỹ.rñ.de rapt. Bal.in l.ỹ.§.q obſeruare.C.de iura.calũ. quẽ ſequit eius ſcholaris.Pe.de Anc.in c. j.circa fi.de iur.calũ. li.vj.Anto.de But.in c.licet cãm. extra de pba.idẽ in c.ſi ſacerdos.in j.col.de offic. ordi.idẽ in c.in præſentia.in ỹ.col.de renun.

b ¶ Caſus in quib⁹ propter mẽdaciũ.Caſus in qb⁹mẽdaciũ punitur à iure.vide p gl. in l.ſi dubitet.in §.j. ff.de fideiuſ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 ¶ Actore non pbante. Adde gl.in c.mutieri.de iureiur. quæ allegat concordantes.

Contrariū determinãt hic Pe.& Cy. p ista l.qa q numerationẽ allegat,debet eã pbare: cui dicat satis ꝓbat ipse p tales cõsecturas. Rñdeo q nõ sufficiũt: qa nõ ꝓbat hoc esse qđ ab hoc cõtingit abesse:vt j.eo.l.necꝙ natales:& licet iste sit vsurarius:& nõ cõsueuerit mutuare ad tm̃ pro libra:nõ sequit ergo sic semper mutuabat quia poterat esse magis amicus,vel alius respectus q mutuasset gratis:vel minus secũdũ Bal.qui tenet opi.prædictã.Sed Io.An.in c.quãquã.de vsur.in nouel.videt tenere cõtrariũ,q ista sufficiãt ad cõdẽnationẽ,& videt dicere quod ita in iudicijs seruatur & miror quod Bal.nõ allegat,nec ob.cõtrariũ.qa verũ est quod nõ ꝓbat hoc esse &c.s.qñ,sæpe,& frequẽter cõtingit abesse:aliàs secus:qa bonũ est argumẽtũ ab his quæ sunt solita frequẽter. Si ergo ꝓbatur q iste semper sic mutuat,præsumitur & istud mutuum sic fuisse:secus si aliquando sic:aliquando aliter:vt in contrario:vel nisi probaretur amicitia magna,propter quam potuisset gratis mutuare.

2 ☞ *Conuentus rei uendicatione, licet non teneatur probare se dominum quousq; actor suam intẽtionem probauerit.si tamen uult sponte probare, potest,& quid iste operabitur?& nu.3.*
Si tunc feratur sententia absolutoria, & postea reus caderet à possessione, an uirtute talis sententiæ poterit rem uendicare?
Iudex an debeat pronuntiare reum esse dominum, si hoc ipse probauerit, & licet hoc non petierit?
3 *Absolutio facta quia actor non probauit,an transferat in absolutum dominium, uel usucapiendi conditionem?*
4 *Ille qui agit rei uendicatione,& succubuit quia non probauit se dominum,non prohibetur postea agere ad eandem rem actione publici,& dicere se quasi dominum.*
5 *Si aliquis fuit accusatus uel inquisitus de percussione cum sanguinis effusione:& probetur percussio,& non sanguinis effusio,an debeat sequi absolutio?*

LEX II.

2 sit natus ex legitimo matrimonio:& tunc cõtrahitur filiatio naturalis: c vt in l.filium de his quí sunt sui vel alie.iur. In text. ibi. [vel adoptionis.] & tunc cõtrahitur filiatio ciuilis. In text. ibi. [quasi ad sororẽ:] Ista fuerunt verba enuntiatiua emissa principaliter propter aliud.i.pro diuidẽda hereditate.† In tex.ibi. [ancillã te posse probare cõfidis.] ergo ista verba præiudicium faciunt proferenti:quia transferunt in ipsum onus probãdi. dic q̃ ista erat in quadã possessione cõsanguinitatis.aliàs secus. Si aũt verba enuntiatiua fuissent emissa principaliter propter se, constituerent etiam illam in quasi possessione causa ingenuitatis,vt no.in l.quam allegat de liber.agno.l.j.§.Iul.per Barto. Idem videtur quando principaliter propter aliud si pluries fuerũt repetita:vt idem Bar.no.in l.cum scimus.j.de agri.& cen.Item cõstituitur quis in quasi possessione consanguinitatis,quando fuit habitus & tractatus tanquam cõsanguineus.vt in l.ij.§.j.& ij. ff. de

4 quæstioni.& no.in d.§.Iulia.†Et dicit hic Cy.quòd sicut reperitur possessorium filiationis & paternitatis.vt l.siue cõtra. §. quia plautianum.ff.de liber. ita reperitur possessorium fraternitatis, vel sororitatis, vel alterius consanguinitatis. vt sic illa quasi possessio releuet ab onere probandi. In contrarium : quia non est possessorium dare.vbi non est dare petitorium:quia inter pa-

Universidad de Deusto
Biblio

trem & filium est dare petitorium & actionem præiudicialem, per quam petatur declarari quem esse patrem, vel filiũ suum: nimirũ etiam si reperiret possessorium, nõ sic etiam reperiretur in alijs coniunctis. hoc declara per Bar. in d. §. quia plautianũ. Cy. dicit hic ita secundũ Pet. fuisse obtẽtum vltra montes per glos. quæ est hic. quæ dicit ideo isti fratres probant q̃ illa erant in possessione filiatiõis legitimæ & naturalis. † Tractat hic Cyn. de effectu epistolæ[a] dicẽs q̃ aliq̃n continet dispositionem, & aliquãdo enuntiationem. primo casu si est talis dispositio quæ posset fieri inter absentes; & cõtractus qui consensu contrahuntur, inducit epistola dispositionem. vt i l. quidam. §. qui autẽ. de consti. pecu. secus si non poterat fieri inter absentes. vt stipu. l. j. in prin. ff. de verbo. obli. Secundo casu aut enuntiatio fuit emissa principaliter propter se & inducit p̃sumptionẽ. vt in l. publia. §. fi. ff. depo. aut principaliter propter aliud, & tunc secus. vt hic in text. & in fi. huius gl. primæ,

☞ *Si quis fuit appellatus filius, an per hoc constituatur in quasi possessione filiationis.*

LEX XIIII.

NOn nudis.† Lex præcedens loquit̃ de verbis emissis inter patrem & fororem. hic de emissis inter patrẽ filiũ. & sic dicta in præcedenti. l. caduntur hic. iste tex. videtur probare q̃ asseueratio faciat præiudicium quantũ ad transferendũ onus probandi. sed gloss. ff. dicit q̃ illud erat hic ex eo: † quia ille in quasi possessione filiationis erat, non ex eo tantũ q̃ fuerat appellatur filius, sicut in l. præcedenti erat in possessione fraternitatis. Alij autem quia ex sola appellatiõe constituitur in quasi possessione filiationis. Tu distingue vt dixi in l. prẽce. dicit aũt Bart. in §. Iul. aliàs est quod senatusc̃. l. j. ff. de libe. agno. q̃ si verba enũciatiua cõtinent aliquid quod non cadat nisi in filium: puta exhæredationem, quòd illa inducant quasi possessionem.

a Epist olæ. Adde hic quæ p̃ enẽ notaui in materia repetitiõe. l. admonẽdi. ff. de iureiuran. & ibi vide per scribentes. & adde q̃ licet epistola principis habeat vim legis l. si de l. ga. j. & l. j. ff. de constit. princ. Tñ inferioris a principe non habet vim legis. ita Ang. in l. j. ff. de seruijs. & Alex. de Imo. a late in consil. xcviij. col. ij. in prin. t. iij. vol. i ver. & primò dum dicitur. Franc. cur. ad de de hoc etiã & dic vt per Fely. in c. j. co. iiij. ver. in tex. ibi epistolæ de proba.

b Hinc est adde eundẽ Paul. de ca. & Ale. in l. eũ qui §. in popularibus. ff. de iureiur. & Ale. in l. j. §. j. co. ij. ff. de fer. Bald. in c. de testi. extra de testi. Imo. & Ant. de But. c. cãm. de ele. & per Phi. Frã. i c. ex parte de ap. Ang. are. i trac. malefi. i ver. q iudex iussit carcerari. col. fi. I in fi. & Ang. de peru. in suo cõ. clxx. Cur.

2 ☞ *Contra agentem possessorio, an possit excepi de priori violentia? & nu. 3. & 4.*
Spoliatus si agat rei uendicatione contra spoliatorem, sufficit sibi probare possessionem & spoliationem: nisi fuisset in possessione violenta. uide tamen numero. 3. & 4.
3 *Secunda uiolentia, an & quando absorbeat primam.*
4 *Carceratus indebitè potest appellare, elapsis decem diebus.*

LEX XV.

VIs eius.† Violenta pos. non releuat possidentem ab onere probandi. h. d. Not. & pone casum q̃ quidam qui esset in quasi possessione libertatis, fuit occupatus per quendam asserentem se dominum ipsius propria authoritate: & sic violenter iste post aliquod tempus aufugit ab eo: & sic recuperauit statũ libertatis. similiter violenter ille qui occuparat eum petit à iudice illum compelli ad rediendũ: asserens illum esse suum: & ad hoc probãdũ inducebat qualiter per prius possederat eũ tanquam suũ: & quod ille spolia uerat eũ quasi possessione seruitutis, & dicebat hoc sibi sufficere ad probandã seruitutem. per l. si quis emptionis. §. sed hæc super, j. de præscrip. xxx. ann. vbi si ago rei vendi. cõtra illũ qui me spoliauit, nõ habeo necesse aliter ꝓbare dñium. sed sufficit probare me ipsum aliq̃n possedisse, & eundẽ me possessione spoliasse. Itẽ inducebat. l. j. C. vbi causa status. vbi si aliquis aufugit à pos. hoc cõperto debet sibi restitui: & postea de proprietate disputabit̃. Ille verò allegabat quod possessio illius nec ꝓdesset sibi i possessorio, nec in petitorio: quia fuerat violenta q̃ ille per prius ipsum ꝓpria authoritate occupauerit. Imperator p̃mittit qd̃ possessio violenta non ꝓdest ad transferandũ onus ꝓbandi in aduersarium: & ideo si verũ est quod asserit̃ q̃ iste aufugit ab illo possessore: & ipse possessor ipm violẽter per prius occupauerat. debet discuti p̃ iudicem, & inquiri vtrum ante primam occupationem ille occupatus esset in possessione libertatis bona fide. & tunc illa occupatio fuit iniusta, & possessio fuit violenta: ideo etiam si iuraret, non prodesset sibi ad releuandum ipsum ab onere probandi. eodem modo non prodest ad onus probandi transferendũ in ipm fugientem: quia inspicitur prima violentia. quæ non auferetur p̃ secundam. quasi dicat, si ante primam violentiã commissam per occupatorem ille fuisset in possessione libertatis mala fide, non attenderetur illa occupatio prima, sed fuga: & sic non prodesset isti fugienti quod esset in possessione libertatis: quia est possessio violenta. Et primò præmittit vnum ad euidẽtiam vsque ibi. [cũ igitur.] Postea repetiti propositionem factam per querentẽ vsq̃ ibi. [inquisito prius.] Tertiò declarat quæ sint partes iudicis oppo. contra istum textum. primò de l. j. suprà. vbi causa status vbi sufficit possessori probare fugam: cum sibi debebat incontinenti restitui; & non audiatur fugiens de libertate, quousque sit restitutus priori possessori. lex illa limitatur per istam. quando ille à quo quis fugit possidebat prius licitè, & nõ violenter. hic secus.

2 † & ideo contra agẽtem possessorio ex illa l. potest excipi de prio ri violentia. per hãc l. tamen hic non agebatur possessorio, sed petitorio: vt patet in princ. dum dicit. [qui se dominum contẽdit.]

3 † Sed tunc oppo. de dicta l. si quis emptiõis. §. sed hoc super illis. Solu. eodem modo si spoliatus agat rei ven. contra spoliatorem, sufficit sibi probare possessionem & spoliationem seruit: nisi fuisset in possessione violenta per hanc l. not. Secundò opp. fortiter. quia secunda violentia absorbet primam quando committitur ex interuallo. vt in l. j. §. qui vi. & l. qui possessionem. in vlti. glos. ff. de vi & vi arma. sed hic licet seruus prius violenter occupatus fuerit, iste occupatus postea violenter aufugit: & sic sublata est prima violentia, quia non licuit propria authoritate aufugere, sicut non licuerat propria authoritate occupare. Sol. & tene menti illud procedit in rebus inaiatis: quia si primò te spoliaui possessione fundi, & sic habes interdictum vnde vi: contra me, dein de ex interuallo tu me spolias, perdis interdictum quod habebas: & ego acquiro interdictum vnde vi contra te: quia mea violentia est purgata propter tuam. vt etiam. not. per Doct. in l. si qs ad se fundum j. ad legem Iul. de vi. sed non procedit in personis animatis. vt in homine violenter possesso: quia ista violentia nõ absorbetur propter secundam: sed potius econtra secunda violentia fugæ non attenditur propter primam violentiam in occupando: & hoc fauore libertatis. casus est hic singularis: licet malè declaret̃ per Doct. bñ tamẽ dicit Bar. hic vnum verbum p̃ quod illud innuit̃ q̃ si aliquis per ptãtem fuit indebitè captus, & indebitè detinet̃: si fugit, non præsumitur probata iustitia primæ detentionis. Glos. vltima quærit de intellectu literæ in versi. [inquisito prius.] Jt̃ ponit tres expositiones. tene vltimam. quæ adaptatur literæ. vt debeat inquiri an iste ante primam occupationem esset in possess. libertatis bona fide, an non. quo reperto apparebit an huic seruo licuerit propria authoritate auferre, vel non: & hoc reperto apparebit cui incumbat onus probandi in petitorio. sicut in simili dicitur in l. exitus controuersiæ. de acquiren. pos.

4 † Paul. Castr. iuris vtriusque docto. die v. Maij. M. cccc xxxix. Vel dic subtiliorem rationem quòd quando prima violentia cõ
b mittitur in retentione personæ quotidie renouatur. Hinc [b]est qd̃ semper potest appellari, si facta est per iudicem post x. dies à tẽpore primæ capturæ: quia non appellatur ab illa. sed ab illicita retẽtione, q̃ hodie fit. vt not. Spec. de retentionibus. §. restat. versed non secundũ Vicentium. & ver. quid dicis. bene facit quod not. s. de serui. & aqua. l. ij. in glos. quæ incipit. & sic x. annis. circa medium. ibi dum dicit pro præsenti tuitione. & quod not. in l. eũ qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. & l. j. §. interdũ. ff. de viuſr. accrescendo. Secunda ergo violentia quæ committitur in fugiẽdo non potest dici q̃ committatur ex interuallo, imò incontinẽti, habito respectu ad primam capturam, sed ad detẽtionem quæ fiebat tempore fugæ. & ideo ista secunda non absorbet primam violentiam. vt in ll. s. alleg. quia tunc absorberet quando ex interuallo. & istam rationem sentit hic Bar. licet non alleget ea quę s. allegaui. qui etiã dicit quãtũ ad intellectum. l. si quis emptiõis. §. sed hoc super illis. de præscriptio. xxx. ann. non esse verum indistinctè q̃ agens rei ven. contra spoliatorem non habet inde ꝓbare dominium, sed sufficiat probare possessionem precedentis, & spoliationem: licet Bart. videatur hic sentire nisi possessio præcedens fuerit longeua: & ita intelligit istum tex. ideo cautius est agere interdicto possessorio recuperandæ: in quo non opponitur exceptio dominij. cum spoliatus ante omnia sit restituendus. Tene menti.

Qui

2 ☞ *Qui semel probatur fuisse dominus, præsumitur semper durasse, dominus usque ad mortem: uel si uiuit, præsumitur hodie esse dominus, nisi contrarium probetur.*
3 *Agens petitio. hæredi. contra illum qui habet causam à defuncto, & asserit se causam habere, non habet necesse probare quod res quam petit erat in bonis defuncti, uel in eius hæreditate tempore mortis suæ.*
4 *Si filij in potestate de quibus in hac l. negent intentionem filiorum emancipatorum, inquantum asserunt prædia sibi fuisse donata à patre, attamen possunt se iuuare ex tacita confessione illorum emancipatorum, quæ resultat ex allegatione donationis prædictæ. s. quod pater erat dominus: & sic durauit dominus.*
5 *Quando possit quis se iuuare ex eo quod ipse impugnat?*
6 *Præsumptio iuris recipit probationem in contrarium.*
Præsumptio iuris & de iure non recipit probationem in contrarium, nisi per confessionem partis.
Fictio, quod non recipiat probationem in contrarium: etiam per confessionem partis.
7 *Statuta quæ dicunt quod hæres mittatur in possessionem rerum hæreditariarũ, seu quæ probantur fuisse usucapta, uel possessa per defunctum tempore mortis suæ obstanti bus quibuscunque instrumentis singularum personarum (ut hic) uidentur cõformia iuri communi: & debent extendi, & fauorabiliter interpretari.*
8 *Si ago contra te rei uendicando, asserens me tali tempore fuisse dominum, & ad hoc probo quod tali tempore fui dominus, quod ista probatio mihi non prosit: nisi allegarem etiam quod hodie sim dominus.*
Quid si allego te fuisse excommunicatum, & non dico quòd hodie sis: & probem excõmunicationem, non tu absolutionem, an sit præsumptio. quod etiam hodie sis?
9 *Quid in possessione, an qui semel possedit præsumatur etiam hodie possidere, uel possessionem continuasse?*
10 *Reus, & possessor cogitur dicere titulum suæ possessionis ad excludendum actorem, qui sum intentionem fundauit: si non, uult condemnari.*
Acquisita per mulierem præsumuntur acquisita de bonis uiri, pro euitando suspicionẽ turpis quæstus: potest tamen probari contrarium.
11 *Qui habuit conuersationem aliquo tempore cum aliqua muliere libera, præsumitur con traxisse matrimonium cum illa, sed potest probari contrarium.*
12 *Quæ sit præsumptio iuris, & quæ iuris & de iure, & quando recipiam probationem in contrarium.*

LEX XVI.

1 SIue possidetis.† Ista est lex famosa, & etiam vtilis. hoc dicit. Actor tenetur probare suam intentionem. & etiã reus post fundatam intẽtionem actoris. hoc dicit. vel sic. res quæ probatur fuisse defuncti, præsumitur eius fuisse & perseuerasse vsq̃ ad mortem, & sic transiuisse ad eius hæredes, nõ autem præsumitur fore illius qui prætendit à defuncto ti. singularem: nisi probet, siue possideat, siue nõ. hoc dicit. Nam & sic maior resultat præsumptio pro successore vni-
2 uersali, quàm pro singulari. † Item allegatur q̃ qui semel probatur fuisse dñs, præsumitur semper durasse dñs vsque ad mortem: vel si viuit, præsumitur hodie esse dominus. nisi contrarium probetur. Et pone casum q̃ quidam decesserit relictis duobus filijs emancipatis & exhæredatis, & alijs duobus in potestate, & hæredibus institutis. in hæreditate eius erant duo prædia, quæ illi emancipati prætendebant esse sua ex donatione eis facta per patrem. Alij duo contradicebant, negantes donationem: & dicẽtes ad se pertinere tanquam ad hæredes: quæsiuerunt ab Imperatore quibus incumbat onus probandi? an illis emancipatis, q̃ eis fuerint donata, an ipsis, quòd fuerunt ad eos transmissa rãquam ad hæredes. Imperator respondet quòd incumbit illis emancipatis, siue agant contra istos filios in potestate possidẽtes, per regulam generalem quòd actori incumbit onus probandi suam intentionem, & sic donationem prædictam, in qua fundatur eorum intẽtio: vt in eo l. actor. siue agatur contra eos quia possident per filios in potestate petitione hæreditatis, vel rei vẽdi. quia intentio ipsorum agentium est fundata ex duobus. scilicet quòd apparet eos esse hæredes patris per ostensionem testamẽti. Item apparet illa prædia fuisse patris ex tacita confessione illorum emancipatorum: qui allegando donationem eis factam à patre tanquã de prædijs ipsius patris, tacitè cõfitentur patrem fuisse dominum. & hoc præsuppositio præsumitur pater semp fuisse dominus, & cõtinuasse dominium vsque ad mortem: & sic ad hęredes suos dominium transmisisse, nisi per emancipatos probetur cõtrarium: q̃ ante mortem pater eis donauerat, & tradi
3 derat. & sic desierat esse dñs. hoc dicit ista l. famosa: † & not. Ex qua apparet q̃ agens petitione hęreditatis cõtra illum qui habet cãm à defuncto, & asserit se cãm habere, nõ habet necesse ꝓbare q̃ res quã petierat in bonis defuncti, vel in eius hæreditate tempore mortis suæ, quia p̃sumitur ex eo q̃ ille p̃tedit causam à defuncto habuisse: & sic eo ipso fundata est intentio agentis: nisi
4 reus probet causam quam allegat. † Not. etiam quòd licet isti filij in potestate negent intentionem filio a rum emancipatorum, inquantum asserunt sibi fuisse donata: attamen possunt se iuuare ex tacita confessione illorum emancipatorum, quæ resultat ex allegatiõe donationis prædictæ. videlicet q̃ pater erat dñs. & sic durauit dñs. & in ista tacita confessione isti filij in ptãte fundant intentionẽ eorum,
5 agendo cõtra emãcipatos. † Sed contra de eo quod dixi in l. ij. §. eo. secundũ Bar. & de c. quod. de reg. iur. libr. vj. quia ex positione aduersarij quã ego non possum recipere in vim tacitè confessionis, vt si peto à te centum tanquã mutata, & tu excipis vel facis positionẽ quod mihi soluisti, vel quod feci
a tibi pactũ de nõ petẽdo, & ego[a] hoc nego, nõ possum dicere q̃ videaris tacitè confessus debitũ præcessisse. & sic habeo necesse probare. secus si cõfiterer, & replicarẽ. ista est fortis oppo. & nullus eã facit. Põt dici q̃ qñ intentio tota aduersarij mei cõsistit in eo quod ponit: licet eã negẽ, possum tñ me iuuare ex ea. vt hic: secus si non tota intentio: quia posito q̃ cõfitear te soluisse vel me fecisse pactũ de nõ petẽdo, quod nõ valet: quia erã minor, vel q̃ pecuniã dissipaui, nõ fuisti liberatus, quia soluisti mihi sine tutoris authoritate. qd̃ quid sit. ista solutio non est sine scrupulo: & oppo. est difficilis. & p
6 nũc occurrit alia resp̃sio. Cogita † allegaẽ enim ista l. q̃ p̃sumptio iuris recipit ꝓbationem in contrarium: sic infrà eodem. l. cum precibus. & ff. eodem. titul. l. cum de indebito. quia vna præsumptio tollit alteram, vt ibi notatur. Secus si est præsumptio iuris & de iure: quæ non admittit probationem in contrarium. vt in casu. l. antiquæ. infrà ad velleian. cum quis confiteretur instrumentum publicum factum de sua voluntate, & postea illud impugnat. Vel pone exemplum in sententia: quæ pro veritate habetur. vnde si Judex pronuntiat te esse debitorem meum, præsumeris esse: nec potes dicere contrarium. vt in l. res iudicata. de re iudic. recipit tamen probationem in contrarium per confessionem partis, si confitetur te non esse debitorem: licet pronuntiatum sit contrarium. vt no. in l. Iulianus. ff. de condi. inde. fictio verò non recipit probationem in contrarium, etiam per confessionem partis. vt in casu l. j. de rei vxor. actio. vbi mulier quæ dedit dotem fingitur stipulata fuisse restitutionem eius: licet reuera non fuerit. & licet de hoc constet etiam per confessionem mulieris. quod dic vt in gl.
7 fina. magna. † Item not. istam l. pro statutis quæ dicunt quòd hæres mittatur in possessionem rerum hæreditariarum, seu quæ probantur fuisse certa & processa per defunctum tempore suæ mortis. non obstantibus quibuscunq; instrumentis, singularũq; personarũ: in quibus continentur aliqua ex eis fuisse donata, vel vendita. vt est in ciuitate ista. tale enim statutũ quod præsumitur pro hærede potius quam pro titulo singulari, videtur conforme iuri communi. arg. hic. & sic debere extendi, & fauorabiliter in-
8 terpretari, cũ aliqua dubitatio occurrit. † In gl. quæ incipit [per quod.] ibi. [qui em̃ fuit dñs, adhuc dñs p̃sumit̃.] Solu. si hoc allerat: quia p̃sumptio iuris nõ prodest nisi ei qui allegat eam pro se. arg. in l. si adulterium. §. Idem pollioni. ff. de adulte. Si ergo ago contra te rei vendi. asserens me hodie dominum, & ad hoc probandum probo quod tali tẽpore fui dominus, hoc mihi sufficit. per istum tex. cum glo. sed si non allegarẽ quod hodie essem dominus, sed agerem contra te rei vendicatione, dicendo me tali tempore fuisse dominum: & probando, ista probatio nõ prodest imò potius resultaret probatio in contrarium quòd hodie non sim: post quam non allego: vt no. per Bar. in l. certum. §. si fundũ. ff. de confessis. & etiam tenuit hic Cyn. in fi. secundũ Pet. in tali q. si ego allego te fuisse excõmunicatum, & nõ dico q̃ hodie sis, licet probem excommunicationem, & tu nõ probes absolutionem, nõ propterea præsumeris hodie esse. Sed si allego quod hodie sis, nisi probes absolutionem præsumeris hodie esse. & istam quæstionem dicit fuisse vltra montes: & malè fuisse determina-

a Et hoc ego nego. Et sic habes hic qñ exceptione negata posit pars negare se iuuare de quo per Bar. in l. post legatũ. col. iij. ff. de his qui. vt indi. per eundẽ. in l. nõ vtique. ff. de excep. & in l. naturaliter. §. nihil. commune. ff. de acqui. pos. co. v. p̃ Alex. & Moder. in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de ver. obli. & per Fely. late in c. capitulum. col. ix. extrà. de reſcri. p̃ Ale. de imo. in consil. ccij. & in consi. lj. in v. vo. & in consi. clxxxiij. col. ij. versi. non obstã e. vo. & adde quod licet quis se non possit iuuare ex dispositione negata, poterit tamen se iuuare ex probationibus factis super dicta dispositione negata. ita Ange. in consi. clvj. & refert & sequitur Ale. celxxxiij. allegato in d. §. col. & aduerte ad hæc dicta Paul. hic quia hæc etiã habes in excipiente. p̃ Bar. in d. l. nõ vtiq. ff. de exce. Fran. Cur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Titulũ suæ possessionis. Adde Barba. consi.lvij.inci. clemẽtissimum deũ. in iij. vol.in x.col. ver. Itẽ etiã facit.& in consi. xij.inci. difficile est. iij.vol.vj.col. in ver. Item ex possessione.

b ¶ Per confessionem partis. Adde quòdcõ tractãse præsumptionem iuris & de iure admittitur etiam probatio in contrarium per indirectũ. ita gl. in c.j.de prob. in cle. & refert Sozi. præceptor meus in consil. cxcj.col.ij.in fi. & ad de in materia eiũdem Pau.de cast.in consi. cclxxxvij.col. iiij. in prin.in antiqs.Stra.

tam.facit aut.si testis.j.de test. & quod not. per Bald.in l.dotem.de ver.obl.ff.† In glos. ibi.[quid in possessione?] de hoc dic vt dixi in l.nõ ignorat.ſ.ad exhib.& gl. videtur hic sentire quod ibi dixi.nam aut ille qui se mel possedit asserit se hodie possidere, vel se hodie possedisse quouscp præscripserit, & sic quæritur quãtum ad cõmodũ ipsius qui semel possedit:& præsumitur ita esse ꝙ hodie possideat, vel cõtinuauit possessionem quouscp præscripserit. nisi cõtrarium probet. Aut negat se hodie possidere: quia fortè conuenitur tanquam possessor, & sic quæritur an præsumatur hodie possidere ad incommodum suum. & dicẽdum est ꝙ nõ. nisi in tribus casibus.quorũ duos ponit gl.scilicet quãdo tempore lit.cõtesta.possidebat:vel quãdo habuit causam ab agente.

Adde tertium qñ præcedens possessio fuit longo tempore cõtinuata:quia præsumitur etiã hodie:secus si nõ probat de longinquitate præcedẽtis possessionis:vel dic aptius.si probo ꝙ possedisti iam sunt x. anni,nõ sequitur ꝙ hodie possideas.& sic intelligatur ista opi.Sed si ꝓbo ꝙ iam est mẽsis ꝙ possidebas,vel iam sunt x.dies præsumetis etiã possidere:ga in modico interuallo non præsumitur interuenisse mutatio.secundũ doct.quos refert Bal.& est satis ꝓbabile dictũ. licet vltima gl.opponat cõtra finem huius l.quinque modis. Primò,ꝙ si isti emancipati possident:& sic conueniuntur, nõ incũbat eis onus ꝓbãdi.vt ſ.eod.l.fruſtra.& de rei vẽdi.l.fi.Sol. verũ est ꝙ reo nõ incumbit onus ꝓbandi quouscp intentio actoris sit fundata in cõtrarijs.hic autem erat fundata ex his duobus. de quibus dixi:vnde si volunt eam repellere,necesse habẽt ꝓbare.† Itẽ oppo.secundo de l.cogi.ſ.de peti.hæredi. Sol.reus possessor non

a cogitur dicere titulum suæ possessionis[a] ad commodum actoris & ad eius instãtiam.vt ibi.sed ad commodũ ꝓprium.& ad excludẽdum actorẽ qui suam intẽtionẽ fundauerat bene cogitur cautiuè,si nõ vult cõdemnari:vt hic.Tertiò opponitur, ꝙ intẽtio istorum agẽtium erat fundata ex præsumptione iuris,quæ est,vt qui semel fuit dñs.præsumatur perseuerasse vsq; ad mortem, & trãsiuisse ad suos hæredes:sed præsumptio iuris nõ recipit ꝓbationem in cõtrarium.vt insti.qui.mo.ius pa.pote.ſol.§.si ab hostibus.Sol.ibi nõ loquitur in præsumptione,sed in fictione. dicitur autem fictio,quãdo sit super facto certo. & in cõtrarium eius ꝙ reuera fuit.vt quod captus ab hostibus si reuertat fingitur nunq̃ fuisse captus:sed semper in ciuitate fuisse. Vel ꝙ si ibi moriat, fingatur mortuus prima hora captiuitatis: & tamen reuera fuit in cõtrarium veritas in vtroque.vel quod mulier quę dedit dotem fingatur stipulata:cum tamẽ reuera nõ fuerit.l.autem illa loquitur in præsumptione iuris,quæ præsumptio est super incerto. nã vtrum donauerit vel nõ donauerit erat incertum:ius præsumit ꝙ nõ donauerit,quouscp probetur cõtrarium:sic etiam præsumitur pro instrumẽto:de quo est dubium an sit verũ vel falsum & p̃sumit ꝙ sit verũ & tñ potest ꝓbari cõtrarium,vt j.eod.l.cum precibus.Item p̃sumit ꝙ acquisita p mulierem,sint acquisita de bonis viri:ꝓ euitãdo suspitionẽ turpis quęstus.ff.de do.iter vir.& vxo. l.quintus.tñ potest esse cõtrarium:& sic factum est dubiũ. certè

11 põt ꝓbari cõtra p̃sumptionem iuris ꝙ aliunde quęsierit.† Item lex præsumit quod ille qui habuit conuersationem aliquo tẽpore cũ aliqua muliere libera,contraxit matrimonium cũ illa: & tñ est incertũ an cõtraxerit,vel non.vt in l.in liberæ. ff.de ritu nupt.

12 certè põt ꝓbari cõtrarium quod non contraxerit.† Sed quartò op.ꝙ contra præsumptionem iuris nõ possit probari contrariũ. Sol.nisi ex confessione partis.vt j.ad velleia.l.antiquæ.dicit glo. quod quædam est præsumptio iuris,nõ tamẽ de iure.vt quando lex p̃sumit,& nõ statuit:& tũc recipit probationem in contrariũ: vt in casibus præcedentibus. quædam est præsumptio iuris & de iure.scilicet quãdo præsumit ius super facto incerto, & vltra hoc statuit:& tunc loquitur contrarium. quod non admittatur probatio in cõtrarium:& allegat glosſ.casus plurium legum:in quibus secũdùm quosdam est præsumptio iuris & de iure. gl.tñ reprehendit dicens:ꝙ in illis legibus admitteretur ꝓbatio in cõtrarium:& sic est iuris,& nõ de iure.excepta. l.antiquæ. Tu pone casum magis in sententia:pro qua ius præsumit,& habet eam pro veritate:vt sit litium finis,statuit ius quod contra eam nõ possit veniri:etiam per instrumenta de nouo reperta. vt in l. Imperatores.ff.de re iudi.ista est præsumptio iuris & de iure contra q̃ nísi per confessionem partis[b] veniri nõ potest,eo modo agẽdo quo primo actũ fuit:sed si quis agẽdo succubuit, & vera excipiendo vult venire contra,potest per testes,& etiam per instrumenta:secundũ tamen ea quę habent in l.Iulianus.ff.de cõdi.inde vel dic quod illud qñ fuit lata:quia nõ ꝓbatũ sed si sit debitum, vel non debitum,tũc nec agendo nec excipiẽdo potest veniri cõtra, nec ꝓbari nisi p cõfessionem partis.vt ibi not. Quinto & vltimò oppo.ꝙ onus ꝓbãdi incumbat agẽtibus, nõ conuẽtis. per l. cum de indebito.ff.eo. Sol.si ibi filij in potestate tradidissent ista prædia illis filijs emancipatis,tanquam eis donata,& postea vellẽt repetere tanquam indebitè tradita,necesse habent ꝓbare se indebitè tradidisse.vt in cõtrario:quia nõ p̃sumitur iactasse suum: sed hoc non tradiderũt:imò illi alio modo occupauerũt. ex his remanẽt omnia declarata.

2 ☞ Nata ex matre,quæ semel fuit serua,licet postea manumissa.quare præsumatur potius serua quam libera?

3 Si ago hypothecaria contra te tertium possessorem,& allegas titulum à debitore, quia uendita,& ego dico quod per prius erat mihi obligata,& sic trãsiuit in te cum sua causa obligationis, tu uerò dicas quod tibi prius fuerat uendita & tradita, quam mihi obligata,cui nostrum incumbet onus probandi?

4 Testes quod regulariter non habeant necesse deponere de tempore, uel loco, licet si fuerint interrogati,& uarient,non detur eis fides.

Quando intentio agentis fundatur in tempore,uel loco,cui incumbat onus probandi? remissiuè.

LEX XVII.

Matrem. †Qui fundat intẽtionem suam ī tẽpore, agendo vel excipiẽdo,debet tempus ꝓbare.ad hoc semp allegat.l.eũ qui.ff.de neg.gest. Et pone casum ꝙ quædam mulier que asserebatur serua per quẽdam.allegabat se liberam & ingenuam,& petebat se ita ꝓnũtiari,& ꝓbadum intẽtionẽ suam ꝓducebat instrumẽtum, in quo continebatur quod mater sua quæ olim fuerat serua:fuerat postea manumissa,vnde cum sit nata ex libera,sequitur ꝙ est ingenua.allegabat etiam se habere fratres ex eadem matre, qui erant in possessione libertatis,& nũquam fuerat eis mota quæstio seruitutis.quærebatur an ista sibi sufficerent? Imperator respõdit ꝙ nõ.primum ideo.quia potuit nasci ante manumissionem. vnde constet matrem fuisse seruam,nõ sequit ergo tu es libera, nisi sis nata post manumissionem.& hoc probare debes. quia tps est de substãtia tuæ intẽtionis.quòd autem fratres tui sint in possessione libertatis,& eis nũquam fuit mota quæstio, nihil facit ad ꝓpositũ: cũ ista possint simul stare ꝙ ipsi sint liberi:quia nati post manumissionem, & tu sis serua:quia nata prius.† Sed quæritur, quare p̃sumatur potius serua cp̃ libera,& nata añ manumissionẽ potius cp̃ post,postcp̃ sibi incumbit onus probãdi? quidam dicũt ex eo quia costabat matrem semel fuisse seruam quod glo.reprehẽdit: quia nõ ꝓpterea debemus interpretari in partẽ magis odiosam. gl.dicit quod hæc ratio est,quia ista possidebat vt serua:& sic ꝓuocabat in libertatẽ.& erat actrix: ideo debet fundare intẽtionẽ suã.Tu dic secũdũ doct.ꝙ etiam si erat in possessiõe libertatis:& sic erat rea,& petebat in seruitutem.si ipsa allegabat se ingenuã, & petebat ita se ꝓnũtiari,necesse oñdere se ingenuã,& sic ꝓbare ꝙ asserebat:sed si nõ petijsset se ita pronuntiari: tunc sufficiebat sibi quod esset in quasi libertate: quãtum ad hoc, vt actore non probãte seruitutem,ab eius petitione absolueretur,nõ tñ pronũtiaretur eam esse ingenuam:& hoc est magni effectus.quia ista secunda nõ proficeret sibi ad probãdum ingenuitatem, si postea ꝓalium occuparetur tãquam serua:& si ago rei vẽdi. & nõ probo dominium,absolueris:tamen non pronuntiaris dominus:nisi hoc asseras,& probes te dominum.& petas ita ꝓnũtiari.l. si inter me & te.ff.de excep.rei iudi.vide quod not.in l.circa ff.de proba.

3 in glosſ.† Et inducitur iste rex.ꝙ si ago contra te tertium possessorem hypothecaria, & allegas titulum à debitore quia vendita: & ego dico quod per prius erat mihi obligata : & sic transiuit in te cum sua causa obligationis. vt l. si conuenerit.§. si fundus.ff.de pigno. act.tu verò dicas quod tibi prius sic erat vendita & tradita, quàm mihi obligata: & sic non potuit obligari: cui nostrum incumbat onns probandi . an mihi, quod prius fuerat

fuerat obligata quàm tibi? an econuerso? nam vterque videtur fundare se in tempore. Docto. tenẽt quod mihi.per l.& quæ nõ dum.§.quod dicitur.ff.de pigno.vbi creditor agens contra tertiũ possessorem,habet necesse probare quod erat tempore obligationis factæ res in bonis debitoris. Item quod intẽtio tua super dominio tuo est fundata,siue vendiderit antequàm fuerit mihi obligata,siue post.vtroq; autem tempore huiusmodi dominium quod in te trãsferre potuit : sed intentio mea nõ est fundata. nisi mihi obligauit antequam in te dominiũ trãsferret , ergo necesse habeo hoc probare. Item per l.j.ĵ.de iur.fi.lí.x. vbi est speciale in fisco agente in hypothecaria cõtra donatarium,vt nõ habeat necesse probare:sed ipse donatarius quod sua donatio præcesserit:er-

4 go in cõtrarium est ius commune:vt in l.j.in fi.ff.ad muni.† Ad quæ vide quod not.Bar.in l.si is qui.ff.de iure fisci.& plura circa istam materiam quãdo intentio agẽtis fundat in tempore, vel in loco,cui incumbat onus probandi.vide pulchrè per Bar.in l.nõ solũ.§.sed vt ꝓbari.ff.de no.ope.nun.regulariter autem testes nõ habent necesse deponere de tempore, vel de loco: quia non sunt de substãtia eius de quo agitur,licet si fuerint interrogati,& varient,nõ detur eis fides:vt l.qui falsa vel varia.ff.de testi. & quod not.j.tit.proxi.l.testium.in glosſ.& ff.eodem tit. de testi.l.ob carmen.§.finali.

1 ☞ Sex species scripturarum publicarum,seu authenticarum.quibus datur fides remiſſ

2 Instrumentum publicum,quomodo per testes redarguatur de falso?

3 Quid si negatur illum qui scripsit esse notarium?

4 Statutum si facit mentionem de instrumento, uel de exceptione simulationis, debet hoc casu intelligi quãdo intentio partium fuit nihil agere,sed simulare quod ageretur.

Quando fuit actum,& alium simulatum:si illud quod fuit poterat ualere ut agebatur non habet locum exceptio simulationis, sed si poterat ualere ut agebatur : sed alio modo,tunc ualet prout simulate fuit conceptum.

LEX XVIII.

Vm precibus. † Præsumitur verum quòd in instrumento publico cõtinetur. nisi probetur cõtrarium. hoc dicit. & semper allegatur ad hoc quod præsumitur in instrumẽto: quia notarius propter officium publicum,& iuramentum quod præstat,& propter timorem magni peccati quod incurrit si cõfitetur instrumentum falsum,nõ præsumitur scripsisse nisi veritatẽ, & illud quod fuit de intẽtione partium,& appoſuisse verba hoc importantia,& non alia,iuxta not. per Bart.in l.si quis filiabus. cum l.leq.ff.de testa.tu.& ſ.de iura.calũ.l.j.& per Bal.in l.errorẽ.

2 j.de testa.† & idem in qualibet scriptura authẽtica, [a] quæ habet

a vim publicæ scripturæ:vt si habet sigillum authenticum.vt in c. post cessionem.extra eod.& l.si Publicanus.§.de rebus.ff.de publicanis.cum ibi not.vel si sit extracta de archiuo publico manu commẽtariensis illius cui est commissa cura scripturarũ dicti archiui,si nõ sit notarius:vt in auth.ad hæc.de fide instru.j. vel alterius officialis publi.& vide in Spec.de instru.edict.§.nũc videndum restat.circa princ.vbi ponit sex species scripturarum publicarum,seu authẽticarum,quibus datur fides sicut instrumento

3 publico.† Et potest poni casus ꝙ illud instrumentum nunquam fuit confectum de voluntate tua,nec in aliquo fuit notarius rogatus:& sic erat simpliciter fallum.vel quòd fuit rogatus de pignore,vel obligatione:& ipse ad instantiã creditoris posuit ꝙ donauerat,vel vendiderat,qualiter poterit probare cõtrarium? Rñ deo per testes descriptos in ipso instrumento , si contradicunt, etiam si sit vnus solus alijs mortuis, vel absentibus, qui dicit se nũquàm interfuisse tali instrumento.vt l.j.in fi.ff.quemadmodũ testa.ape.Secus si dicat se non recordari secũdùm Inno.in c.cum Ioanes.de fide instru.& idem tenet Bartol.in d.§.fi. sed si omnes sunt mortui,vel absentes,nec possunt haberi,tũc per alios testes plures numero quã sint in instrumento necessario descripti. iuxta.not.j.de fide instru.l.in exercendis. quia instrumentum ha-

b bet vim.[b] tot testium quot ibi necessariò descripti sunt etiam si testes illi mortui sint.vt not.in l.fi.j.de fideiuſ.Ad hoc respõdeo, ergo vt vincatur à testibus , necesse est vt sint plures cp̃ ibi sint descripti:quia in pari numero potius staretur instrumento : pro-

4 pter authoritatem publicã notarij.† Quid autem si negat illum qui scripsit esse notarium? vide in Spe.de instru.edi.§.restat. ver. Item quid si producit.& versi.illud autem.in vlt.siue penul.col. potest etiam poni casus ī instrumẽto simulatè cõcepto:& sic fuit scriptum de volũtate vtriuscp partis:tñ vnum simulauerũt, aliud egerunt: quo casu statur ei quod fuit actũ a in veritate:nõ ei quod fuit simulatum. vt j. plus valere quod agitur per totũ. & si intẽtio partiũ erat nihil agere,sed simulare agere:quia nolebat vendere,vel donare: sed si-

b mulare,ꝓpter timorẽ fortè instrumẽti, vel tyrãni:tũc instrumentũ hoc ꝓbato caret omni substãtia:quia non debet operari vltra intẽtionẽ partis.& dicere[c] tũc donatio vel

c vẽditio imaginari:vt l.imaginaria.de regu. iu.& l.nuda.ff.de cõtrahẽ.emp.† Et no.ꝙ si

5 statutũ facit mentionẽ de instrumẽto simulato,vel de excep.simulationis, debet intelligi hoc casu qñ intẽtio partiũ fuit nil agere,sed simulare ꝙ agerẽt:ga illa est propriè

c simulatio. ‘ quæ præsumit ex eo ꝙ vẽditor vel donator remãsit in cõtinua possessiõe: vt l.sicut §.superuacuã.ff.qui mo.pign. vel

d hypo.sol.Et qñ fuit vnũ actum,& aliud simulatũ,si illud quod fuit actũ poterat valere vt agebat,nõ est propriè simulatio : cũ nõ deficiat substãtia veritatis: ideo non habet locũ exceptio simulationis:vt ſ. si certum peta.l.si ex pretio,sed si non poterat valere vt agebatur,sed alio modo:tunc valet prout simulatè fuit conceptum.ff. deposi. l.Lucius.l.ij.& vide quod ibi no.per Bart.& etiam in l. emptor. de aqua plu.arcend.& consilio suo quod incip. Petrus nicholæ. vbi ponit aliqua bona super ista materia simulationis.

a ¶ Scriptura authentica.Quæ dicatur scriptura authentica. vide in c.j.iuncta glo.j. extra.de fide instru.

b ¶ Habet vim. Adde eundẽ Pau.de cast.in cõsi.xlix.col.j. in no nis inci.consilium in causa quæ vertit coram potestate. Cur.

c ¶ Simulatio. Adde de hoc & dic vt per Alex.de imo.in cõsi. xxviij.colũ. iij. & in consi.lvij.co.j.in ver. verò.plenè ꝓ Cepo. in tra.de simula.contractu.Et etiam adde eundẽ Pau.de cast.in cõsi.clxxiij.inci.presuppositis his. col. j. in nouis.

d ¶ Dilatoria non solũ proponi. Adde gl.& Doc.in c.exceptionẽ. de excep. & Abb.in c.j.in ij.colũ. de ordi. cogni.

2 ☞ Præscriptio longi temporis,quare opponatur ante litem contest. & probetur post?

3 Exceptio mere peremptoria,debet proponi & probari post lit.contesta. uel etiam ante. & nu.4.& 6.

4 Quid in exceptione dilatoria?

5 Si quis ante diem uel conditionem agat,& non opponatur , & tempore finis instantis dies uel conditio euenerit,fingitur fuisse bene actum : & condemnabitur reus. & quid si dies,uel conditio non euenit?

6 Exceptio mere peremptoria non potest probari post conclusionem in causa,uel postquã fuit renuntiatum probationibus. & an ante possit quandocunque probari?

7 Quòd sint aliquæ peremptoriæ quæ oppo. etiam post sententiam:nec impugnant sententiam.

8 Dilatoria solutionis an debeat proponi sub conditione.si actor probauit. ut hic. & an uideatur fateri intentionem agentis?

An post dilecta testificata possit reus probare per testes?

9 Ordo proponendi exceptiones dilatorias.

An declinatoria possit opponi post litem conte.nu.10.

10 Exceptio dilatoria si est talis quod redderet processum & sententiam ipso iure nullã, potest oppo. & probari etiam post sententiam.

11 Exceptio peremptoria quæ à principio non tollit actionem ipso iure,ut pacti de non petendo,uel iurisiurandi,si fuerit opposita : & super ea pronuntiatum pro reo , an tollat actionem?

LEX XIX.

Exceptionem †Exceptio dilatoria solutionis debet opponi ante litem

2 contest.& potest probari post lit.contestatã vsque ad sententiã.h.d.† Not.simil ein prescriptione lõgi tẽporis.l.emptor.j.de præscrip.longi tẽp.vbi exceptio præscriptionis opponitur ante litẽ cõtestatã.& probat post. quod est mirabile: quia sic proponẽdo habẽt vim dilatoriæ:& in ꝓbãdo habẽt vim peremptoriæ.Sed quare hoc gl.nesciuerũt hic declarare.nec etiã Bar.tãgit:sed Bal.secundũ Nic.de matar. dicit aliqua bona verba.ex quibus patet rõ:vt infrà dicã.do. Cyn.in ista l.multa dicit in materia exceptionũ perẽptoriarũ.& fuit valde verbosus.& in aliqbus ineptè loquit. melius stat in tit.de excep.sed iõ fuit posita in isto ti.quia tractat qñ debet fieri ꝓbatio istius exceptiõis.

3 †Venio ad casum gl.quę est hic & multa inculcat. & in aliqbus imperfectè.in aliquibus nõ bñ loquit. Pro eius declaratiõe opp. tribus modis.primo qđ exceptio tãgẽs rẽ de qua agit,debeat ꝓponi & ꝓbari post litẽ cõtestatã vsq; ad sniam.vt in l.peremptorias.j.sententiã rescin.nõ pos.hic aũt dicitur ꝙ ꝓponitur ante, & probat post.Sol.contrariũ loquitur in merè peremptoria exceptione , vt est exceptio pacti de non petendo simpliciter facti:

4 vel solutionis.hic loquitur de dilatoria. † Sed contra secundò: quia dilatoria non solum proponi[d] sed etiam probari debet ante litem contestatam,vt j.de excep.l.fin.& ff.de iudic.l. sed & si susceperit,in prin.Sol.verum est in merè dilatoria, quæ non con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 ¶ Didicisset testificata. Adde Doct. in caseries. de test. & doc. in c. iurauit. de prob.

cernit rem de qua agitur, sed personas in iudicio interuenientes. vt si opponat cõtra iudicem q̃ nõ habeat iurisdictionem, vel cõtra actorem q̃ non est habilis ad agendum. vel cõtra ꝓcuratorem q̃ non habet sufficiens mandatum, vel q̃ nõ pot esse ꝓcurator, vel cõcernit ineptitudinem libelli, cui dicit nõ esse respondendum, vel ordinem iudicij: quia dicitur q̃ præposterè agit. hic verò loquit̃ de dilatoria non merè, quia non cõcernit ꝑsonas prædictas: sed concernit negotium de quo agitur: quia dicit̃ q̃ actor agit ante diem vel cõditionẽ. Sed tunc oppo. Tertiò, si ita est, malè dicit quod debet opponi ante litem cõtest. nam si non fuit opposita ante, tũc potest opponi post: & petere se absolui duplicatis dilationibus: quia nõ ꝓpterea debet causam perdere quod litem cõtestatus est ea non opposita. vt institu. de excepti. §. temporales. Glosſ. fatetur quod ex volũtate potius, q̃ ex necessitate opponit̃ ante litem cõtestatam. Certè etiam merè peremptoria cõtestari posset, & opponi ante litem cõtesta. ex mera voluntate. quod patet: quia per ꝓpositionem exceptionis peremptoriæ nõ censet̃ lis cõtestari. vt in c. j. de exce. lib. vj. & not. in l. j. §. de lit. cõtest. & sic est necesse q̃ postea cõtestet̃ in forma. prę terea tex. in fi. in verbo. [oportet.] significat necessitatem. Breuiter si vult declinare iudicium, & non arctari ad cõtest. lit. necesse habet opponere ante litem conte. & etiam ꝓbare. & absoluet̃ duplicatis inducijs, nec prima admittet̃ nisi ab actore, refusis expẽsis. nã qui agit añ diẽ vel cõdõnẽ, malè agit: ergo pot repelli à iudicio: vt l. j. in prin. ff. qñ dies vsufru. lega. ce. cũ l. bouem. §. si sub cõdi. de ẽdi. edic. & sic ista exceptio impedit lit. contest. sicut exceptiones lit. finitæ: vt est exceptio rei iudi. trãsactionis, & iurisiurandi, & præscriptionis. l. j. in fi. ad Tertu. & l. eleganter. §. si post. ff. de cõdi. inde. & in c. j. de li. cõte. li. vj. & ista est rõ & ītellectus. l. emptor. j. de p̃scrip. lõg. temp. si añt nõ potuit eã ꝓbare ante lit. cõte. nõ impedit ꝓbare post. & si iam nõ opponit̃ añ lit. cõte. non
5 impeditur opponere post. † tñ tũc nõ absoluit̃ statim ab obseruatione iudicij. quę absolutio est interlocutoria. iuxta no. in l. harũ. ff. si ser. vendi. in parua glo. & p Bart. in l. Titia. ff. de accu. sed expectaẽ ĩnia diffinitiua, quam iudex potest differre vsq; ad finem temporis instantiæ: & tunc si dies vel conditio cõcurrerint: licet malè fuerit actum: ex quo tamẽ à principio nõ oppositũ fuit, fingit̃ bene fuisse actũ, & cõdẽnabit̃ reus, quia ius superuenit actori ex cã de ꝓterito: vt l. si rẽ. §. fi. ff. de pig. act. & casus est de hoc: quẽ doct. nõ allegãt: nec dicũt quod dixi in l. q̃ si in diẽ. circa pri. ff. de peti. hære. Si verò dies vl̃ cõditio nõ euenit, cõdemnabitur ad soluẽdũ aduenięte die vel conditione. vt in d. l. q̃ si in diem, & cogeẽ cauere de soluẽdo tunc: sed an tũc puniet̃ in duplicatione inducias̃ Bal. hic sentit q̃ sic. vnde si restabant vj. menses de termino, cõdemnabit̃ ad dandũ infrà xij. menses. ꝓ ea quæ no. Inn. in c. j. de plus peti. licet Nico. ma. videaẽ sentire q̃ ad hoc vt duplicentur inducię debeat proponi, & ꝓbari añ lit. cõtest. Si autẽ nullo modo eam ꝓposuisset, tamẽ de ipsa Iudex habebat notiam: an poterit iupplere de facto? dicit Bar. quod aut illa dilatio fuit orta à princip. obligatiõis contractæ, quia ꝓmisit dare certo termino, & hoc apparet ex instr̃o: & tũc quia cõstat sibi vt iudici, potest supplere, & nõ cõdemnare simpl'r ad dãdum de præsenti: licet nõ opposuerit: sed dũtaxat aduenięte die vel termino: non tñ duplicabit inducias postquã illud nõ petit: sed si habet origiñẽ ex post facto obl'onẽ purè cõtractã pactũ fuit factũ de nõ petendo vsq; ad annũ: tunc quia nõ interest actoris, ꝓpter interualũ tẽporis. Iudex licet notiam habeat nõ debet iupplere de facto, postq̃ nõ oppositum, sed ipsum simpliciter cõdemnabit ad dãdũ de præsenti. quasi videaẽ renũtiasse dilationi per id quod habeẽ. & not. in l. si vnus. §. pactus. in gloſſ. in ver. in opponendo. ff. de pact. & hoc qñ actor egit añ diem: sed si ante cõditionem nullam actionem habeat, potest Iudex de facto supplere: & reũ absoluere ex officio. per glo. quæ est in l. vbi pcñ. C. de trãsa. & per l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. & ex his patet intellectus
6 huius legis malè declaratæ per gloſſ. & doct. † Circa exceptionẽ verò merè peremptoriam gloſſ. dicit aliquã quę indigent iupplętione. Primò, q̃ potest probari qñcũq; ante sententiam. Intellige qñcunq;: dummodo nõ sit cõclusum in causa, vel non sit renuntiatum probationibus. quod fieri potest. licet glo. dicat contrariũ in auth. iubemus. §. de iudi. in prima gloſſ. Item dicit postq̃ actor mõstrauit intentionem suam hic de iure communi. quia reo non incumbit onus probandi, vt in l. fruſtra. §. eod. sed ex forma statutorum iudices statuunt terminum communem ad ꝓbandum in cumbentia tam actori, quàm reo: & sic reus nõ debet expectare quod actor mõstrauerit: sed in dilatione debet exceptionem probare, nec videtur per hoc intentionem actoris fateri per l. nõ vti-
7 que. ff. de except. † Item dicit gloſſ. Tertiò, quòd quædam exceptiones peremptoriæ opponuntur etiam post sententiam, quæ not. in l. j. C. de iur. & fact. ign. & istæ sunt illæ quæ sentẽtiam nõ impugnãt. vt l. Nesennius. in fi. ff. de excep. rei iudi. & l. ex diuerso. §. fi. ff. solu. matrimo. & quædam aliæ. de quibus in dicta l. j. & prædictæ nõ sunt peremptoriæ intentionis, sed limitatoriæ exa-
8 ctioni: vt nõ exigatur vltra q̃ facere possit. † Circa dilatoriam solutionis. Gloſſ. dicit quòd debet proponi sub cõditione, si actor probauit &c. quia si hoc opponit sine conditione, videtur fateri intentionem actoris. Tu dic contrarium. vt s. dixi. & l. ij. s. eod. Item dicit gloſſ. quòd hodie per auth. hic positam si reus didiciſ-
a set testificataª, nõ posset probare per testes, propter timorem subornationis. Docto. tenẽt cõtrarium: quia auth. debet intelligi qñ vellet ꝓducere testes super eodem vel eisdem articulis, aut directè contrarijs, sed exceptio est articulus diuersus, & nõ directè cõtrarius. & hoc declaratur melius p iura canonica in c. causam. & c. fraternitatis. de testi. extra. & in clemẽ. vnica. eodem titulo.
9 † Super merè declinatoria, vt est declinatoria iudicij. gloſſ. dicit quod si quis scit eam sibi competere, debet opponere à principio. vt l. fi. j. de excep. & aduerte quod inter dilatorias est ordo: quia primò debet proponi illa quæ cõcernit iurisdictionem iudicis, vel eius personam: vt quia sit suspectus. & per propositionem istius nõ renuntiat alijs. sed si primò proponeret talis, nõ facta mentione de ista, censereẽ ibi renuntiare. quia hoc ipso quod talis proponit non facta mentione de ipsa, censetur petere à iudice quod super eis pronuntiet. & sic tacitè in ipsum consentit: vt in l. sed & si iuſceperit. in prin. ff. de iudicijs. quod dic plenè p Barto. in l. quidam cõsulebat. de re iud. ff. Item dicit gloſſ. quod si nescit sibi competere, & post lit. contesta. peruenìat ad eius notitiam: potest etiam apponere post. secus in casu præcedenti quãdo scit. Tu dic quod etiam quãdo ignorat, nõ potest opponere: qua terminus lit. cõtesta. præfigitur à iure: & sicut arctat scientem, & etiam ignorantem. gloſſ. est ordinaria. in l. qui ꝓcuratorem dat. §. fin. ff. de ꝓcu. & quod no. Inno. in c. cum in tua. qui matri. accu. post. nõ sic intermino dato à iudice, postquam si peruenit ad eius notitiam, potest adhuc opponere. & probare: vt in c. pastoralis. extra de except. Fallit quod dixi quãdo post litem cõtesta. sup-
10 uenisset exceptio: vt in l. ij. s. de consorti. eiusdem litis. † vel quãdo esset talis exceptio dilatoria, quæ redderet processum & sen tẽtiam in ipso iure nullam, vt defectus iurisditionis in iudice: vt j. si à non competenti iudi. per totum. vel quod procurator erat funditus falsus: nam ista exceptio potest opponi etiam post sen tẽtiam, & ꝓbari. vt in l. licet. s. de ꝓcura. ergo fortius post terminum. iuxta not. in simili. in c. licet causam. extra eod. titu. Quando añt Iudex nõ caret funditus iurisdi. sed est suspectus, vel procurator non caret mãdato, sed est inhabilis, vt quia miles, si istæ exceptiones nõ opponuntur añ lit. cõtest. licet reus ignoret sibi competere eas, nõ poterit oponere post: & ita intellige & limita gloſſ. circa materiam istam exceptionum vide per Cynum hic.
11 & plenius in Spec. de except. per totum. & tangit hic Cyn. † an exceptio peremptoria, quæ à principio non tollit actionẽ ipso iure, vt pacti de non petendo, vel iuriliurand. si fuerit opposita, & super ea pronuntiatum pro reo, an tollat. & quidam dicunt quod sic: quia peruentum est ad conflictum. & cum vicerit reus interficit actionem: prius non erat interfecta. hunc articulum reassumit Bartol. in lege Iulianus. ff. de condictione indebiti. vbi vide per eum.

2 §☞ Quæ & quot sint illa quæ impediunt quem producere testes? & nu. 3. & 4.
3 Publicatio processus & attestationum facta per iudicem, quid operetur?
Renuntiatio probationum, an extendatur ad ignorata?
4 Renuntiatio in causa impedit ulteriorem productionem, & quid in causa appellatiõis? & nu. 10.
Si in causa non magna, in qua sufficiunt tres: uel quatuor testes, uellet quis producere xx. uel xxx. non debet admitti.
5 Qui audiuit à testibus quid ipsi testificati sunt, uel quid promiserunt testificari: non tamen excluditur à producendo alios.
6 Qualiter præsumatur quis didicisse testificata? & nu. 5.
7 Si per rescriptum principis admittatur quis ad producendum testes, debet intelligi nisi

nisi didicerit testificata, nisi dicatur in rescripto non obstante quod didicerit testificata.

8 *Si non apparet quod quis didicerit testificata, non expedio subire iuramentum de quo hic, ut admittatur ad aliam productionem nisi fecerit tres probationes.*
9 *Post didicta testificata potest quis personas testiũ aduersarij re probare, & quid aliud facere possit?*
10 *An in causa appellationis poterit postea alios testes producere, in qua (ut dicitur) non allegatum allegabo, & allegatum & non probatum probabo? & nu. 11.*
11 *Qualiter cognoscatur an sit nouus articulus, ut sic possint post didicta testificata testes produci, an non sit nouus?*
12 *Ista authen. qualiter ueniat ad l. Cod.*
13 *Post didicta testificata non prohibetur quis testes iterum producere, si examinatio non ualuit, uel liber attestationum sit perditus. uel super eo super quo primi testes non fuerunt interrogati. nec aliquid dixerunt, uel si non fuerunt interrogati, secundũ interrogatoria data per partem, uel fuerint recepti coram arbitris, & uult super eis articulis coram iudice alios inducere.*
14 *Ad quartam productionem testium cum solennitate de qua hic, an quis admittatur si renuntiauit probationibus ulterius fiendis?*
Potest quis renuntiare instrumentis quæ habet.
15 *Quomodo intelligatur una productio, uel duæ, aut tres, ut quis ad quartam non admittatur, sine solennitate de qua hic. & nu. 16.*
diuerūt, vel viderūt? gl. qđ nō. qa hoc non poteſt ſcire: ſed ſuffic it qđ dicat quod tales fuerūt præſentes qñ actus fuit celebratus. Si tñ diceret ſe nō recordari, vel non recognouiſſe q fuerūt preſentes, nō vitiat dictū eius. Et ſic ſi plures examinati cōcordāt in ſdē, licet aliter nō deponāt de preſentia alterius, ratione prædicta: nō vitiat dictū eorū. & hoc videt tenere. Spe. in ti. de libellorum cōceptione. ſeu in ti. de inquiſitione. †Item quæro. an debeat interrogari de loco & tēpore? gl. q ſic vt in Daniele & Suſanna. ſed ſi diceret nō recordari, nō vitiaretur dictū eius. niſi tempus eſſet de ſubſtātia ꝓbationis: vt in.l. matrē tuā. §. tit. j. & no. per gl. in l. ob carmē. §. fi. ff. e. ti. ſed in loco nō ſic cadit iuſta ignorātia: qa facilius poteſt de loco recordari quā de tēpore. tñ dic vt. §. niſi locus eſſet de ſubſtātia ꝓbationis: vt ſi maior pœna imponereť de delicto cōmiſſo in platea. & ipſe induceret ad probandū q in platea. quod dic vt ꝓ Bar. in.l. nō ſolū. §. ſed vt probari. de ope. no. nū. & vide in.c. cū Ioan. de fide inſtru. & in.c. ex tenore. ſuper verbo tēpus & locū. in nouel. Si tñ diſcordarent teſtes, qa vnus diceret tali tēpore alter alio tē pore vel loco, redderenť ſuſpecti. & nō ſtareť eis: qa eſſent ſingulares: vt. l. q falſa vel varia. ff. eo, ti. †Vltimò op. in gl. pe. cōtra fi. l. quæ videtur dicere q debeat probari pdi tio inſtrumenti: & vltra hoc veritas rei: & ego dixi. §. q tenor inſtrumēti, abiſq eo qđ probeť veritas reī. vt no. Cy. in.l. j. tit. j. con tra. q ſufficiat probari ſolam perditionē inſtrumenti: vt. l. ſi de poſſeſſione. §. tit. j. Solu. ibi qñ aduerſarius ſubtraxit. ſi verò alio modo perditū eſt: tūc aut qs vult probare cōtra inſtrumentū: & requiriť q ꝓbet tria. vt hic. aut nō vult ꝓbare cōtra inſtrumētū, & ſufficit probare duo. ſ. perditionē inſtrumenti, & tenorē eius. per teſtes tamē peritos: vt in c. cum olim. extrà de priuil. alias nō ſufficeret niſi ad ſemiplenā probationē: vt in. l. ſicut. & ibi no. j. ti. j. non autē habet neceſſe probare veritatem reī. in auth. de teſti. §. & licet. col. vj. ſuper. l. teſtium facilitatem.

2 ☞Confeſſio creditoris facta extra iudicium ad liberandum, quòd ualeat.

3 Si probatur confeſſio per quinque teſtes, an poterit obijci exceptio non nu. pecu?

AVTHENTICA.

1 ROgati. †Iſta auth addit duo ad. l. C. ſecūdū verū intellectū. Primò q teſtes de qbus illa. l. loquitur debēt eſſe rogati, & nō fortuiti: ſicut in teſtamētis. regulariter ſecus. vt. ff. e. l. ad fidē. Secūdū eſt vt ibi dicitur, q quādo qs vult probare ſolutionē debiti, de quo appareť per inſtrumentū, locū habeat & in eo qui vult probare cōfeſſionē creditoris de recepto. licet quidam aliter intelligāt vt in gl. nā ſi probandū ſolutionē requirātur quinq teſtes, potius ad probandū cōfeſſionē: qa fortius & potētius eſt teſtimoniū de veri-
2 tate quàm de cōfeſſione, †gl. colligit quod valet cōfeſsio debitoris facta extra iudiciū: ſed cōtra quòd nō valeat ſine expreſſione cauſæ: vt in. l. cū de indebito in fi. ff. de ꝓb. So. verū eſt quādo fit ad obligandū. & ſic in cōfeſsione debitoris: ſecus quādo ad liberandū. & ſic in cōfeſsione creditoris. †Itē queritur ſi probať confeſsio per quinq teſtes: an poterit obijci exceptio non nu. pecu. infra. xxx. dies, ſicut quādo probatur per duos. vt. j. de nō nu. pecu. l. in cōtractibus. §. j. quidā q ſic. gl. tenet cōtrariū propter tantam ſolennitatem quam tenementi ad limitationem illius legis.

1 ☞Teſtes ſi non ſunt ſubditi, & exiſtant in alieno territorio, ſcribitur iudici illius territorij quòd eos examinet.

2 Teſtis uidetur deponere quando iurat: & ad illud tempus refertur teſtimonium.

3 Teſtis quādo adhibetur ad ſolenni tatē, uidetur tunc depoſuiſſe quādo adhibitus fuit.

4 Iuramentum debet deferri teſtibus iudice ſedente pro tribunali: & non tempore feriato: ſed poſtea poterunt examinari etiam die feriata.

Si teſtes iurauerint infra terminum datum ad probandum, poſſunt etiam deponere per terminum: niſi dilatio fuerit data ad probandum, & probatum habendum.

LEX XV.

SIquando. †Teſtes abſentes poſſunt cogi venire ad teſtificādum: etiam in cauſa pecuniaria. & poſtquā venerint, poſſunt detineri per xv. dies cum ſatisdatione de nō recedendo: ſi voluerūt eā præſtare, vel ſi noluerint, ſaltem cum iuramento. aliàs violentia nō debet eis fieri. & infra dictos. xv. dies debent iurare parte aduerſa præſente: vel citata, & deponere dicta eius, & Iudex in hoc debet eſſe ſolicitus. q ſi factum non fuerit, poſſunt propria authoritate recedere, & ſine licētia iudicis, et Iudex qui fuerit negligēs debet puniri. h. d. iſta. l. ſing. & ſolennis. quę quotidie venit in pra
a ctica. Primò præſupponit teſtes abſentes poſſe cōpelli venire ad perhibendū teſtimoniū veritatis, vſq ibi: [ſi quidem. & hoc eſt
2 verū quādo ſunt ſubditi iudici cauſę: & ſunt in eius territorio. † ſi aūt in alieno territorio, & nō ſunt ſubditi, non cōpelluntur venire. ſed ſcribitur iudici illius territorij q eos. examinet ſuper talibus articulis per. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. ff. quēadmo. teſtaper. ſecūm vnū intellectū, quem gl. hic tangit. & ita quotidie fieri videmus: ſi nō eſſet in alieno territorio, tamen eſſet ſubditus, poſſet Iudex ſi neceſſaria eſſet præſentia aliqua de cauſa, ſcribere iu dici illius loci q ei ſcriberet ex parte iudicis ipſius cauſæ vt deberet comparere ſub certa pœna: licut & reus alibi exiſtens citatur iuxta no. in l. j. ff. de requi. re. Poſſet etiā directa via dirigere nuntium ad ipſum: vt l. oēs. §. de epi. & cle. & hoc quādo requiriť vt veniat ad deponendū: ſed quādo vt ad recognoſcendū ſuſcriptio nem ſuam veniat, videtur q nō debeat cōpelli venire per illam eandem legem ſecundū gl. Deinde in ver. [ſi quidem.] præſupponit q poſſunt inuiti detineri per xv. dies: ſi fortè. Iudex aliįs occupationibus detentus nō pōt eos celeriter examinare, & ibi ponit tex. practicā vt debeāt dare fideiuſſores de nō recedendo, vel iurare. & hoc ſufficit, ſi pars, pducēs cōfidit de iuramēto ipſorū ſup tota cā fortius debet cōfidere ſup iſto articulo de non recedēdo vſq ibi: [intra quos.] Tertiò inſtituit iudicē qd habeat face re infra ꝑdictos. xv. dies & dicit q debet facere citari partē aduerſam, vt veniat ad audiendum teſtes gl. intelligunt & ita dicunt q practicatur, q iſta citatio fiat ad videndum iurare teſtes, q iura-
b mentum debet præſtari vel parte præſente, vel citata. aliàs nō valeret eius depoſitio. poſtquā verò iurauerint in examine partes non debent eſſe præſentes, ſed debet fieri ſecretò: vt in. l. nullū. §. eo. Et aduerte. quia ſolicitudo vt teſtes iurent pertinet ad partē producentem: & ſi pars negligeret, eſſet culpa ſua, & non iudicis & ſic non puniretur. ſed poſtquam iurauerint ſolicitudo pertinet ad iudicem: qui ex officio etiam parte non inſtante pōt eos examinare, & compellere ad deponēdū: & ſi non faceret punire tur. ita intelligit Bal. iſtū tex. in l. ij. §. de edendo. vbi omnino vi-
3 de. † Videtur autē teſtis deponere quādo iurat: & ad illud tēpus teſtimoniū refertur. vt colligitur hic. dū dicit [teſtimonia eorum capere. Jexponēdo teſtimonia: id eſt iuramēta, ſicut quādo teſtis adhibeē ad ſolennitatē, videtur tunc depoſuiſſe quando adhibi-
4 tus fuit: vt colligitur ex l. non ſpeciali. j. de teſtamē. Ex † qua ſequitur quod iuramentum debet deferri teſtibus iudice ſedente pro
c tribunali. & non tempore feriato: ſed poſtea poterunt examinari etiam die feriata, & in cle. j. de offi. deleg. Item quòd ſi iurauerint infra terminum datum ad probandum, poſſunt etiam deponere poſt terminum: quia depoſitio refertur ad primū tempus. quod dic vt no. per Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de dā. inſe. Sed ſi dilatio eſſet data ad probādum, & probatū habēdū, cōiuetudo & ſtylus curiarū eſt q infra terminū iurēt, & deponāt: vt aliquid illa verba operētur in auť. de teſti. §. hæc omnia. col. vj. ſuper. l. ſi quando.

1 ☞Reus ante litem inchoatam poteſt petere teſtes examinari ad æternam rei memoriā: etiam ſi non timeatur de eorum morte, uel abſentia, & quid in a clore? & an poſſint tunc publicari, & qualiter? & nu.

2 Publicatio inſtrumenti uel teſtium non facit fidem in præiudicium non citati: & qualis debeat eſſe citatio?

Quid ſi quis uelit habere copiam inſtrumenti?

AVTHENTICA.

1 SEd & ſi quis. †Iſta authen. addit ad l. C. quia illa loquitur, quando teſtes producuntur poſt litem inchoatam. & vult q pars aduerſa citetur, vt

tur, vt veniat ad videndū iurare teſtes: quid ſi his non erat inchoata, & vult quis teſtes facere examinari ad perpetuam rei memoriam: an poſsit hoc fieri? & reſpondetur quòd ſic eodem modo tamen. ſ. parte citata & comparente, vel per cōtumaciam negligente, & poteſt intelligi tam in actore quam in reo: quia text. eſt prægnans. & ſi intelligatur in actore, cum in arbitrio ſuo ſit litē inchoare, ſi fortè aliqua occupatione detentus nō vult adhuc inchoare. ſed facere teſtes examinari, tunc auditur: ita demum ſi teſtes ſunt abfuturi diuturna abſentia: vel eſt periculum de morte ipſorum. vt l. in lege aquilia ſi deletum. ff. ad leg. aquil. & tūc examinentur, & eorum dicta publicentur, non publicatione iudicis quia tunc non poſſent poſtea alij teſtes produci: ſed publicatiōe notarij cum præpoſitione ſigni ſui, ad hoc vt faciant fidem, corā
2 quocunque iudice his moueatur. † Si vero intelligatur in reo qa tunc in eius arbitrio non eſt quando his debeat inchoari, poteſt petere teſtes examinari: etiam ſi non timeatur de ipſorum morte, vel abſentia diuturna. & iſta declarantur plenissimè in c. quoniā frequenter. §. ſunt & alij. vt lit. non cōte. vbi plenius & melius habetur quàm nos habeamus: licet Canoniſtę aſſumpſerint ex iſtis legibus q dic vt ibi plenè no. & etiam Bar. ponit hic bonā diſtinctionem, quā vide. In tex. ibi. [teſtimonia publicare.] Si hoc verbum referatur ad reum, qui poteſt ad defenſionē ſuam propter metum futuræ litis facere examinari omnes teſtes quos vult, etiā non ſenes, vel valetudinarios. intellige de publicatione fiēda per iudicem: qui poteſt pronuntiare dictis atteſtationibus perpetuā fidem adhibendam: & hæc eſt ſententia interlocutoria: nec poterit poſtea alios teſtes producere, maximè ſi dixerit teſtificata: vt in auth. at qui ſemel. ſ. titu. j. Ideo ſi habet alios teſtes, quos vult producere, debet proteſtari iudici q talem publicationem nō faciat: ſed teneat atteſtationes ſecretas, publicatas authoritate notarij cum ſuo ſigno & ſubſcriptione. & ita vidi fieri & practicari. Sed ſi referatur ad actorem, qui nō poteſt ante lit. cōteſta. facere examinari ad offenſam niſi teſtes ſenes, aut valetudinarios, & de quorum morte dubitatur ſuper quo adhibenda eſt cauſæ cognitio, & relinquitur arbitrio iudicis: tunc talis pronuntiatio nō debet fieri per iudicem, quia datur ſibi terminus anni, infra quē debeat litem mouere: q ſi non facit, nil valent atteſtationes: vt in d. c. quoniam frequentet. circa prin. ſed poſt lit. conteſta. fiet publicatio de iſtis vnà cum aliįs qui poſtea examinabuntur, non cū dicta interlocutoria: ſed ſimpliciter q teſtes habeantur pro publicatis. & ſic datur licētia notario q oſtendat partibus, & recipiant copiam cum termino ad opponendum contra perſonas & dicta de quo loquitur. c. de teſtibus. extra eo. & hoc voluerunt gloſ. in d. c. quoniam frequenter. §. ſunt & alij & etiam in princip. quòd primò caſu ſtatim poſsit fieri publicatio. ſecundo non, quod intellige modo prædicto & de iſta publicatione vide Inno. in c. Albericus. extra eo. & in Specu. de inſtru. edi. §. oſtenſo. ver. ſed qualiter. Et adde quod dicit hic Bal. quòd quando reus petit examinari ad ęternam rei memoriam ante lit. conſta. quòd etiam actor petit examinari facere quoſcunque teſtes per l. perendæ. de tempo. in integ. hoc mihi non placet: cum eſt in ſua poteſtate agere: ſed ſi non poſſet agere, quia penderet dies: vel cōditio, poſſet hoc
3 tolerari. † In text. ibi. [aduerſarius moneatur à iudice. ſed qualis
a debet eſſe iſta monitio: an perſonalis: an vero ſufficiat domū citari. Dyn. tenuit primam partem in l. iiij. §. prætor ait. ff. de dam. infec. Aliį dicunt contrarium, q ſufficit ad domum. Iſta fuit quæſtio diſputata: quam ponit Io. and. in regula præſumitur de regiſtrio in mercu. Bartol. poſt Dyn. eam examinat in dicto §. prætor iur. in mercu. Et ſic not. arg. quòd publicatio inſtrumenti vel teſtium non facit fidem in præiudicium non citati. & hoc probatur in c. ſignificauit. & c. Albericus, extra eo. tit. & ita debet limitari. l. publicati. infrà de teſt. & per Bart. in authen. ſi quis in aliquo ſuprà de eden. Et ſic no. pro illis qui faciunt corā iudice aliquod inſtrumentum publicari, cum velint ſe abſentare: & portare copiam, vt faciant partes requiri: aliàs etiam ſi authoritate iudicis fuiſſet copiatum & etiam ſi eſſent decem notarij ſubſcripti, non faceret fidem in illa copia contra non citatum.

2 ☞Arbiter debet procedere, & etiam pronuntiare de iure tantum: & quid de arbitratore?

Teſtibus receptis coram bonis uiris an detur fides coram iudice?

3 Atteſtationes etiam inualidæ, ut ſiue iuramento, uel propter alium defectum, poſſunt ualidari de conſenſu partium.

Quid in aliįs actibus iudiciarijs?

An ſine atteſtatione poſsit ualere iudicium, & ſententia?

4 Duplex limitatio ut teſtes ſemel examinati, poſsint iterum examinari.

5 Si poſtea, cum iterum examinantur, dicant contrarium eius quod primò depoſuerunt: an ſtabitur ultimo dicto?

6 Atteſtationes licet ſint publicatæ, non tollitur ius opponentis contra perſonas & dicta?

7 Confeſsio facta coram arbitris, quòd poſsit allegari coram ordinario iudice.

Citatio facta coram arbitris, ita interrumpit præſcriptionem, ſicut facta coram iudice.

8 Teſtes quando iterum examinantur: an ſufficit quòd dicant: dico in omnibus & per omnia ſicut dixi coram arbitris, ſi examinantur coram iudice?

2 ¶Iſta monitio. Addē docto. in c. ex literis. de cōſti. doc. in c. cū nobis olim. de elec. Inn. in c. cū te. de oſſ. dele. Paul. de Leaza. in cle. j. de deci. & an admonitio facta ſy nodo, habeat vim triēnæ monitionis. vide per Rotam deci. vlt. in tit. de dol. & cōtu. in nouis.

LEX XVI.

GVm apud. †Teſtibus examinatis coram arbitris, non tenetur quis ſtare corā iudice ſi viuunt: ſed poteſt petere eos iterum examinari ſi vult: ſed ſi ſunt mortui, non requiritur vlterior examinatio: ſed ſtandum eſt eis ſicut ſi corā iudice fuiſſent recepti, ſaluo tñ iure opponendi cōtra perſonas & dicta, & ſi aliqui viuūt aliqui mortui ſunt: quādo viuunt, dic idē q ſuprà quādo omnes viuerent: ſed quātum ad mortuos, dic idem q ſuprà quādo ſunt omnes mortui. h. d. iſta l. ſingularis quæ in iure ciuili nō eſt alibi. niſi in l. pe. §. de arbi. in fi. tamen illa declaratur & limitatur ꝑ iſtā. Nā ibi generaliter dicitur q talibus teſtibus eſt ſtandum in iudicio ordinario: ſed iſta diſtinguitur: vt §. dictum eſt. addit q ſit ſaluum ius opponendi. Et ex iſta. l. ſumptum eſt c. preſentata. extra eo. tit. q videtur requirere aliud, vt iſti teſtes fuerint publicati coram arbitris. ſcilicet authoritate notarij, cum appoſitiōe ſui ſigni & ſubſcriptione, & etiam authoritate arbitrorum tali qualem habent, & cum appoſitione ſignorum ſuorum, ad hoc vt faciant fidem coram iudice. & rationabile eſt hoc. nam & recepti coram vno iudice non facerent fidem coram alio diuerſo, non ſucceſſore ſuo, niſi eſſent publicati modo prædicto, vt de re iudi. l. geſta. multò minus ſi coram arbitris: qui non habent iuriſdictionem, ſed notionem: vt not. in l. ait prætor. ff. de re iudic. hoc tamen eſt plus quando coram iudice: quia tunc ſi ſunt publicati. ſiue viuūt ſiue mortui ſunt, faciunt fidem coram alio: nec vlterior examinatio requiritur: vt no. in d. l. geſta. iſcet glo. in l. properandum. §. fi. §. de iud. videatur ſentire idem debere quando coram iudice, vt quando coram arbitris. ſed Doc. tenent contrarium. & eſt caſus in c. fi. de proba. & de teſti. c. cauſam quæ. & ibi per Innocē. ratio diuerſitatis eſt: quia potius præſumitur pro examinatis coram iudice: qui poteſt eos punire, ſi videt eos vacillare, vel ſibi contrariari. vt §. eo. l. nullum. quod facere non poteſt arbiter. ideo ſuppitio eſt q coram arbitrio facilius mentiantur quam coram iudice
2 ſecundùm Bal. † In princ. l. ibi. [apud compromiſſarios iudices.] id eſt arbitros qui procedere debent. & etiam pronuntiare de iure tantum. cum arbitria ſint redacta ad inſtar iudiciorum: vt in. l. j. ff. de arbi. & ſic habēt ſimilitudinem cum iudicibus: ideo appellat eos iudices. Sed quid ſi coram arbitratore, qui poteſt procedere & agere non ſeruato iuris ordine? Doct. dicunt idem: ſi fuerūt examinati in forma iudicij: quia arbitrator fuit aſſumptus ſuper lite, & commiſit notario quod reciperet teſtes in forma iudiciaria; aliàs ſecus. quia non facerent fidem coram iudice ordinario indiſtinctè: cum non fulciantur aliqua authoritate. Et idem in receptis coram bonis viris, vt contingit in iſtis ſyndicis communitatis deputatis ad denuntiandum maleficia. nam faciunt aliquando examinari teſtes coram priuatis perſonis, vnde nulla eſt eis fides adhibenda ſecundùm Bal. In text. ibi: [fuiſſent producti & examinati:] nec poſtea fuit ſcriptum laudum arbitrorum: ſed exprauit compromiſſum. & ſic partes iuerunt coram iudice, & coram eo producebantur dictæ atteſtationes. pars contra quàm fuerunt productæ nolebat ſtare, tanquàm eſſent inualidæ: & ſicut expirauit compromiſſum, ita & atteſtationes prædictæ: vnde quæritur quid iuris? & dicitur vt j. ſequitur. nam primò inſpicitur an aliquid inter partes fuerit ſuper hoc actum tempore compromiſſi. Si enim egiſſent quòd atteſtationes receptæ coram arbitris perinde valerent acſi eſſent receptæ coram iudice, ſi non ſequeretur laudum: tunc diſtinctio huius legis non eſſet ſeruanda: quia etiam ſi viuerent, nō requireretur vlterior examinatio: ſed Bal. videtur dicere cōtrariū: niſi hoc eſſet expreſſum: & q

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Et lacerasti. Adde Bal. in.l. qui accusare. circa medium.C. de edē. specu. in ti de test. in. §. satis vtiliter. facit ad hoc gl. in ver. cōpellas. in.c. cū causam. de testi. quæ vult testem haberi pro producto contra eum qui præstat cautam ne producatur. & ibi Abb. & p doc. in.c. peruenit. el.j.de testi. cog. & quid de instrumētis laceratis coram iudice. an iudicat ac si plenè probassent vide p Abb. in. c. accepimus. de fi. instru. & quid de lacerante proprium instrumentū quādo redarguitur de falso. vide per Pe.de anch. consil. clxxij. incipi. Circa primum.

non sufficit dicere q valet tantum quātum si essent receptæ corā iudice. Hoc non placet:quia ista verba nihil operarētur.præterea fuisse receptas coram iudice,operatur vt vlterior examinatio non recipiatur. & hoc ex vi verborum includitur.† Et no.ex isto tex.arg.quod attestationes etiam inualidæ: puta sine iuramento,vel propter alium defectum: possunt validari de consensu partium:nō sic in aliis actis iudiciarijs:vt si nō esset lis cōtest. vel alia forma debita seruata quæ cōsensus partium non posset facere valere:vt no.in c.de causis:de off.dele.quia solennitas & forma iudiciorū fuit introducta ob publicum fauorem: sicut & cæteræ solennitates cui renuntiari nō potest: vt de testa.l.testandi.&. l.nemo.de leg.j. Sed attestationes recipientur in fauorem priuatorum:& etiam sine attestatione posset valere iudiciū,& sententia:non sic sine solennitate requisita. & ista voluit Inno. not. in.c. cum causam. extra eo.in gl.pe. quæ incipit no.attestationes &c. Sed si nil fuit actū, tunc si omnes testes viuunt,potest pars cōtra quā sunt producti,dicere se nolle stare dictis attestationibus q iterū examinētur.† Et sic no.duplicē limitationem. vnā ad.l.produti.ff.e.vbi habetur secundū vnū intellectum,quòd testes examinati semel, amplius non examinentur: sed hoc fallit hic.alia est ad aut.at qui semel.ś.ti.j.vbi dicit quòd post didicita testificata nec ijdē: nec alij testes recipi debēt. fallit hic.& hoc totū est ex eo:qa postquā recusat stare illis attestationibus partiū,est ac si factę nō essent.& sic nō prę stat impedimētum,quòd de iure nō sortitur effectū:vt.l.qui per ialutē. cum ibi not.de iureiur.ff.& in cle.j.de testi. in ver.rectè receptis.cum ibi no.in gl.quod prouenit ex eo:qa arbitri nō habent authoritatem publicā:& sic parte recusante dictæ attestationes habētur pro nullis.† Sed quid si isti testes dicāt contrariū eius quòd prima vice deposuerūt. Respōdeo stabitur vltimo dicto:alias frustratoria esset dispositio huius legis. Sed qū sunt recepti corā iudice si postea ex alia causa iterū examinarentē:& aliter loquerētur,starēt primò dicto:qa illa examinatio valuit.ad quod vide p Bar.in.l.eos. ff.de fal. Alij dicūt q ista cōtingunt ꝓpter varietatē instātię,quę facit vt nō noceat didicisse testificata.l.per hāc.de tēp.app.quod licet sit verū de iure ciuili.de iure canonico secus.quod nō considerat variationē instātiæ:sed idētitatē rationis:qa ita subest suspitio subornationis in instātia diuersa,sicut in eadē, qñ super eisdē capitulis examinātur,vel directò cōtrarijs.Si autem omnes sunt mortui,vlterior examinatio non requiritur:qa illæ attestationes cōfirmātur authoritate huius legis si probata sit scriptura in qua cōtinētur.quod nō.pro eo quod.ś.dixi:qa requirit q cū authoritate notarij,& subscriptione publicē, & signo. & hoc declarat in.d.c.præsentata. †No.etiā cum dicit [omni iure legitimo.] quòd licet attestationes sint publicatæ,non tollit ius opponentis cōtra personas & dicta.& dicit Bald.in d.auth. si quis in aliquo. post prin. quod est verū etiā si sint publicatæ de cōsensu vtriusque partis. & etiam dicit secundū Inno. q poterit opponi quòd nō ritè sint receptæ non obstāte publicatione facta de consensu partiū:sed postea in.iiij.col.circa fi.dicit quòd si iudex ꝓnuntiasset de cōsensu partiū illis attestationibus dandā esse fidē,nō posset opponi cōtra psonas, vel dicta, nec cōtra ordinē receptionis. quod perpetuò tene menti:sed standū esset interlocutoriæ iudicis.Sed opp. & videtur quòd licet omnes sint mortui, nō teneaē quis stare illis attestationibus:sicut non tenetur stare sententiæ arbitri:quæ nō habet vigorē:licet metu pœnæ pareatur; vt in.l.j.ś. de arbi. Solu.aliud in sententia. cui licet non teneatur stare præcisè:patitur tamen pœnā si nō stat. & sic sentētia nō est omnino frustratoria:sed si nō teneretur stare attestationibus,nullam pœnam pateretur. quare non censetur promissa si nō stetur attestationibus:sed si omnino stetur sententiæ,vel si per eū stat quominus sentētia feratur:vt.l.si quis rē.ff.de arbi.sic attestationes præ dictæ omnino essent frustratoriæ postquā testes nō possunt examinari iterum.ne ergo veritas pereat, introduxit ista.l.vt eis stetur.& sufficit quòd reseruetur ius excipiendi contra personas & dicta.†& q hic dicit in attestationibus.idem dicit in cōfessione facta coram arbitris,vt prosit coram ordinario iudice secundùm Io.an.i c.iij.de iureiu.li.vj.in nouel. Similiter citatio corā arbitris facta interrumpit præscriptionem:sicut facta coram iudice: vt l. cum antea.§.pe.ś.de arb.†Quærūt doc.quādo iterum examinantur testes:an sufficit quòd ddicant,dico in omnibus & per omnia sicut dixi curam arbitris?Bar.in l.eos.ff.de fal.videtur dicere q sic.Bal.hic tenet contrariū:aliàs ista.l.esset frustratoria.nam ideo pars petit iterum examinari, vt videat an testis loquatur aliter quā primò fuerat locutus:certè si vult aliter loqui,potest: & stat vltimo dicto.vt dixi.& sic no.quòd nō punitur de periurio:quia illud iuramentum & depositio habentur pro nō factis, postquā pars nō vult eis stare.Sed si non aliter loqui,non video quid repugnet si remittat se ad id quòd primò dixerat:& hoc quotidie practicatur in testibus qui recipiuntur primò ad vnū finē,postea super eo examinantur ad alium finem:quia dicūt dico in omnibus & per omnia prout aliàs deposui,Cōsilū tamē est q faciat sibi legi primum dictū,si fortè nō bene recordetur de eo q dixerat,quia si primò deposuisset coram iudice:& postea cōtrariaret in aliquo,esset periurus.& puniretur de falso:vt l.qui falsa.ff. eo. Sequitur de fide instrumentorum.& continua:vt hic per glo. & adde quòd hic not.Bald.super facta qui vult bonam diem.

De fide instrumentorum. Rubrica.

a ☞ *Statutum quòd in talibus causis sufficiant quælibet probationes : an de beat intelligi dummodo sint legitimæ?*

b *Instrumentum si est perditum,qualiter poterit fieri probatio? & quid si facto aduersarij fuit perditum?*

4 *Si cum producerem instrumentum contra te,ipsum rapuisti de manibus meis,& lacerasti:quòd de tenore stabitur iuramento meo:& an tenearis de falso?*

5 *Si facto meo instrumentum meum quod habebam contra te processi in ignem ex iracundia,an perdam debitum?*

LEX I.

1 DEbitores.†Perditio instrumēti nō nocet, si potest fieri probatio per testes, vel alios modos legitimos.h.d.Et sic loquitur de secunda parte rub.de qua etiam loquuntur multæ aliæ.li.i.à.l.illatæ.vsq; ad.l.scripturæ.ibi cum l.seq. & alia sequenti loquitur de prima parte rub.l.de fide instrumentorum.de vltima parte scilicet de apochis & antipochis loquitur

2 l.plures.j.eo.†In tex.ibi:[quibuscunque rationibus.] gl. supplet dummodo idoneis & legitimis.& similis gl.est j.de fid.instru. & iure ha.fisca.li.x.l.& si instrumenta in ij.glo.quod no.pro statuto dicente quòd in talibus causis sufficiant quælibet probationes. nam debet intelligi dummodo sint legitimæ:nec censetur statutum dispensare contra non legitimas.hoc videtur verum,nisi statutum esset superfluum si restringeretur vt aliquid operetur,debet intelligi vt non plenæ probationes sufficiant:puta vnus testis vel iuramentum,vel alia indicia : puta si diceret in causis à decem libris,j.arg.eorum quæ no.in l.j.in fi.ff.ad muni.vbi gl. dicit: quòd nunquam debet fieri talis interpretatio:vt statutum redda

3 tur superfluum,cum alia interpretatio fieri potest. †In tex. ibi: [si probaueris.]puta per testes qui interfuerūt contractui vel negotio;& sic deponunt de veritate.nam sufficeret etiam si instrumentum non fuisset confectum.ergo & si fuit confectum.& per ditum;quia substantia debiti non consistit in instrumento:sed sola probatio:vt.l.cum res.ş.titu.ij.species ideo probatiōis sunt plures:vna ergo perempta remanent aliæ.Sed an sufficiant testes nō deponentes de veritate rei,quia non fuerunt præsentes:sed de tenore instrumenti,quod dicunt se vidisse & legisse instrumentū, in quo continebatur quòd Titius erat debitor meus ex tali causa.dic vt not.in.l.sicut iniquum.j.eod. Si verò substantia debiti dependebat à scriptura.tunc non sufficit testes deponere de veritate negotij : nisi etiam deponant de instrumento, & de tenore eius; vt suprà titulo. primo lege testium. in fina. nisi sint quinque numero; vt ibi habetur. Et prædicta quando casu fortuito perditum est instrumentum: si autem facto aduersarij, sufficit probare illud: & de tenore instrumenti stabitur iuramento creditoris. vt suprà titulo secundò lege. si de possessione: vt ibi per Cynum. † Quid si cum producerem instru-

4 mentum contra te ipsum, & rapuisti de manibus meis, & a lacerasti.ª Respondeo de tenore stabitur iuramento sed an tenearis

tenearis de falso? videtur q sic:vt in l.j.§.qui in rationibus. ff. de falsis.dic secūdum Bal.qui allegat Io.an.in c.accepimus.extra e. tit.in nouel.q illud esset verū,si pētatè & deliberatè meū instrumētū cācellares,vel vituperares,nō ex iracundia.sed qñ ex iracū

5 dia,nō teneris pœna falsi ordinaria:sed extraordinaria.† Quid si facto meo instrumentū meū q habebā cōtra te profeci in ignem ex iracundia:an perdam debitum? dicit Bal.in fi.hic q nō. argu. in l.q calore.ff.de regu.iur.sed ignorabitur conditio mea:quia si probo per vnum testem,non dabitur mihi iuramentum in defectum probationis:quia liquidam probationem mihi subtraxi facto meo.Tene menti ista dicta.

a ☞ *Si aliquis fuerit pronuntiatus legitimus,uel nō legitimus,respectu unius, an sententia prosit uel noceat respectu alterius, quominus iteratò possit allegari legitimus, uel non legitimus?*

b *Ex solo usu falsi instrumenti potest quis accusari de falso, & etiam puniri : licet ipse falsum non commiserit,nec committi fecerit:& quid si non abstineat:& quid in testibus.e& nu.4.*

Quid si utens ignorabat esse falsum?

4 *Quid si protestatur quòd utetur sub conditione,quòd quandocunque apparebit falsitas,tunc non intendit eo uti?*

5 *An pendēte ista causa criminali de falso, super sedeatur in ciuili, uel in executione instrumenti petita?*

6 *In diuersis instrumentis contentis in eadem charta:si unum est falsum:an censeatur etiā aliud esse falsum?*

Instrumentum continens diuersa capitula:an utietur totum,si in uno capitulo reperiatur falsitas?

7 *An posit quis excipere de falsitate instrumenti,ante quam accuset illum qui fabricauit. criminaliter?*

8 *Minus delinquit,& mitius punitur qui utitur instrumento falso,& non fabricauit,nec fabricari fecit:quam ille qui fabricauit.*

9 *Sententia lata contra unum, quando noceat uel non noceat alteri?*

10 *Repulsio testis tunquam falsarij,an faciat eum infamem,ut repellatur à testimonio alterius?*

LEX II.

1 SI vteris.†Licet instrumentum fuerit probatū falsum, seu pronunciatum falsum quo ad vnum vtentem:sententia non nocet alteri volenti vti. sed requiritur quòd de nouo accusetur,& pronūtietur falsum.hoc dicit not.& per hoc dicit Innocē.in.c. cautam q. qui

2 filij sint legi.†vbi allegat causam huius.l.q si aliquis fuerit pronū

a ciatus legitimus,ª vel non legitimus,respectu vnius,sententia nec prodest nec nocet respectu alterius,quominus iteratò possit allegari legitimus,vel non legitimus:sed in contrariū facit:quia sententia lata super statu personæ cum vno,facit ius quo ad omnes alios.vt in l.ingenuum.ff.de ſta.ho. vel dic hoc verum quādo cū

3 persona ad quam principaliter pertinebat defensio.† In text.ibi: [si vteris.]Not.quòd ex solo vsu falsi instrumenti potest quis accusari de falso,& etiam puniri.licet ipse falsum non commiserit, nec committi fecerit:sed alius fabricauit ipso ignorante. Videtur hoc intelligi indistinctè,etiam si talis vtens ignorabat ipsum esse falsum:quia in dubio præsumitur scire præsumptione iuris, nisi probet errorem:vt in l.diuus.quæ est.l.pe.ff.ad l.cor.de fal. & ita videtur tenere Gandinus in opere suo super rubrica.de falsis.licet aliud dicat esse in attestationibus falsis.& assignat rationem quia super instrumento potuit deliberare antequā produceret, sed super his quæ testes habuerint deponere non potuit deliberare.Breuiter mihi videtur q ista distinctio non sit bona:& q vtēs

b falso instrumēto ignoranter nō puniatur:quia ignorans non delinquit:vt in.l.ex maleficijs.§.longè minus.ff.de act.& ob.& in l. generali.j.de tab.lib.xj.an autem præsumatur sciuisse in dubio, vel ignorasse,non pōt dari certa regula,vel doctrina:sed ex qualitate personæ vtentis,& ex qualitate falsitatis quę opponitur,iudex habet perpendere.& in dubio potius præsumitur per errorē fuisse vsus,quā ex malitia:vt est text.no.l.pe.de his qui sibi ascri. in test.in fin.Præterea licet in testibus non potuerit deliberare an tequam deponerent,& videret dicta ipsorum,posteaverò deliberare potuit.& ideo si videtur ipsos vel aliquem ipsorum dixisse falsum in aliquo,debet incontinenti abstinere abvsu;& dicere q vti non intendit depositione talis testis.& ita vidi practicari.Est ergo consilium q ille contra quem producitur instrumentum:al leget ipsum fore falsum.& si ex tunc producens prosequatur,& non abstineat,nō excusatur propter ignorantiam.& si postea apparebit falsum,punietur.& ita dicit Gandinus in opere p̄dicto

4 super rubrica prædicta.†nisi ipse vtens protestetur q vtitur sub conditione,si verū est q protestetur.& qñ-

a ¶ Pronuntiatus legitimus. Adde Bal. i.l. fi.i fi.C.de petit hær.

b ¶ Ignoräter. Adde archi.in c. i memoriā. in ij.col.xix.dist.

cunq; apparebit falsitas,ex tūc nō intendit vti.vt no.Spe.de instr.edi.§.videndū. post prin.sed si ille contra quem producitur, facit producentem interrogari,iuret si velit vti,vel non:quia vtendo vult accusare de falso. prout quotidie fieri videmus:& ille respondeat modo prædicto,potest ille petere à iudice q illi assignetur terminus ad deliberatè respondendū. ita dicit Bart.in l.antepe.ff.de fal.& sic vel abstineat, si non vult subire pœnam falsi.vt j.l.proxi.vel si non abstinet,& postea repe

5 riatur falsum,non obstante protestatiōe punietur de falso. †Sed opp.quòd licet abstineat,non euitet pœnam falsi,vt j. de falsis. l. si falsos.Solu.ibi eo qui fabricauit,vel fabricare fecit : quia cum delictum sit commissum & perpetratum, per pœnitentiam non aboletur:vt.l.qui ea mente.ff.de fur.secus in eo qui non fabricauit,seu fabricari fecit.sed duntaxat vtitur quia delictum non est consummatum,& sic habet locum pœnitentia antequàm consummetur:vt l.qui falsam.ff.de fal.Et ideo si testes deposuerunt falsum,si quidem super falso articulo producto aperte nō ꝓdest parti abstinere ab vsu testificationis suæ:quia ponendo articulū falsum fecit deponi falsum.sed si super articulo vero aliquam falsitatē commisit,prodest sibi abstinere ab vsu.& habet locū quod superius dixi:& per hanc etiam legem dicunt Doct.q licet testis fuerit accusatus de falso,& punitus sententia non nocet producenti:sed est necesse ad hoc vt puniatur,q de nouo accusetur, & condemnetur tanquam producens falsum testē. & fuit quæstio disputata:quam refert Cy.in l.j.ante fi.j.qui accu.nō pot. nam & sententia lata contra adulterum,non nocet adulteræ:nec ecōuerso;licet sit maleficium commissum.aliàs commixtum:vt l. denūtiasse.§.fi.cum.l.seq.ff.de adult.licet sententia absolutoria lata pro vno alteri prosit.& ita videtur dicendum in proposito : vt si lata sit pro teste,prosit producenti,vt amplius acculari non possit:licet lata contra non noceat:econuerso si fuit pronuntiatum testē falsum dixisse respectu producentis:& sic fuerit repulsus à testimonio:& hæc sententia lata contra producentem non nocet te

6 sti:vt per hoc tanquam falsarius in alia causa repellatur:vt est casus singularis.ff.de infa.l.Lucius. † In text.ibi. [alius acculatus falsi.]criminaliter,& etiam punitus;vt pater.j. dum loquitur de pœna.l.cor.de fal.sed an pendente ista accusatione criminali superseedeatur in ciuili, vel in executione instrumenti petita ? vide Cy.in d.l.j.qui accu.non possunt. Posset etiam intelligi ciuiliter per modum excipiendi,quia fuit allegata falsitas instrumenti, & instrumentum tanquam falsum fuit pronuntiatum,& lata absolutoria fuit pro reo.In fi.l.ibi [nec tu appellare debuisti &c.] qđ est in fi.sed contrà.imò debueras appellare.saltem ratione qualis qualis præiudicij.vt in l.à sententia.ff.de appella. Solu. bene potuisti appellare hoc respectu,sed appellare non tenebaris : quia sententia non nocet quo ad plenum præiudicium.vt etiā ibi habetur.vel dic licet faciat prę iudicium qualequale quo ad causam ciuilem:vt ibi.Secus quantum ad causam criminalem:vt debeas puniri de falso,sicut si ille fuit punitus;& sic non debebas appellare:nec poteras hoc respectu : qui tua non interest. In glos.j. ibi : [vel correus]non intelligas quod erant duo rei credendi: quia tunc sententia lata contra vnum, nocet alteri : vt in l. ex duobus.& ibi per Barto.ff.de duo.re.in articulo de sententia lata contra correum,vel pro correo.vbi dicit quod lata pro correo vel contra eum, indistinctè alteri nocet, & prodest:quia censetur præoccupasse debitum.& istum dicit esse casum illius legis. Intellige ergo quod non erant duo rei credendi insolidum : sed quilibet pro parte : quia continebatur in instrumēto quòd Seius promiserat centum. & Titius quo casu quilibet censetur pro dimidia promisisse:& tunc sententia pro vel contra vnum, non nocet nec prodest alteri:cum iam debitum sit diuisum. ita sentit Ang.licet quæ dixi nō dicat.nos possumus intelligere in correis insolidum,q licet sententia lata cōtra vnum noceat quo ad cām ciuilem,non noceat quo ad causam criminalē:vt debeat de falso puniri:quia in hoc non sunt correi:quia tamē tex.innuit q tu poteras vti non obstāte sententia lata cōtra Titiū,nisi accuiēt de no uo pōt procedere q dicit Ang.quia vti non posses, ex quo correus tuus fuit victus in causa ciui. In glo.ibi:[vel cum essent duo creditores,fecerunt sibi caueri.]subdit super scribere & publica re duo instrumenta diuersa respectu diuersarum personarum,&

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 ¶Renuntiare instrumento. Adde Bal. in l.iubemus. C.de iud.

diuersorum contractuum:vt in l.quã glos. allegat,sed an tũc reperta falsitate in vno, centeat alius similiter falsus absq; alia probatione falsitatis? dic q; sic.per ea quæ not.Inn.in c.fraternitatis. de næræ & Spe.in tit.de instru.edi. §.instrumentum. ver.quid si vnum.sed ipsi loquuntur in vno & eodem instrumento etiã contingere diuersa capitula,q; si in vno capitulo reperitur falsitas,totum vitietur etiam respectu aliorũ.nos loquimur de diuersis instrumentis: licet cõtentis in eadem charta, propter diuersitatem cõtractuum, & cõtrahentium. in quo casu nõ ita puto dicendũ eodẽ modo in testibus,si super vno capitulo dicant falsum,& in vna causa, dictũ eorũ reprobetur etiã in aliis capitulis diuersis, tanquã in illis præsumantur dixisse falsum.de quo vide Gandinum in rubrica prælegata. vbi plenè disputat de hoc articulo.

7 Et est tertia rubricella post rubricam de falsariis. † In gl. seq.ibi. [Alij dicũt.] Tu distingue q; cõtra eandem personã potest quis eligere quã viã vult, vel primò accusare criminaliter, vel agere aut excipere ciuiliter. vt.l. damus. j. de fal. sed quo ad diuersas personas si vult agere ciuiliter cõtra vnum, qui non cõmisit falsum:sed vtitur instrumento:nõ potest: nisi primò accuset illum qui fabricauit,criminaliter:vt no.in.l.fi.in fi.j.eo.si ergo producis instrumentũ falsum cõtra me, videtur q; nõ possim ciuiliter excipere vel agere, nisi primò accusem notarium qui confecit. de hoc in.d.l.fin. In glo.magna.pro eius declaratione aduerte. quia tria facit.nam mouet tres quæstiones.duas in principio vsq; ibi: [Item no.] & vnam in fi. Item secundò colligit quoddam notabile secundùm quosdã:quod tamẽ reprehendit vsq; ibi:[Itẽ contra.] Tertiò format tres opi.inquantum illa litera vult quod sententia lata cõtra vnũ super falsitate instrumenti, nõ noceat alteri volenti vti dicto instrumento,quod imo noceat,partes patẽt per se veniamus ergo ad gl.in ea.gl.in prin.ibi. [quæ est deportatio, & omniũ bonorũ publicatio. Hodie nõ vtimur istis pœnis.ideo statuta prouidẽt cõtra falsarios de aliis pœnis.& illa sunt seruanda.† In eadem ibi:[vel dic verius decennio.] hęc verior:quia minus delinquit qui vtitur & non fabricauit, nec fabricari fecit, quàm ille qui fabricauit.& licet ambo incidãt.in l.Corne.de falminus tamẽ punitur qui solùm vtitur.Et idem potest dici de statuto imponente certam pœnã falsariis, vt in illud nõ incidat qui vtitur duntaxat falso instrumento:sed mitius puniatur officio iudicis.vt in l.hodie.ff.de pœnis.cõiuncta gl.l.aut facta.multa sunt consideranda in criminibus ad grauandum pœnã,vel minorandum.& hanc tenuit Gandinus sub rubrica prædicta. In glo. ibi: [Nos dicimus non esse necesse.] subaudi quod se expresè obligauit ad pœnã talionis:sed sufficit q; se subscribat: & si nõ probat,

9 punietur illa pœna.& hæc est intentio gl.† In gl.ibi: [Item contra.] Super isto contrario cum sequentibus. dic breuiter quòd si sententia lata cõtra testamentum vel instrumentũ cum persona, cuius principaliter interest:puta cum hærede:siue illa sententia sit rescissoria. vt lata super querela, quæ de testamento aliquo facit nullũ:siue declaratoria nullitatis.quę nihil facit de nouo,sed declarat.vt alibi habetur in l.heredes palã.§.sed si notan.ff.de testa. &.l.adeo.§.cum quis in fi.ff.de acqui.re.domi. talis sententia præiudicat alijs quorũ interest secundariò,& legatarijs.Sed lata contra vnũ,cuius principaliter nõ interest: nõ nocet alteri,cuius interest principaliter.& si plurium interest æquè principaliter,lata cõtra vnum similiter nõ nocet alijs:vt hic.& in.l.j.ff.de excep.rei iudi.secundùm ista intellige,l.fi.de peti.hære.ff.& l.polla.j.de his

10 qui.vt indig.potius cõcordat secundum doc.† In fi.gl.ibi:[Si Iudex notauit illum falsum.] quare pronunciauit contra ipsum testem super falso,ex qua pronũtiatione efficitur infamis:vt.l.j. ff. de infa.nam tunc si producatur per alium, potest repelli.non ratione sententiæ,de cuius natura est quòd lata contra vnum alteri non præiudicat.vt ibi:&.j.qui.res iudi.per totum. sed ratione infamiæ:quæ ipsum committatur sicut lepra leprosum.& repellit quem ab officio publico,& à testimonio.quod est publicum officium: vt. ff.de infa.l. Miles. cum ibi no. Sed si non pronunciauit contra testes:quia nec contra ipsum processit, sed ipsum repulit à testimonio tanquam falsarium.quo casu sententia repulsionis potius videtur lata cõtra producentem quàm contra testem & non est infamis: ideo non repellitur à testimonio alterius.vt.l.Lucius.ff.de infa.

2 ☞ *Potest quis renuntiare instrumento quod habet,& eo amplius uti non poterit in iudicio contra eandem personam,& quid si extra iudicium renuntiet? & quòd talis renuntiatio non extendatur ad causam appellationis.*

3 *Ille qui renuntiauit instrumẽto quod allegabatur falsum,censetur tacitè confiteri quòd sit falsum,nisi expresse protestetur contrarium.s.quòd non renuntiat propter hoc quòd credat ipsum esse falsum,& quis effectus resultet ex hoc?*

4 *Abstinens ab usu instrumenti falsi,euitat pœnam falsi.*

Si non allegatur suspectum de falso,renuntiando usui, non censetur fateri ipsum fore falsum.

Statutum si dicat bannitum haberi pro confesso,debet intelligi in comprehensis in ipso banno.

LEX III.

1 SI aduersarius.† Qui instrumento quod in dubiũ reuocatur tanquã falsum, se non vsurum cõfitetur:videtur confiteri ipsum fore falsum:ideo nõ potest eodẽ instrumento postea vti cõ

2 tra eundem.h.d.no.& est singularis casus.† No.quod potest quis

a renuntiare instrumento[a] q; habet.& eo amplius vti nõ poterit cõtra eandem personam.hoc est verũ in iudicio,& hoc patet in prĩ. dum dicit[apud acta.]Secus extra iudiciũ.vt not. in auc. vt sine prohi.matres debitrices:& creditrices.§.pe.& dixi in auth. iubemus.s.de iudi.& hoc est verum siue renunciauit ex eo,quia allegabatur falsum vt no.in Spe.de instr.edi.§.instrumentum, versi. item opponitur q; aduersarius.& not.Bal.in l.ne quisquã. in fin. gl.ff.de edẽ.Et maximè hoc procedit de iure cano. secundũ q;d declaratum est q; quis possit in iudicio renuntiare probationibus testium & instrumẽtorum. vt in c.de testibus.de test.& dixi in d. auth.iubemus.quæ tamen renuntiatio nõ extenditur ad causam appellationis secundùm Spec.imò sicut appellatio rescindit sententiã.ita rescindit cõclusionem & renuntiationem:& reponit

3 partes in statu in quo erant tempore litis contesta.in prima causa.† Item not.q; ille qui renuntiauit instrumẽto quod allegabat falsum:censetur tacitè confiteri quòd sit falsum:q; est verum:nisi expresè protestetur contrarium.s.q; non renunciat propter hoc quòd credat ipsum fallum esse.& hoc est vtile:quia primò casu si producat ipsum contra aliam personam,poterit illud allegare:q; semel confessus est fore falsum.& sic non debet audiri:quia confessio expressa facta in vno iudicio præiudicat confitenti in alio etiam si primum iudicium sit nullum aliqua ratione:vt in c.Pianis cum ibi not.de resti.spol.circa fi.& quod not.Bar.in.l.si confessus.ff.de custo.reo.Sed secundò casu quando non fuit confessus ipsum fore falsum,renuntiatio non nocet sibi respectu alterius personæ:sicut nec sententia lata contra eum respectu vnius personæ non nocet sibi respectu alterius vt ś.l.proxima.Constat autem protestationem declarare animum protestantis,& restringere ipsum:vt in.l.& si quis.ff.de relig.Vltimò not.† q; abstinens

4 ab vsu instrumenti falsi euitat pœnam falsi,quod declara: vt dixi in l.præcedenti.Item si non allegatur suspectum de falso:renũciando vsui,non censetur fateri ipsum fore falsum. Vnde dicit Bald.si statutum dicat bannitum haberi pro confesso. debet intelligi in comprehensis in ipso banno.secus in non cõprehensis. quia quod mihi non obijcitur non videor tacitè confiteri: ideo tenor banni diligenter est inspiciẽdus.& hoc probatur hic in gl. ista dum dicit.[aliud fortè si nõ reuocaretur:] dic imò sine forte. & dic aliud.quia non videtur fateri ipsum fore falsum, postquã non allegatur,tamen non poterit vti si confessus est se non vsurũ secundùm Bar.

2 ☞ *Debitores fiscales qui soluerunt,possunt petere à fisco uel officialibus fisci, ut eis conficiant scripturam de soluto:quæ dicitur apocha.*

3 *Si non habent scripturam de soluto,quia non fuit confecta: & molestentur ad iterum soluendum:possunt petere à fisco edictum librum fiscalem,in quo describuntur solutentes ad exceptionem probandam,uel fundandam, sicut debitores aliorum priuatorum.*

LEX IIII.

1 IL latæ dispensatori.† Lex ista cũ sequentibus vsque ad l.scripturæ.tendit ad vnum tantum effectum. videlicet q;d nõ noceat amissio instrumẽti si per aliũ modũ põt qs probare,in vno tñ nocet aliqñ,cũ quis vult probare contra aliud instrumentum:quia grauatur in onere probandi, vt requirantur quinq; testes:nisi probetur perditio instrumenti: & etiam tenet:

vt in l.testium.in fi.ś.titu.j.sed qñ non vult probare contra aliud instrumentum,non nocet etiam in onere probare perditionem instrumenti:nec tenorem eius:& ad hoc tendũt istæ leges,quando supersunt testes qui interfuerunt negotio,& sic deponunt de

2 veritate:aliàs dic vt in l.seq.† & not.in ista.l. q; debitores fiscales qui soluerunt,pñt petere à fisco,vel officialibus fisci, vt eis conficiant scripturam de soluto:quæ dicitur apocha: sicut debitores

3 aliorum priuatorũ:vt j.eo.l.plures.† Item q; si non hñt scripturã de soluto:quia non fuit confecta,nec perdita, & molestentur ad iterum soluendum,pñt petere à fisco edi librum fiscalem: in quo describunt soluctes ad exceptionem probandã,vel fundandam: sicut debitores aliorum priuatorum:licet actor ad fundandã suã intẽtionem nõ possit petere à reo proprium instrumẽtum ipsius rei l.qui accusare.cum ll.seq.& in l.fi.ś.de eden.

2 ☞ *An sufficiat probare instrumentum perditum per testes,qui non interfuerunt contractui:sed uiderunt & legerunt instrumentum:& deponant de eius tenore?*

6 *Probatio perditionis instumenti absque probatione debiti prodest in duobus casibus: ut hic?*

LEX V.

1 SIcut iniquum.† De perditione instrumenti non statur simplici verbo hoc asserẽtis:sed habet necesse hoc probare. hoc dicit. Et pone casum sic.quòd petebam à te centum:de quibus dicebam me habuisse instrumentum publicũ,& in igne fuisse perditum,& petebam te condemnari,& credi simplici verbo meo tam de perditione,quàm de debito:dicens q; ad impossibile nemo tenetur:vnde cum non possim probare per instrumentum,debeo releuari ab onere probandi:& etiam q; ego sum talis qui nõ dicerem mẽdaciũ:inspecta qualitate mea:certè si reus negat,sicut nõ esset iustũ q; ꝓpter instrumẽti perditionẽ pdaĉ dictũ debitum,si possum aliter probare:ita non est iustum q; de debito stetur simplici verbo meo,etiam cũ iuramẽto: & etiam si velim probare perditionem instrumenti:sed debeo aliter debitum pro-

2 bare per testes qui interfuerunt contractui.† Sed an sufficiat probare per testes qui non interfuerunt contractui.† sed viderunt & legerunt instrumentum,& deponũt de ipsius tenore? glo.hic no. dicit q; non quãtum ad plenam probationem: sicut nec creditur instrumento facienti mentionem de instrumento: vt in authen. si quis in aliquo.ś.de eden.Sed bene creditur quantũ ad probationem semiplenã,vt sic possim supplere eam per iuramẽtum,q; gl.semper allegatur:sed instrm faciens mẽtionem de alio instro, non facit etiã semiplenam probationem:vt in d.auc. ratio diuersitatis est,quia plus creditur testibus deponentibus cũ iuramẽto de tenore instrumẽti quod viderũt.quã notario referẽti sine iuro de tenore alicuius instri.ita intellige dictã gl. secundũ quod sentiũt doct. Item limita istã gl.nisi testes deponẽtes de tenore instri sint periti literarũ.i.in iure:vt sic possint discernere defectus.si q; fuissent in tenore:puta doctores legũ,vel canonum,aut notarij.quia tunc facerent plenã probationem:vt in c.cum olim. extra de priuile.secũdũ Bar.probato tñ casu & perditiõe instri,saltẽ p iurm:

3 vt j.eo.l.fi.aliàs esset sibi imputandũ qa nõ producit instrm,si habet:& esset præsumptio cõtra eũ q; malitiosè hoc faceret. ita intelligas dictũ Bar.qñ aũt instrm fuisset surreptũ per aduersariũ, probato furto per testes de tenore,starẽt iuro creditoris: vt not. in l.si de possessione.ś.tit.ij.nec puto q; tũc furtũ probareť per iuramẽtum,qa sic essent duo specialia.ad hoc ergo vt steť iuro de tenore,& de veritate debiti:oportet furtũ probari aliter quã per

3 iurm p.l.si qñ j.vñ vi.† In gl.ibi.[illud enim.] subaudi q; sufficiat ꝓbare perditionẽ instri absq; probatione debiti:ꝓdest in duobus casibus.vt sequiť in gl.ś.cũ fuit perditũ facto aduersarij:quia tũc de debito stať iuro & cũ vult exonerari ab onere ꝓbãdi p quinq; testes:quia vult probare contra aliud instrm. Nã si nunq; fuisset instrumentũ cõfectũ.volendo probare solutionẽ debiti: de quo cõstabat instrumẽtum:habens duos testes necesse haberet probare per quinque.sed si fuerit,cõfectum,& perditum, hoc probato sufficit probare per duos testes.vt in l.testium.in fine. ś.titulo j. extra istos casus non prodest probare perditionem instrumenti, ergo non sufficeret si staretur simplici verbo creditoris. cuius cõtrarium innuit ista litera.dum dicit q; non est iustum sibi credi.

5 ergo si crederetur,sufficeret.propter hoc gloss.soluit quòd bene sufficeret quó ad semiplenam probationem, vel dic quòd text. habuit alium respectum,s.q; non est iustum stare simplici verbo creditoris.s.de perditione instrumẽti, & de a debito:sed quod habet necesse debitum ꝓbare.& hoc satis innuit litera in fin.dum dicit.[fidem precibus vestris addesse.]

LEX VI.

b trahit. † & mādato comparat. Bar. in l. sivxor. §. si quis. ff. de adul. dicit esse hoc verū in his quæ gesta fuerūt nomine ratū habentis. per l. ti. ff. cōmu. prædio. Breuiter hoc videt mihi falsum. & contra istū tex. quia hic nō dicit qđ filius recepit mutuū noīe patris. vñ potuit recipere ꝓprio noīe. Itē qđ dicit Bar. est expresse contra tex. l. si fundus. §. j. ff. de pig. vbi actus nō erat gestus noīe ratū habētis. dic ergo ꝙ in præiudiciū ratū habētis trahit retro à principio in cōtractu nō celebrato noīe eius. non sic in fauorē ratifi

2 cantis: vt per hoc negotiū efficiat suū, & acquirat actionē. per l.

3 si pupilli. §. sed si ego. ff. de neg. ges. † Itē trahit retro: quādo actus deficiebat solū in consensu ratū habentis. si verò habebat alium defectū præter cōsensum: tūc ratihabitio nō faceret actum recō 1

ualescere. sicut in sentētia nulla ꝓpter defectū ordinis: quia ratihabitio partiū non faceret eam recōualescere, vt valeat iure sententiæ. sed du taxat iure pacti. vt in l. §. cōia vtriusq; iudicij. & circa prædicta vide oīno qđ tractat per glo. & Inno. & alios modernos canonistas in c. prudentiā. de offic. dele. in prin. & in c. cū nos. de his quæ fiunt à prælato. Bal. etiā ponit plures casus, in quibus cessat hęc regula. ꝙ ratihabitio nō trahitur retro. nec manda

4 to cōparatur. quorū aliqui colligunt ex. ll. allegatis in glos. † Ex vltimo dicto nota. argu. Si statutum dicat ꝙ filiusfami. non possit se obligare sine cōsensu patris. nisi sit mercator. quæritur. si est mercator, tamen se obligat nō ex cauſa mercatiæ. puta emit vnā possessionem: an erit efficaciter obligatus? videtur quod sic. arg. huius tex. quia sit præsumptio iuris & de iure: contra quam non admittatur probatio in contrarium, quod se obligauerit in causam mercantiæ. sicut hæc est præsmptio quod miles accepit in causam castrensis peculij. contrarium sentit Bal. quia debet intelligi quando euidenter nō apparet contrarium. aliās sicut per cō fessionem potest probari contra præsumptionem iuris & de iure. ita & per euidentiam facti quæ nō est minoris potentiæ. imò excedit omnem probationem. vt l. si irruptione. §. ad officium. ff. fini. re. die xxiiij. Junij. M. cccxxxix. Et tunc comes Franciscus de codignola fuerat ad castrum Mōtagnanæ die præcedenti cū gētibus suis. & ibi erat Gattamelata capitaneus. S. ve. & Comes Franciscus erat capitaneus ligæ. scilicet Venetorum Florentino rum. domi. Papæ eugenij. do. Marchio Ferrariæ & Genuensis. & Nicolaus picciminus capitaneus ducis Mediolani vna cum domi. Marchione Mantuæ erat castrametatus circa veronam.

Ad senatusconsultum uelleianum. Rubrica.

☞ *Senatusconsul. uelleianum, quare fuerit introductum?*

† Quia mulieres propter sexus fragilitatē pronę sunt ad promittendū plus quā masculi. sed ad donandū vel soluendum vel diminuendū de proprio matrimonio tenaciores sunt quā masculi. quoniā eorū genus auarissimū est vt traditur per antiquos. ff. eo. l. sed si ego. idcirco senatuscon. prouidet eis quādo incipiunt à promissione, & promittant pro alio: & sic intercedant: vt soluere nō teneantur. sed habeant exceptionē. & si soluant ex cā dictę promissionis per errorē iuris, vel facti, repetant per condictionē indebiti. & hoc ne ex facilitate earū periclitentur. quia soluendo fortè nō poterunt repetere ab eo pro quo solpерūt. quia fortè nō est soluēdo. vnde repetūt ab eo cui soluunt. Excipiunt ne soluere cogantur. cū verò donant, vel incipiunt à soluere nulla prę cedente promissione pro alio: quia in hoc nō sunt faciles, sed tenaces. vnde non ex facilitate hęc faciūt. senatuscon. eis non prouidet, vt repetant ab eo cui soluunt. sed possunt repetere ab eo ꝓ quo soluunt. & si ille nō est soluendo, imputent sibi, hęc est substantia senatuscon. vellei. quod sic dicitur à velleio consule, qui ipsum rogauit, & fieri fecit in fauorem mulierum. & sic dicitur exceptio fauorabilis: cui potest renunciari. vt no. glos. in l. j. & in l. ſi. j. eo. sed exceptio Macedoniani non fuit introducta in fauorem filij recipiētis mutuum: nec patris, sed in odium mutuantis. ideo filius nō potest ei renunciare. & potest eam opponere etiā post sententiam quæ transiuit in rem iudi. vt l. tam & si. ff. ad mace. quia est odiosa. non tamen inducit repetitionem solutionis per errorem iuris: sed facti. sicut in l. fi. ad Mace. ff. secus in exceptione velleiani. quæ inducit repetitionem: siue per errorem iuris, siue facti. vt in l. qui exceptione. ff. de condi. indebi. & sic ista exceptio fauorabilis magis reddit indebitum quàm odiosa. quia licet vtroq; casu tam filius recipiens mutuum, quàm mulier intercedens, obligētur ciuiliter & naturaliter. tamen exceptio velleiani competens mulieri, facit perinde haberi ac si nec ciuiliter: nec naturaliter deberetur, quocunq; errore solutū repetitur. sed exceptio Mace. facit haberi perinde ac si esset debitū naturaliter tantū: non ciuiliter. quo casu solutū per errorem iuris non repetitur: sed per errorem facti sic. vt j. ad l. fal. l. error. & plenè no. in l. j. ff. de condi. indebi. & ille titulus. in ff. est subtilis & difficilis.

2 ☞ *Duo modi intercedendi pro alio. & in quo iuuetur mulier exceptione uelleiani?*

3 *Quod creditor tunc repellatur à muliere per exceptionem uelleiani, quando sic illuderet mulierem, ut pro alio intercederet.*

Quid si ignoraret eam esse mulierem, quia induit se ueste uirili?

LEX I.

MVlieribus. †Tunc mulieri datur exceptio velleiani, qñ incipit à promissione, scilicet alienam obligationem in se suscipiendo. vel in se transferēdo. sed si incipit à solutione, & soluit pro alio, non repetit virtute senatusc. ab eo cui soluit supple. sed repetit ab eo pro quo soluit per actio. nego. gest. In tex. ibi. [senatuscon. subuenitur.] scilicet vt non teneantur soluere. si soluunt per errorem, repetant. vt ff. eo. l. quanuis. In ver. [si id.] & infrà sequitur. [cū obligatæ non essent & c.] q. d. secus si erant obligatæ. quia tunc videntur soluere non spon te, sed ex necessitate præcedentis obligationis. & hoc faciunt per errorem. quia præcedens obligatio eas non necessitabat. cùm ad uersus eam haberent exceptionem. quando autem nulla præcedente obligatione soluunt pro alio, rem non repetunt. quia spon te hoc faciunt. non quod videantur donare. licet glo. si. dicat cōtrarium. cum subsit alia præsumptio, scilicet vt repetāt ab eo pro quo soluunt sed ideo non repetunt ab eo cui soluunt. quia incipiunt à diminu. patrimonij: non à promissione. ad quam faciendam non sunt faciles. imò tenaces plus quam masculi. ideo fragilitas

litas sexus nō meruit hunc fauorē. qa hoc nō facit ex fragilitate.

2 & patet in l. quāuis. §. interdum. ff. eo. & j. eo. ti. l. senatus. in fi. † Et not. in hac l. duos modos intercendendi. scilicet cum quis aliena obligationē in se suscepit. ꝙ gl. intelligit. scilicet participando quia obligatio principalis remanet firma. & altera. scilicet intercessionis ei adiūgitur. quæ dicit accessoria. & hoc potest fieri altero de tribus modis. vt in gl. j. secundus modus qñ aliena obligationē in se trāsfert. & hoc pōt fieri duob. mo. vt in gl. ij. in quibus principalis obligatio nō cōtrahitur: vel cōtracta in aliā transfertur iure nouationis. Et no. quia primo casu qñ participādo intercedit, senatuscon. producit mulieri remediū exclusoriū. quia creditorē agētē pōt ꝑ exceptionē excludere. Sed in sc̄o casu si quidē alienā obligationē iā cōtractā in se trāsfert aio nouādi. ga tūc tenet mero iure. verū quia obligatio nouās nō est efficax ꝓpter exceptionē vellei. senatusc̄. prouidet creditori ga sibi restituit vtilem actionē cōtra pristinū debitorē ipso iure eodē instanti quo prima tollitur per nouationem. & istud dicitur remediū restitutorium. vt infra eo. l. si paternam. in fi. quod non datur mulieri, sed creditori. Si autem. prima obligatio non fuisset contracta. sed cū fuisset cōtrahēda cū masculo in fraudē senatusc̄. omisso masculo cōtrahit cū muliere. vt sic nō videat intercessisse: sed per se principaliter cōtraxisse. & sic fuit color quęsitus. senatusc̄. tribuit creditori actionē vtilē in masculū acsi cū eo contraxisset. quo casu fuisset acquisiturus directā. & hoc dicitur remediū institutorium. vt. ff. eo. l. quāuis. §. si cū essem. & no. infra eo. l. senatus. in gl. quæ incipit accipiendo. & sic tria sunt remedia senatusc. excluſoriū, restitutoriū, & institutoriū. habet quartū. s. repetitoriū. s. qñ ꝑcedēte obligatione per errorē soluit vt d. l. quam

3 uis. † Scd̄o no. in ver. [nō ignorēt.] ꝙ tunc creditor repellit à muliere per exceptionē velleiani, qñ sic illuderet mulierē vt ꝓ alio intercederet. Si autem ignorat esse mulierem, quia induit se veril: nō videt intercedere. quia fingebat pro se ipso habere: nō ꝓ alio. & sic quia decipit creditorem, non succurritur ei: quia deceptis: nō decipiētibus iura subueniūt. vt infra. eo. l. si sine. §. j. & ff. eodē. l. si decipiendi & de modis intercendendi vide bonam glos. in l. in personam. §. j. ff. de pac.

2 ☞ *Mulier si intercedat pro creditore suo ultra quantitatem quam debet, quòd pro illo pluri iuuetur exceptione uelleiani.*

LEX II.

1 ERustra. †Non videt intercedere mulier, nec iuuat velleiano, qñ erat debitrix illius pro quo se obligauit. h. d. rō est ga potius vī gerere negotiū suū quā alienū. nec pōt in hoc dānificari, vel periclitari: qa si ꝓ illo soluat, non habet necesse repetere ab eo ꝓ quo soluit: cū libereť ab eo. & hoc sufficit sibi. sed qñ non debitrix, si soluerit, haberet ab illo repetere. & fortè nō posset. quia nō esset soluendo. ideo sibi subuenitur ne soluere cogat. & adde ꝙ no. in

2 l. quāuis. §. si mulier apud. ff. eo. † Et intellige vsq; ad quantitatē quā ipsa debet. sed si quatenus vltra quam debet pro eo, ꝓmittere, in eo haberet exceptionē. quia in eo ꝙ iuris est de toto, est etiā

a de parte. ª vt l. quæ de tota. ff. de rei ven.

LEX III.

1 SI cum ipse. †Etiā si pro filio mater intercedat, iuuatur velleiano. hoc dicit. videba

b tur cōtrarium. quasi censeatur negotiū propriū ipsius mulieris: cū filius reputetur eadē persona ᵇ cum patre, vel matre & c. ar. §. l. proxi. sed certè in hoc non reputatur eadem persona, quantum ad hoc vt videatur gessisse propriū negotiū.

2 ☞ *Mulier sicut dicitur intercedere quando obligat se & personam suam pro alio: ita etiam quando obligat uel patitur obligari rem suam tanquam suam: secus si tanquam sit ipsius obligantis & idem si patitur obligari rem sibi obligatam.*

EXL IIII.

1 SEnatusconsultum. † Ista lex vult idem in effectu ꝙ l. j. ꝙ mulieri succurritur qñ intercedit, non qñ rem suam vēdit, & pretium pro alio soluit nulla præcedente intercessio

2 ne. † Not. hīc in ver. [quod in rerum.] quod sicut mulier dicitur intercedere quando obligat se & personam suam pro alio: ita etiam quando obligat, vel patitur obligari rem suam tanquam suam. vt in l. proxi. secus si tanquam sit ipsius obligantis. quia tunc deciperet creditorem vt habetur ibi. Idem si patit obligari rē sibi obligatā. vt in l. vir vxori. §. j. ff. eo. & tāgā. j. eo. l. Iubemus. In fi. ibi. [deficit auxilium senatuscō.] quia a tales actus non videtur feciſſe ex fragilitate sexus. cum ad eos sit magis tenax quàm masculus. & ista est melior ratio quàm illa quam ponit glo. quę dicit quod videtur donare. quod est falsum. cum subsit præsumptio. vt in l. si cum aurum. de solu. repetet ergo à viro pro quo soluit: nō à creditore cui soluit sponte. ga nulla precedebat ꝓmissio.

☞ *Qui patitur obligari rem suam, an sibi præiudicet?*

LEX V.

1 SI sine. †Si res mulieris obligatur per aliū sine voluntate mulieris, nō valet ipso iure obligatio. ideo nō indiget auxilio senatuscō. Sed si cū eius voluntate expressa vel tacita obligaſ, tanquā res ipsius mulieris, valet mero iure obligatio. sed obstat exceptio velleiani cōtra agentē hypothecaria. Si verò patitur eam obligari nō tanquā suā, sed ipsius obligantis, cū sciat esse suam, decipit creditorem. ideo cōtra eum nō subuenitur. quia deceptis, & non decipiētibus iura subueniunt. h. d. sic. j. e. l. fœminis. & ponit tres casus illa. l. in primo nullus interuenit cōsensus mulieris expressus vel tacitus: quia ignorabat. vel si sciuit cōtradixit. vsq; ibi. [quod si consensisti.] in secundo interuenit eius cōsensus expressus. intellige scilicet, quod obligareť tanquā res ipsius mulieris. vñ imputet sibi creditor qđ eā recepit. quia sciebat, vel scire debebat esse interc̄sionem. vt §. l. proxi. sicut est in rem. Idē dico si non expresse consensit, sed passa est eam obligari tanquā rem ipsius mulieris. quo casu cōsenti re videtur secundū opi. glo. hic. & in l. Caius. ff. de pig. acti. quia cum cōtradicendo posset actum impedire, patiētia habetur pro cōsensu secundū glo. Pe. dicit contrariū. & etiā Cy. quod nō pla

2 cet. licet Bal. videaſ eos cōsequi. † In tertio & vltimo casu in ver. [quod si patientia.] non interuenit cōsensus expressus sed scientia & patiētia. verū quia passa est obligari tanquā rem ipsius obligantis, nō tanquā ipsius mulieris, cū ipsa mulier sciret rē esse suā, decipit creditorē: quia si sciuisset esse eam mulieris, verisimiliter eam nō recepisset: sed feciſſet sibi dari aliā. ideo mulier perdidit exceptionē velleiani. ꝓpter aūt patiētiā solā perdidit auxiliū iuris cōis. qđ est ꝙ quis nō possit obligare rem alterius sine volūtate dñi. quia sciēdo & patiēdo videtur velle secundū glo. sed ꝓpter fraudē perdidit auxiliū velle. ita intelligo. & hoc præsuppōsito succedit qō formata in glo. quia si vēdis rem alienā illo sciēte & patiēte, nullū ei facis præiudiciū. sed si ignoras, facis præiudiciū. quia cōstituit ius in re. glo. nititur respondere. sed dic vt clarius colligitur ex glo. l. Caius. quia cūvendis, cōtradictio eius nō potuisset actum impedire. qm̄ qui vēdit, nō intēdit cōstituere ius in re: nec cōstituit se duntaxat obligare ad tradendū. dns aūt rei non pōt impedire venditorē, quomínus seipsum obliget: sed qui obligat rē, intendit cōstituere ius in rebus. & hoc non pōt facere in aliena re sine volūtate dñi. & sic dns cōtradicendo potest impedire, si ergo nō cōtradicit, censeť consentire. ista est rō optima. quæ tn̄ non placet Pe. qa fundaſ solū in ista l. quæ loquit qñ dns patit fraudulenter obligari rem suā tanquā alienā. & eodem modo loquit. l. ij. §. si aliena res pig. data sit. quādo autē non fraudulenter, quia nō patereť obligari tanquā alienā, & tanquā suā. tenet ipse quod patiētia nō habeť pro cōsensu. per l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. qui. §. nihil facit. quia loqtur in eo qui patitur vendi, non obligari. Præterea si domino patitur rem suam obligari tanquam alienam, videtur consentire. quantò magis si tāquam suam. nec obstat, iste textus, quia dico quod propter fraudulentiæ pœnas perdit auxilium senatuscon. duntaxat. quod est de iure speciali. sed auxilium iuris communis non perdit propter fraudem, sed propter patientiam. per rationem glos. & ista est veritas.

2 ☞ *Mater si malè gerat tutelam filiorum, non iuuatur uelleiano.*

LEX VI.

1 SI mater. †Si mulier se obligat, vel indemnitatem promittit futuro debitori de eo qđ est debiturus futuro creditori, nō videtur intercedere. ideo nō iuuatur velleiano. secus si futuro debitori. hoc dicit. Secundùm intellectum

¶ De toto est etiā dicte. Adde c. j. xij. dist. clc. ne romant. in j. re sponso. de elec. c. cognouimus. xij. qō. ij. & gl. in c. maiorib⁹. de præbendis.

¶ Filius reputeť eadē persona. Adde gl. in c. sup eo. el ij. de testi. & ꝑ Abb. in cōsi. lxxiij. inci. videtur primò dictū legatū. in j. vol. in iij. col. & quare pater plꝰ diligit filiū quā filiꝰ patrē. vide per Ioā. An. in ru. de feu. in v. col. ver. itē in hereditate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

glo.& ponit tres casus.in primo qui durat vsque ibi.[si autem.] se obligauit tutoribus filiorū suorū pro eo,quia dixit erūt debitu 1
ri pupillis ex eo qđ nō gesserunt tutelā,sed ꝓmiserunt eam geri per matrē.& sic se obligauerūt futuris debitoribus pro eo qđ es sent debituri.vnde nō est intercessio.quia nō pōt quis intercede re pro eodē apud eundē.vt in l.si quis pro eo.& l.heres à debito re.§.ꝙ si stipulator.ff.de fideiuss.& cū isto primo dicto cōcordat. l.quāuis.§.j.ff.e.vbi assignatur alia ratio. scilicet quia tūc mulier nullā obligationē in se suscepit veterē,vel nouā. sed eam de no uo facit.In secūdo casu.[.in ver.[si autē.] se obligauit tutoribus pro eo qđ eis debebat à pupillis ex administratione. & sic futu ris creditoribus pro eo qđ debebūt futuri debitores.& ista est ꝓ priē intercessio.quia nō est pro eodē apud eundē. sed pro pupil lis futuris debitoribus apud tutores futuros creditores.In tertio casu.in ver.[si verò.]se obligauit pupillis pro eo qđ tutores erūt debituri.& similiter est intercessio.eadem rōne.& cōtra ista duo dicta glo.oppo.de d.l.quāuis.§.j.ff.eo. & ponit quatuor cōbina tiones.sed formalis solutio ad contrariū est ꝙ ille §.cōcordat.cū primo dicto huius l.qui est diuersus à secundo & tertio:quia ibi se obligauit debitori pro eo quod ipse debet: vel debiturus est. in istis aūt duobus se obligauit debitori seu creditoribus pro eo
2 quod eis debebitur à creditoribus.† In primo casu ibi.[cū filio rum suorū gereret patrimoniū].i.gerere vellet.rogauit enim tu tores quod de administratione se nō intromitterēt: sed permitte rēt eam geri per ipsam matrē.cum ipsa esset melius instructa,& informata.& cùm tutores hoc recusarent, dubitantes ne ex hoc teneantur pupillis, si tutela malè administrabit per matrē.quia eis incūbit onus administrādi.ista mater promisit eis indemnita tem de omni eo quod possent ex ista causa debere pupillis.& de dit fideiussores,& pignora.certè si pupilli postea cōueniant tuto res,qui habent regressum contra matrē & fideiussores datos per eam,& cōtra pignora,non pōt se iuuare velleiano. quia nō fuit intercessio , quia se nō obligauit pupillus creditoribus pro ipsis tutoribus futuris debitoribus. sed obligauit se ipsis debitoribus pro ipsis eisdē & sic si foret intercessio,esset apud easdē ꝙ eisdē. quod esse nō debet.In secūdo casu ibi.[se excusare.]dic propter aliquā causam quæ præbet excusationē.vt in titu.de excus.tuto. & hoc ideo faciebant,quia nō videbāt se posse bene administra re nisi ponerent de suo consi.sed pupilli haberent largū patrimo niū.& paucam pecuniam.vnde dubitabant si aliquid expende retur, nō posse faciliter à pupillis recuperare.mater etiā rogauit
2 vt gereret & nō se excusarent.& sic ecōuerso ad precedentem casum & promisit eis indēnitatē de omni eo quod pupilli essent debituri huic tutori. & sic se obligauit creditori futuro pro suis pupillis debitoribus.ista est propriè intercessio:quia non est pro eodē apud eundē.sed pro pupillis apud tutorē.In tertio casu ibi. [si verò tutores.] fecit aliquos fortè amicos suos:cùm tamen alij cōsanguinei,vel iudex recusarent eos dari:timentes ne sint ido nei.sed mater suscepit in se periculū: & promisit indemnitatem: & sic se obligauit.& sic se recipientibus pro eis pro futuris debi toribus.scilicet tutoribus quos dedit,vel dari facit,si nō bene ad ministrarent,illa est bene intercessio: & similiter iuuatur autho ritate.§.ne teneatur. In glo.magna ibi.[& in vtroq; est intercessio.] & sic nō tenetur vt in secundo & tertio casu.quia in ambo bus se obligat creditor pro debitore. In glos.ibi.[in vtroq; cessat velle.]vt in ll.cōtrarijs.supple.& dic in primo casu.quia in vtro que se obligat debitori pro eo qđ debiturus est alteri. & sic non est intercessio inter eos pro eodē apud eundē. secundū Oldrad.

LEX VII.

SI sciens.†Mulier quæ consentit alteri obliganti 1
rem suam dicitur intercedere. ideo cre ditor nō potest rem illam iure creditoris auferre. hoc dicit.in effectu.In tex.ibi.[dominium mulieri auferre nequiuit.] nec ob.ff.de pig. actio.l.si conuenerit. vbi creditor vendendo iure creditoris transfert dominium:licet non habeat. quia ibi quando obligatio pignoris erat valida saltem in effectu quia continebat intercessionem mulieris,& ideo quærens si est hæres mulieris: potest vendicare rem ab emptore. nec habet ne cesse sibi soluere pretium,sicut poterat ipsa mulier.vt ſ.de rei vē dica.l.si mancipium & hoc est quod sequitur nec ibi.

2 ☞ *Quando plures fideiubent pro uno,an quilibet teneatur insolidum? Quid si obligauerunt se æquè principaliter?*

LEX VIII.

SI paternam.† Si masculus & fœmina suscipiāt 1
in se obligationē alterius animo no uandi simpliciter, subducta muliere per velleianū resti tuitur actio in veterē debit. pro virili & pro illa tantū remanent obligata pignora data pro obligatione nouata. sed si data sunt ꝓ nouante,remanēt obligata insolidū.h.d.& est aliquantulū difficilis. Vnde pone casum qđ pater habens duos filios masculos& duas filias fœminas,erat tibi obligatus in centū: ille volēs libera ri à te facit qđ isti quatuor filij susceperūt in se obligat.suam ani mo nouādi,& ꝓmiserunt tibi ista centū simpliciter,vt pater libe rarē.debes scire.& hoc colligit ex isto tex.& est no.qđ quilibet istorū filiorū obligatur pro rata sua. & sic pro quarta parte.non autē quilibet insolidū: quāḉ se obligent pro alio.ſ.pro patre.nec ob.insti.de fideiuss.§.si plures.vbi habet qđ quādo plures fideiu bent pro vno quilibet obligatur insolidū.quia ibi qñ fideiussorio nomine,& sic accessoriē se obligant participando obligationem alterius.hic verò æquè principaliter se obligauerunt,suscipiēdo in se obligationē patris animo nouādi.nunc hoc præmisso clarū est qđ illæ duæ filiæ ꝓpter senatusco. deducunt ab obligatione ipsorū. & pro parte ipsorū obligatio effectū nō habuit. quia fuit intercessio. quæritur ergo an pater remanet obligatus insolidū, postquā obligatio noua est inefficax ex parte mulieris. & rñdet qđ non quia saltē est efficax ꝓ parte filiorū masculorū & sic pro illa parte remanet pater liberatus.pro parte aūt filiarū fuit etiam mero iure liberatus.tamē quia mulieres subducunt ab obligatio ne pro earū virilibus restituitur in eum vtilis actio tibi creditori: quæ dicitur restitutoria,per idē senatusco.poteris ergo cōuenire pro dimidia obligatione nouāte,& patrē pro alia dimidia ex ob ligatione & actione restituta.Sed pone qđ erant data pignora ꝓ patrē,an remanebunt insolidū obligata.& rñdetur ꝙ si erant da ta,ꝓ obligatione prima quæ fuit nouata,saltē pro dimi.nō rema nent,ꝓ illa dimi.nisi fuerit hoc expressè dictū.vt l.aliā.ff. de no ua.sed solū remanēt obligata,ꝓ altera dimi. ꝓ qua pater tenetur actio.vtili restituta quia fuit restituta cū sua causa. & sic cū obli gatione pignorū.Si verò pater dedit ista pignora pro obligatio ne nouante:& sic pro obligatione filiorū, bene remanēt obliga tæ insolidū tam pro parte masculorū,pro qua tenet nouatio:quā pro parte fœminarū in actione restituta.h.d.ista difficilis lex. Et ad primum dictum qđ est not bile.vide omnino Bar. in l.actio ne.ff.de duo.reis.in v.q.principali.†quādo plures se obligāt pro 2
alio,an quilibet teneatur insolidum,an pro parte.& dicit an fide iussorio nomine.& tunc quilibet insolidum,licet habeant bene ficium diuisionis ex edicto diui Adria.an principaliter, suscipi endo in se obligationem animo nouandi.& tunc quilibet ꝓ par te.per hanc l.vbi dicit esse casum no.iuncta l.reos.§. cum talis.ff. de duobus reis.an autem constituendo se debitorem pro alio? & tunc videtur idem quod in primo casu quando fideiussorio no mine.quia tunc accessoriè se obligant. vt in l.fina. ſ. de constitu. pec.an autem mandatario nomine? tunc dicit esse opi. diuersas. qđ examina vt ibi per eum. & prima solutio glos. notabilior est.

LEX IX.

QVanuis.† Si mulier pro alio nulla præcedente ꝓ 1
missione vel intercessione soluit,non iu uatur velleiano vt repetat ab eo cui soluit.secus si præ cedēte promissiōe,vel intercessione. h.d. In primo tñ casu repetit ab eo ꝓ quo soluit.nisi soluerit animo donādi.qđ in dubio nō præsumitur.vt dixi ſ.l.j. In secundo casu intellige qñ soluit per errorē iuris,vel facti.secus si ex certa sciētia.qa tūc vi deretur donare & donāti &c.vt ff.e.l.j.in fi.ſ.vt non iuuetur vel leiano.quia incipit à diminutione patrimonij:nō à promissione.

LEX X.

SI aduersarius.† Si contrahitur principaliter cū 1
muliere , & sic negotiū ad ipsam pertinet, non iuuatur velleiano. secus si cōtrahatur cum alio,& illa pro illo se obligat.& sic principaliter non pertinet ad eam negotium.h.d.idem dicit.l.si fœnebris.j. eo. sed hoc limita tur nisi fuerit color quæsitus in primo casu.i. facta fraus. vt j.eo. tit.l.cum ad eas.In tex.ibi.[sed tecum negotium gesit.] scilicet locando tibi , & non marito. & hoc nisi primò fuisset locaturus marito,& recepturus te in fideiussorem.sed cuitata persona ma riti propter timorem senatusconsultum. voluit potius tibi locare.

locare.& de istis apparet,& potest probari quod fuerint acta in ter ipsum & vos & tunc.diceretur color quæsitus,& facta fraus & haberet locum.l.cum ad eas infra eo.& l.quamuis.§.si cum es sem.ff.eo.& haberet locū actio vtilis institoria in personam ma riti.vt d.§.si cum essem.

2 ☞ *Qui remittit hypothecam,non dicitur donare.*
3 *Aliud est remittere ius suum,aliud est intercedere & remittenti ius suum senatusco. non prouidet.*
Ius hypothecæ non dicitur augere patrimonium illius cui competit.
4 *Si mulier renuntiat rebus ſpecialiter obligatis pro dote iuuatur uelleiano.*

LEX. XI.

ETiam.†Si mulier renuntiat hypothecæ quam ha 1
bet in bonis mariti pro dotibus suis,nō di citur intercedere.ideò non iuuatur velleiano:& valet renuntiatio.h.d.nec dicitur donare.quia nō diminuit de patrimonio.ideo non infirmatur renuntiatio ex ti.de do.inter
2 vi.& vxo.†Et no.istam.l.quæ semper allegatur cum gloſſ.quod qui remittit hypothecam,non dicitur donare.ideo si bona essent obligata vltra mille,vel duo millia,non requireret insinuatio.& loquitur ista.l.quādo remissio est facta ipsi marito.quo casu est generalis,& prodest alteri postea contrahenti cum marito,vt nō possit contra illum vti hypotheca.Si autē tempore quo maritus cōtrahit in alio renuntiat pro securitate illius,censetur potius fa cta illi quàm marito.ideo alteri quàm illi non prodest vt j.eod.l. Iubemus.per quā ista.l.limitat & declaratur.videtur etiā adhi bēda alia limitatio.quia in primo casu quādo fit marito non cō trahēti cum alio,valet in totum:etiam si reuntiet hypothecæ o mniū bonorum.sed in secundo casu nō valet. nisi supersint alia bona,ex quibus possit sibi satisfieri de dote.& in quibus nō fue rit facta renūtiatio.vt in authē.siue à me j.eodem.& dicam in il
3 la.l.Iubemus.† No.ergo ꝙ aliud est remittere ius suum:aliud est intercedere.Item quod remittenti ius suum senatusconsul.nō ꝓ uidet.Item no.quod ius hypothecæ non dicitur augere patrimo nium illius cui competit.& ideo remittens illud non dicitur do
4 nare.vt in gloſſ.& in ll.allegatis per eam.† Vltimò not.gloſſ.pri mam.quæ vult l. illam nō habere locum in rebus ſpecialiter ob ligatis pro dote.sed in obligatis generaliter vel per maritū ,vel per legem tacitè.vt infra de rei vxo.ac.& quod ibi dicit.l.quod autem.§.si vir & vxor.ff.de don.inter vir.& vxor.& est casus in authen.siue à me.etiam in corpore vnde sumitur.infraeod. plus ergo valet ſpecialis prouiſo.& fortior est quam generalis.facit l. est differentia.ff.in quib.cau.pig.ta. contrahen. est ergo cautela quando conficitur instrumētum dotis,in quo obligātur omnia bona mariti,quod ſpecialiter obligetur talis possessio. & tūc nō poterit vxor renuntiare hypothenæ illius rei : nisi supersint alia bona , ex quibus possit sibi satisfieri de dote. vt in dicta authen tic. siue à me.

LEX. XII.

IDotare.†Mulier dotans aliam mulierem , non 1
iuuatur velleiano.h.d.& hoc quia do nare videtur.vt l.cùm is.§.si mulier.ff.de condi.inde.& l.j.§.accedit.infra de rei vxo.ac.& mulieri donāti non succurrit senatusconsul.quia in donando non est facilis. vt in l. sed si ego.ff.eo. Item quia ſpeciale est in dote , quod licet ipsam non dotet,sed pro alio donante & dotante se obligat,non iuua tur velleia.vt infra eodem.l.fina.

LEX. XIII.

IFœnebris.† Quando mulier principaliter cō 1
trahit pro se,licet vtilitatem contra ctus transferat in alium,etiam creditore sciente,non iu uatur velleia.h.d.Si ergo mulier ſcit maritum suum es se implicitum debitis,& volens sibi prouidere accipiat pecuniā mutuò ab illo qui ſcit illam velle conuertere in rei vtilitatem ma riti,& pro isto soluere,nihilominus efficaciter obligatur , nec iu uatur velleiamo,nec nocet creditori sua scientia:quia non habe bat quærere nec esse curiosus quid mulier vellet facere de illa pecunia.casus est notabilis hic.hoc verum nisi primò fuisset re quisitus à viro:& creditor voluerit instrmētū cātare in personā vxoris:quia tūc diceretur color quæsitus,& facta fraus senatu ſ vt in fi.gl.mag.& in l.Seia.§.fi.ff.eo.secūdū vnū intellectū.vel ni ſi mulier,aut res sua foret obligata,ꝓ debito viri.& vt illā libera ret recipit pecuniā mutuò à creditore hoc icitēte.nam ista esset in tercessio veniens etiam in cōsequentia primæ intercessionis, & sic iuuaretur velleiano.d.l.Seia.§.fi.secundùm alium intellectū. & hoc in prima solutione glo. In glo.quæ incipit.[id est,senato rum.] ibi. [iuuaris inquantum tu pauperior &c.] hoc intellige quando soluit pro viro animo donandi.quia non tenet donatio. sed si non animo donandi,non haberet locum illa glo.quia pos set à viro repetere per actionem negotiorū gestorum. In dubio autem an præsumatur animo donādi vel non. dic vt in l.vtrum. ff.de dona.inter virum & vxorem.

LEX XIIII.

MVlierem.†Exceptio velleia.competens mulie 1
ri,competit etiam fideiu.suo,& man datori, vel ei cui ipse mandauit.h.d.cum l.seq. & hoc est verum secundū glo.primam.etiam si fideiusit ani mo donandi.& sic non erat repetiturus à muliere.Secus in exce ptione macedoniani.& quæ sit ratio dic vt in l.quam gl.allegat. ff.eo.l.si mulier.§. si ab ea.nā subducta muliere & etiam fideiuſ sore suo ab obligatione propter senatusco.creditori remanet ius agendi contra filium,vel patrem.& sic perderet debitū.ideo hoc casu si fideiusit animo donādi: nō subducitur fideiussor ab obli gatione.quoniam exactio eius non nocet filiosa. vel patri. sed si non animo donandi,noceret: quia ab eis repeteret. & sic in effe ctu videretur exactio fieri ab ipso filio, vel patre : quod impro bat senatusconsultum.macedo.

LEX XVI.

SImulier.† Si mulier alienā obligationem in se 1
transtulit animo nonādi creditori cō tra debitorē,restituitur vtilis actio prima.h.d. sicut.ſ. eo.l.si paternā in fi.glo.h.d.tamē intelligit hoc nisi cre ditor decepisset mulierem,& sic fuisset in dolo:quia tunc non re stitueretur sibi per l.Titius.ff.de fideiuſ.quæ limitat omnes.ll.lo quentes de ista restitutoria actione.& probatur.in l.qui res. post principium.ff.de sol.In tex.ibi.[alienam suscepit obligationē.] scilicet animo nouādi. vndę cū mulier obligetur mero iure tam ciuiliter quā naturaliter,fit nouatio : & prior debitor liberat. Cū autem mulieri detur exceptio , creditor perderet debitum si sibi non prouideretur.vnde senatusco.eidem prouidet de vtili actio ne, quæ prius erat directa necessaria : & dicitur rescissoria. quia idem senatusco.rescindit nouationem prædictam.vt in l.in ho norarijs.§.sed cum rescissa.ff.de actioni.& obliga.

LEX XVII.

SIcùm pater.†Si mulier se nō obligauit ꝓ alio sed 1
simulatè nomē suū fuit in instrumē to appositū,nō eget auxilio senatusco.h.d.pone casum per l.ij.§. plus valere qđ agi. & per l. multū interest. si quis alteri vel sibi.

LEX XVIII.

FOeminis.†Mulieri creditorum decipienti non da 1
tur exceptio velleiāi.h.d.facit.l.ij.§.j.ff.e.

LEX XIX.

QVm ad eas.† Etiam cum principaliter contrahit 1
mulier,datur sibi exceptio si fuit co lor quæsitus: quia volebat contrahere cum masculo, & recipere mulierem in fideiussorem.sed timore senatusconsul.cuita to masculo voluit cōtrahere cum muliere, ne iuuetur velleiano. per l.si aduersarius. ſ. eo. certè non prodest sibi.Vltimò in l.seq. dicitur quod ista exceptio transit ad hæredem mulieris.

2 ☞ *Mulier renunciando iuri hypothecæ,an iuuetur uelleiano?*
3 *An eo ipso quod consentit uenditioni uel obligationi rei mariti sibi obligatæ censeatur tacitè renunciare iuri hypothecæ.& nume. 5.*
4 *Quid in alio creditore quàm in muliere. & nume. 5.*
5 *Si mulier renunciet iuri hypothecæ omnium bonorum uiri,an perdat dotem suam?*

LEX XXI.

IVbemus.† Mulier potest renunciare iuri hy 1
pothecæ quod habet in bonis mariti cum maritus contrahit cum alio.tamen illa renuncia tio nō extenditur vltra res vel personas quibus facta est.hoc dicit.Bar.Si ergo maritus vendit rem suam,& vxor con sentit,& renunciat hypothecæ quā habet in illa re,non præiudi cat sibi in hypotheca quam habet in alijs rebus. nec etiam in illa re præiudicat sibi nisi respectu emptoris , & habentium causam ab eo.vnde si illa res peruenireret ad manus tertij nō habentis cau sam ab emptore posset ab eo illam aduocare per hypothecariā.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& hoc probat ista l.& sic non extinguitur ius hypothecę:sed nō potest eo vti contra eū qui contraxit cum viro, & cuius cōtemplatione renunciauit. Tene menti. Similiter si maritus receperit pecuniam mutuò;& obligauit bona sua: vxor verò consensit & renunciauit iuri hypothecæ postponitur illi creditori.& ille efficitur prior.sed ff.qui.mo.pig.vel hypo.sol.& quod no.in d.§.si tecum.Solu. & tene menti.illud in alio creditore renunciante expresè,vel tacitè.vt cum consentit alienationi,vel pignorationi:quia tunc extinguitur ius pignoris quo ad omnes.& sic etiam si perueniat ad alium non habentem causam à contrahente, non poterit aduocare per hypothecariam.secus in muliere creditrice in dote.quia non extinguitur ius hypothecæ.sed nō possunt eo vti contra cō trahentem cum viro,vel habentem causam ab eo.hoc tamen verum.nisi confiteatur pecuniam ad se peruenisse.quia tunc extinguitur.& præiudicaret quo ad omnes vt in l.vir vxori.§.j.ſ. allegato secundùm vnum intellectum.si tamen erat casus in quo cō stante matrimonio poterat dos restitui secundùm Bar.hic.quod tene menti.facit auf.si qua mulier.in fi.j.eo.Vltimò oppo.q etiā nocebit quo ad alios.pone enim q mulier consensit viro alienāti vnam rem suam,& renunciauit iuri hypothecæ in illa re.postea agit contra tertium possessorem aliorum bonorū,quibus non renunciauit,ille possessor offert se soluturum dotem suam vxori,& petit sibi cedi iura sua in bonis viri, tam personalem actionem quæ hypothecariam: clarum est q mulier tenetur recipere & cedere.& si hoc nolit facere: excluderetur à possessione. vt l. mulier.ff.qui pot.in pig.hab.mulier dicit sum parata tibi cedere. possessor dicit tu non potes mihi cedere hypothecariam contra emptorem illius rei, cuius alienationi consensisti, & renunciasti iuri hypothecæ.vnde cum facto tuo perdideris ius cedendi,pos sum te repellere per exceptionem cedendarum. vt l.Stichum.§. pen.ff.de solu.& sic per indirectum renunciatio facta in vna re, & respectu vnius personæ extenditur ad alias res:& ad aliās personas.cuius contrarium hic dicit Cy.& alij. q sufficit mulieri q cedat in illis in quibus potest cedere.nec obstat contrarium de l. Stichum. §. pen. quia ibi loquitur in mandatore vel fideiussore, qui contraxit contemplatione hypothecę,cui creditor renunciauit vt sibi cederetur.vnde si creditor facto suo perdit ius cedendi:perdit etiam ius agendi.sed iste possessor non contraxit contemplatione illius hypothecæ,ergo &c.ff.de fideiuſ.l.si stipulatus.§.j.& l.si Titius & Mæuia.eo.titu.Tene menti prædicta. ex quibus remanet ista l.optimè declarata.quę est vtilis & quotidiana. & licet de iure ciuili non valeat intercessio etiam cum iuramento.secus de iure canonico.vt in c.cùm contingat.de iureiur.

1 ☞ *Si mulier consentit viro alienanti rem quæ fuit sua: & nunc nō est mariti.sed uxoris:quia sibi fuit data donatio propter nuptias(quo casu transiuit dominium in mulierem) an per istum consensum perdat dominium quod habet, & etiam ius hypothecæ?*

2 *Quid si consentiat marito alienanti rem dotalem,quæ est in dominio uiri, sed speratur ad uxorem redire?*

3 *Ex priuilegijs dotis qualiter quædam sint realia,& quædam personalia.*

4 *Dominium rei dotalis an incontinenti soluto matrimonio reuertatur ad uxorem?*

5 *Quid in donatione propter nuptias?*

AVTHENTICA.

1 **Siue à me.** †Lex iubemus.loquitur quando mulier consentit viro alienāti rem ipsius viri hypothecatam mulieri pro dote,& renunciat hypothecæ. quæ renunciatio valet. ista authen.loquitur quando consentit viro alienanti rem quæ fuit sua. & nunc non est,sed est ipsius vxoris.quia fuit sibi data donatio ꝓpter nuptias quo casu transit dominium in mulierē.vt colligitur ex tex.istius auf.in versi.[in rem actionem.]& nihilominus quia speratur ad eundem virum redire solu.matri. sicut dos ad mulierē. & sic nō dicitur perfectè facta mulieri.dicunt doc.q licet sit sua, est etiā sibi obligata.eo iure quo non perfectè est sua.argu. optimum in l.in bello.§.si quis seruum.ff.de capi. Quæritur ergo an per illū consensum perdat mulier dominiū quod habet,& etiam ius hypothecæ.& respondetur q non:etiam si pluries consentiat.quia illa res est specialiter obnoxiata pro dote. quia donatio propter nuptias fit pro securitate dotis.& est vtilius mulieri quā ius hypothecæ generale.quia illi licet renūciare.vt l.iubemus.sed huic non.& ita no.per glo.in auf.dos data.j.de donatione ante nupti. & ideo glos.in l.etiam.s. eo. dixit idem in alia re viri non data in donationem propter nuptias, sed specialiter hypothecata pro vxore.

vxore.quæ est notabilis.vt dixi. & probatur per rationem huius auth.& quod dixi in re quæ fuit viri:& per ipsum data in donatione propter nuptias, etiam locum habet in re quæ non fuit viri:sed per alium data vxori in donationē propter nuptias. vt in princ.huius auth.prædicta fallunt duobus concurrentibus.scilicet quod post primum consensum interuenerit secundus post biennīū à die primi. & q supersint tot bona ex quibus possit doti satisfieri: & hoc faciendo perdit dominium,& ius hypothecæ in illa re.& hoc vsque ibi.[vir tamen.] sed licet istis nō interuenientibus non valeant consensus vxoris, nec transferatur dominium in emptorem in præiudicium vxoris. tamen vir obligatur emptori ad omne damnū & interesse. & hoc dicitur in ver.illo. & adde quod habetur in.l.& si is quem.j.de prædijs mino.& qd not.in.l.cum is qui.ff.de fideiuſ.& quod no.j.de iure do.l.si prædium. † Sed quid si consentiat vxor marito alienanti rem dotalem,quæ est in dominio viri,sed speratur ad vxorē redire? dicitur in versic.[idem in dotibus]esse idem & multo magis glo.dicit quod non valeat consensus seu alienatio etiam concurrentibus illis duobus de quibus. s.& sic ille vers.referatur ad id quod s.dictum est de prohi.alie.vsq; ad versi.[nisi.]non ad id quod dictum est de permittenda.concurrentibus.his duobus in illo ver. [nisi.] quia intendit corrigere.l.dotalē. de fun.do.quæ indistinctè impedit alienationem fundi dotalis. vt in toto tit. de fun.do. & j.de rei vxo.act.l.vnica. §.& cum lex. sed quia videtur absurdum quod iste ver.non referatur ad omnia præcedētia. quidam dicunt debere intelligi ne corrigatur illa. l.in re data in dotē æstimatione quæ non facit emptionem, vt possit alienari concurrentibus illis duobus sicut res data in donationem propter nuptias.vt in.l.si æstimatis.ff.solu.matr. quæ declaratur per istam authen. & limitatur. dum vult quod illa possit alienari. & quod hoc operetur æstimatio. sed ista. l.limitatur. ſ. concurrentibus his duobus.quod tene menti. Alij restringūt ad res mobiles datas in dotem,quæ seruando seruari possunt.vt ille possint alienari concurrentibus illis duobus,& consensu mulieris.alias secus.& sic etiam iura antiqua,quæ permittebant alienationem sed si sint res quæ seruando seruari non possunt, indistinctè hodie possunt alienari. l.si ex lapidicinis. ff.de iurę do. & vide omnino Cy.in illo.§. & cum lex. & Barto.in.l.prima. solu. matrimo. ff. & sunt clara in text. vsque in fin. Tene menti hanc authen.cum his quæ dixi. & remanent expeditæ omnes glo.no. illam quæ incipit [hæc referunt quidam.] Or aduerte & oculos ad me volue tuos. † Et nota circa finem. in versiculo [omnibus.] ad euidentiam. quod multa sunt priuilegia dotis' de quibus in.l.j.ff.sol.matri. & quædam sunt realia:quæ dantur rei dotali,vel actioni de dote.quædam personalia,quæ dātur personæ mulieris.vt quod præferatur alijs in hypotheca tacita etiā habentibus priorē in tēpore.vt in.l.assiduis.j.qui po.in pig.hab.de quibus in priuilegio dotis:ista priuilegia.personalia cōpetunt mulieri quouscq; viuit,& cuique agēti nomine mulieris. sed ea mortua non tranſeunt ad hæredem extraneū,sed ad filium sic.& hoc dicit ille ver.[omnibus.]vsq; in fi.& dum dicit [ad suos.]nō intelligas quod mulier habeat iuū hæredem propriè loquendo.prout sumitur in.l.in suis.ff.de libe.& posthu.cùm non habeat filios in potestate. sed intellige impropriè i. ad suos descendentes. † In glos.j.in fin. [authen.æqualitas.] Tu dic quod etiam si non fuit factum pactum de lucranda donatione propter nuptias, potest procedere iste text.dum dixit vxori competere actionem in rem solu.matrimo. pro illa re. scilicet si nondum rehabuit rem suam: quia donatio talis fit pro securitate dotis.& tūc est verum quod solu. marrimo. reuertitur dominium ad virum quando dotem suam rehabuit,non prius.sed dominium rei dotalis incontinenti solu.matri.reuertitur ad vxorem. vt.l.in rebus.j. de iure do.& si tam dos quā donatio propter nuptias consisterent in rebus mobilibus,saltem solu.matri.dominium cuiuslibet rediret ad pristinum dominum.sed si dos cōsistebat in pecunia,& donatio consistebat in re immobili, dominium illius pœnes vxorem remaneret quouscq; rehabuisset dotem.

2 ☞ *Mulier,an possit renunciare uelleiano?*

LEX XXII.

1 **Si mulier.** †Mulier quæ secundò cauit, post biennium nō iuuatur velleiano. & hoc ideo quia post lapsum biennij si approbat primam intercessionem,& iterū promittit seu cauet,vel quo a quo modo confirmat, censetur hoc fecisse ex magna deliberatione:nō ex fragilitate'sexus.ideo non iuuatur,sicut quando donat, b vel quando patrimoniū diminuit.& in ratione huius.l.fundatur id q dicitur in auf. siue à me.facit l.cum fidem.j.de nō nu. pec.

2 † Et per hanc.l.patet an mulier possit renū-
b tiare velleiano. quia si renuntiat extra iudicium, non valet nisi post biennium à prima intercessione.ga qui fragilitate intercessit præsumitur renūtiasse.vt in l. doli. §. diuersum.ff.de noua.& isto modo limita glo.quæ est in l.j.s.eo. super verbo si non ignorent.in iudicio verò potest indistinctè renuntiare.vt in l.fi.ff.eod.titu.in.§.penulti.

¶ Multa sunt priuilegia dotis.Add hal, & Io.de cāpe, bono, in suis tract. de dote.

¶ An mulier possit renuntiare velleiano. Adde gl.in l.fi. ff. ad velleian.Bar.in l. do li mali.ff.de noua & in.l.si quis in cōscribendo.in iij.q. C. de epi.& cle.& gl. in.c. si diligenti. de foro competen.

a ☞ *Mulier si intercedat pro uiro suo,qualiter debeat renuntiare uelleiano, & cuilibet alteri auxilio,quòd de iure competeret: & quid sit istud auxilium, & an requiratur iuramentum?*

2 *An stetur confessioni mulieris,si confiteatur in instrumento pecuniam seu contractum uerti in suam utilitatem? & uide.nu.5.*

4 *Si non ualet contractus,an tamen ualeat iuramentum in eo interpositum?*

AVTHENTICA.

1 **Si qua mulier.** †Quādo mulier intercedit pro viro suo,ipso iure non obligat. nisi contractus vertatur in eius vtilitatem. ideo excep. senatusc.on.non est necessaria.quæ habet locum eo casu quo obligatur ciuiliter & naturaliter.h.d.in effectu:& sic corrigit omnia iura antiqua,quæ volebant contrarium q obligaretur.sed habet exceptionem.vt s.eo.l.vxor. & l. si aduersarius . licet ergo mulier renuntiet senatusc.velleiano quando se obligat pro viro etiam post biennium, nihil nocet sibi renuntiatio: quia renuntiat ei quòd nō habet.scilicet exceptioni velleia. quā

2 non habet. † Debet ergo renuntiare velleia . & cuilibet alteri auxilio q de iure sibi cōpeteret.& hoc est auxilium istius auf. quæ tuetur eam ipso iure.Sed an tunc sufficit ista renuntiatio,quantū ad hoc vt obligetur efficaciter? dic quia non est modus inducendæ obligationis nisi renuntiet cum iuramento, promittendo nō opponere aliquod remedium sibi datum à iure:& tunc tenetur seruare iuramentum de iure cano.vt in.c.cum contingat.de iure iuran.sed de iure ciuili secus per l.non dubium.s.de legi.& ita intellige principiū glo.& hoc voluit Bal.j.l.proxi.§.ne aūt.vbi ponitur alius casus,in quo mulier ipso iure seruatur illæsa. & quando intercedit pro alio quā viro. scilicet quando intercedit sine instrumento continente subscriptionem trium testium.quo casu etiam non nocet renuntiatio velleiani.ratione quam s.dixi. Et si adijciatur & omni alteri auxilio, valet cū iuramento secundùm Bal.non aliter,q intellige.vt s.dixi. Quidam autem intelligebāt istam auf.generaliter pro quocunq; intercedat.& sic totus iste titulus corrigetur.q glo.reprobat. Quidam verò intelligūt vt corrigatur.l.seq.q etiā docto.reprobāt.tene ergo q dixi.& ratio quare magis sibi succurrit qñ intercedit pro viro,est qa facilius induciturper virum quàm per alium.& interdum malè gratibus suis propter timorem vel reuerentiam eius. nam antequam emanaret senatusconsul.per constitutionem principum prohibebatur intercedere pro viro.sed postea per senatusconsul. prohibita fuit intercedere pro quocunque.vt patet.in.l.j.& .ij.ff.eodem.tit. Quidam verò dicunt per hanc auf. quòd quoties mulier se obligat pro viro in eodem instrumento,non obligatur.certè non est curandum an in eodem instrumento,an in diuersis. sed an se obliget pro viro,& eius vtilitate,& ipso iure non tenetur. an pro sua vtilitate,vel communi.& tunc tenetur pro rata sua.etiam si in eo dem instrumento. In text.ibi [crediti.] In hoc fundant se illi de quibus.s.dixi.Sed dicit Bal.secundùm Nico.ma.quòd hic ponitur contentus pro contento.& exponit id est obligationi viri cōtentæ in instrumento participando de ipsa modis qui infrà sequuntur.& qui not.in.l.s.eodem. In tex.ibi.[proprio.] hoc verbum pondera per rationem quam suprà dixi. In tex.ibi.[nullatenus non valere.]scilicet ipso iure.vt aliquid addat ad leges veteres. In tex.ibi.[siue multoties.]etiam si post biennium. Nec obl.C.si mulier.quia illa restringitur ad casum quando intercessit pro extraneo,quo casu obligatur ciuiliter.& naturaliter licet ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

beat exceptionē:quam perdit si post biennīū approbat intercessionem:& sic remanet obligata efficaciter remota exceptiōe.sed quando ipso iure nō fuit obligatata,cessat ratio illius. l. In text. ibi:[siue publicum.]puta quia maritus tenebatur fisco.vnde propter priuilegium fisci videbatur q mulier potuerit se obligare.q hic tollit.& sic eius priuilegium præfertur priuilegio fisci. †In tex.ibi.[pecuniæ.]versam proba.quia tuncnō esset intercessio. vt §.eo.l.ij.Sed quæritur an stetur confessioni suæ si confiteatur in instrumento pecuniam seu contractum verti in suam vtilitatem? videtur q nō.quasi eadē fragilitate cōfessa fuerit qua intercessit.vt in.l.C.&.l.doli.§.diuersum.ff.de noua.Potest dici q stetur confessioni si interuenerunt illa de quibus.j.l.proxi.§. j. scilicet q contineatur in instrumēto publico signato tribus testibus: & q tūc non admittatur probatio in contrariū,si confitetur illud fuisse scriptum de sua voluntate.vt ibi no.illa.l.loquitur quando pro alio intercedit.vnde istud videtur dubiū qn̄ pro viro.qui faciliter potest inducere mulierē ad hoc cōstendū. & securius est dicere nō sufficere cōfessionē,nisi aliter appareat.†In prima glo. [in.l.non dubiū.]hoc procedit de iure ciuili.secundū q nōvalet principalis contractus,non valet etiā iuramētum.vt in illa.l. sed de iure canonico licet contractus sit ipso iure nullus, iuramentū tamen est seruandum si potest seruari sine interitu salutis æternę vt in.d.c.cùm contingat.imò tenent docto. quod interueniente iuramento cessat inualiditas,quasi cum iuramento contrahendo cessat causa inualiditatis & prohibitiōis.quòd plenè examina p Barto.in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss. In gl.ibi.[sumpserunt.]quidam intelligentes hanc aut.generaliter loqui pro quocūque intercedat.licet loquatur de viro gratia exempli.In glo.ibi.[de do. &c.]si ista ratio esset bona,sequeretur q nec econuerso vir posset intercedere pro vxore.quod est falsum secūdùm omnes. imò efficaciter obligatur,& olim & hodie.præterea non sequitur intercedit,ergo donauit.dic ergo vt dixi.& facit pro eo q s.dixi.l. fi.s.ne vxor.pro marito.†In gl.ibi.[vel secūdū Bal.]secūdū alium intellectum Bal.illa aut.deberet intelligi seu legi super.l.antiquę ad cuius correctionem veniret,q nullus tenet.tamen ex ista opi. nota.quia Bal.sentit quòd non stetur confessioni vxoris,& q pecunia sit versa in suam vtilitatem.nisi aliter probetur.

2 ☞ *Si mulier recepit præmium pro intercessione, & contingat quod soluat pro alio quo intercessit,repetit solutum:nec debet sibi imputare illud quod recepit, cum sit pretium periculi.*

Quid si talis pecunia fuit data pro securitate?

3 *Si non apparet per testes sed per confessionem ipsius mulieris quod recepit pretium pro intercessione,an hoc sufficiat ad probationem ut excludatur à beneficio uelleiani? & nu.1.& 4.*

4 *An possit quis probare contra publicum instrumentum, quando confitetur ipsum suisse scriptum de uoluntate sua?*

5 *Quòd fauore libertatis cessat senatusconsultum uelleianum.*

LEX XXIII.

1 ANtiquæ.†Si mulier recepit præmiū pro intercessione,nō iuuatur velleiano.sed efficaciter obligatur.quia non videtur intercessisse ex leuitate vel fragilitate sexus.sed præmio consequendo.h.d.primò. Et si hoc cōtineatur in instrumento publico subscripto à tribus testibus, statur suæ confessioni absque alia probatione.aliquo autē istorum deficiente non excluditur à beneficio velleiani: nisi sufficiēter probetur quod pretium vel præmium receperit aliter per eius cōfessionem.h.d.secundò.Et eo casu quo pretium recepit.& sic excluditur à beneficio velleia.si intercessit.transferēdo in se obligationem animo nouandi.& sic est facta nouatio. quatenus tamen mulier non est soluendo restituitur actio in pristinum debitorem.h.d.tertiò. Itē qn̄ nō recepit pretiumvel pecuniam,si nō intercedit cum instrumento publico cōtinente subscriptionem trium testium,ipso iure seruatur illæsa.Si aūt cum tali instrumēto,iuuatur velleiano.& omnes ll.huius tit.tūc vendicāt sibi locum.h.d.ista singularis.l.& vtilis.inducens de nouo quæ de iure veteri nō erant inducta.nam illo iure bene reperiebatur q si debitor pro securitate mulieris intercedentis dabat sibi totā pecuniam contractus,vel alio modo ipsam cācellabat,dando fortè pignora sufficientia pro tota quātitate q cessabat senatusconsultū.vt.l.si mulieri dederim.ff.eo.quia tūc nō potest damnificari: vel periclitari q senatusco.voluit.Sed si nō dabatur pecunia pro securitate cōtractus,sed pro præmio intercessionis.puta obligabatur se pro alio in centum;sed ne frustra subiret periculum pro alia,voluit habere in pretiū.x.prout frequenter fit florētiæ: quia sunt multi qui pro aliquo lucro fideiubēt pro aliįs, cum auaritia ducti.& sic non reperiebatur iure veteri cautum q perderet excep.senatusconsulti.sed inducitur hoc per hanc.l.notabilem.quia tūc nō mouet ex fragilitate sexus,sed ex cupiditate lucri. vnde ista l.aufert sibi beneficiū senatusco.velleia. & hoc quādo cōstat p 2 testes de receptione talis premij.†Et aduerte secundū Bald.quia isto casu si soluat pro alio,repetit:nec debet sibi imputari illud q recepit.quia est pretium periculi q suscepit.vt in.l.periculi.ff.de nautico fœnore.Sed in primò casu quādo pecunia fuit data pro securitate,si soluit creditori,nō repetit ab eo pro quo soluit,quia iam habuit q soluit. Quid autē si nō appareat per testes, sed per 3 per eius†cōfessionē q recepit pretium pro intercessione,an sufficiat ad probationē.& dicitur hic q sic duobus cōcurrentibus. s.q interuenerit instrumentū publicum:& q sit subscriptū à tribus testibus,& q in eo cōtineatur dicta cōfessio. altero istorum deficiente nō statur cōfessioni.sed est necesse probare per testes, vel alįs modis.& si probetur,nō excusatur si non probetur, iuuatur velleia.& hocvsq; ibi:[sed si minus.] & vltra hoc additur per gl.q interuenientibus illis duobus vel tribus nō potest probari cōtrarium per mulierem.q tamen in tex.nō dicit: sed doct. addūt hoc verum si cōfiteatur illud fuisse scriptum de sua voluntate,nō aliter.†Vnde inducitur per hanc.l.non posse quem probare contra publicum instrumentum quādo confiteatur ipsum fuisse scriptum de sua voluntate.sed hoc nō verū generaliter:sed solum in casu huius.l.quando vult probare cōtrarium vt vtatur priuilegio speciali cōtra ius cōmune.de hoc per Cy.in.l. optimā. 5 j.de cōtrahen.stipu.†Quod aūt hic dicitur de subscriptiōe testiū nō est hodie in vsu q in instrumento publico testes se suscribāt: sed sufficit q notarius attestetur de interuētu ipsorum.vt not. de hære.& fal.in gl.& hoc tenet Bald.in l.j.s.eo.Et sic hodie sufficit q notarius attestetur de interuentu triū testiū ad hoc vt habeat locū q hic dicitur.præsupposito autē q probetur ipsam recepisse pretium vel per cōfessionem de qua s.vel per testes,si intercessit transferendo in se obligationem animo nouandi,cum efficaciter teneatur.& sic nō subducitur in obligatione,& facta sit nouatio si non esset soluendo,nō deberet restitui actio vtilis in pristinū debitorē:quia senatusco.q eam restituit: loquitur eo casu quo mulier subducitur per excep.senatusco.sed per hāc.l.in versi.[sed si minus.]prouideretur etiā hoc casu vt excutiat mulier per prius.& in eo in quo reperitur nō soluendo restituatur actio in pristinum debitorem,q est notandū.& sic tam quando subducitur de iure,quā quādo etiam de facto quia non est soluendo: quia inanis est actio,quam inopia debitoris excludit.l.nam is. ff. de dolo.& habet locum restitutoria,vel institoria actio. de quibus in l.senatus.& in.l.j.s.eod.Prædicta quando apparet mulierem recepisse pretium pro intercessione.quo casu nō refert an se obligauerit cum scriptura,vel sine scriptura.& si cum scriptura publica,vel priuata.& si publica, an habeat subscriptionem triū testium vel non.vt patet in princi.libi.[siue sine scriptis &c.] in ver.[sinautem sine scriptis.]quia obligatur efficaciter.& non habet auxilium senatusconsulti.si autem pretium non recepit vendicat sibi locum sequens.§. [ne autem.] secundùm verum intellectū Bald.qui.§.inducit tertium de nouo.vt tunc obligetur ciuiliter & naturaliter: & habeat exceptionem velle.quando se obligat per instrumentum publicum habens subscriptionem testium. aliàs ipso iure non obligatur quòd olim non erat. imò obligabatur,& habebat excep.& illud est bene singulare. vnde quoties ostendit tibi instrumentum in quo mulier se obligauit pro alio, respicias an interuenerint tres testes vel non. & sufficit quod notarius attestetur de hoc, vt voluit Bald.in l.j.s. eo. non ergo corrigitur principium. l. per hunc.§. licet Mar.dixerit contrarium.quia Imperator sibijpsi contrariaretur, statuendo primò vnum.scilicet quòd efficaciter obligetur,& sine auxilio senatusconsulti.quando recipit pretium:siue cum scriptura siue sine scriptura obligetur.& postea statuendo hoc contrarium, quòd nullo modo obligetur quando sine scriptura, vel non publica, vel non continentur tres testes.tria ergo in effectu inducit de nouo.primum continetur in prin.l.secundum in ver.[sed si minus] tertium in isto.§.[ne autem.] Lex veterum. dicit quod†fauore libertatis cessat senatusconsul.

2 ☞ *Maritus qui recipit uxorem sine dotis promissione, non potest postea compellere eam ad se dotandam.*

Si dos promissa non soluatur uiro in totum, potest uir uxorem licitè repellere de domo. secus si dos non fuisset promissa.

3 *Non dicitur quis compulsus facere illud, ad quod faciendum est obligatus.*

4 *Decem casus in quibus cessat senatusconsultum uelleia.*

5 *Quando mulier renuntiat uelleiano, ad hoc ut renuntiatio ualeat, debet certificari quid contineat uelleianum in fauorem eius: nec præsumitur certificata nisi hoc appareat in instrumēto. & si renuntiatio facta sit cum iuramento, an extēdatur ad ignoratā?*

LEX XXV.

1 GEneraliter.†Hic ponitur vnus casus specialis in quo cessat velleianū fauore dotis,secundùm gl. Sed aduertendū. quia impropriè videtur loqui. quia ista lex loquitur, quando mulier promittit dotē pro alia muliere, quæ tamen pro ieipia non promiserat.vnde non est intercessio,quia non est dare aliam promissionem principaliorē:sed est quidam contractus celebratus principaliter in personam mulieris dotantis, continens donationem præsumptione iuris:quia ille vel illa quæ mulierem aliquam dotat de suo,in dubio fauore dotis centetur dotare animo donandi mulieri,non animo repetendi ab ea.vnde sol.matri. nō sibi competit repetitio: sed mulieri dotatæ nisi cōuenerit sibi restitui per stipulationem vel pactum.vt.j.de rei vxo.act.l.j.§.accedit.etiam si errore ducatur.quia credat se teneri ad dotandum vt.in.l.cum quid.§.si mulier.ff.de condi.inde.constat autē quod mulieri donanti senatusconsul. non prouidet. vt in.l. sed si ego. ff. eo.ideo 2 ista.l.non videtur fuisse necessaria.†Nō obstat si dicatur imò est intercessio: quia mulier quæ dotatur tenebatur seipsam dotare: quia hoc est falsum si maritus eam recœpit sine dotis promissione:quia non potest eam compellere postea ad se dotandum,nec eam repellere de domo si non dat sibi dotem: vt est casus in.l.si. j.de diuor. Ad hoc ergo vt ista.l.congruat huic titulo,& aliquid inducat de nouo,& saluentur glo.& dicta docto.potest intelligi vt si mulier etiam quæ dotabatur promiserat dotē si illa mulier pro ea intercedat, & eandem dotem promittat, etiā si animo repetendi ab illa muliere non habeat excep. senatusconsulti.& sic continet vtilitatem.Et no.ibi.[& sic à viro forsitan repelli.] quod si viro dos non soluatur promissa in totum, potest licitè vxorē repellere de domo. concor.text.in auth. de non eligendo secundò nub.§.fi. sed si dos non esset promissa, non posset eam repellere 3 ex hac causa.vt est tex.in illa.l.fi.j.de diuor.†Itē no.in fine quod non dicitur quis compulsus facere illud ad quod faciendum est obligatus. quia sicut voluntariè se obligauit:ita & voluntariè dicitur soluere:licet fuerit compulsus,facit.l.de accessionibus.§.fi. 4 ff.de diuer.& tem.præscrip.& no.extrà de spō.c.requisiuit.†Vltimò no.gl.quæ numerat nouem casus in quibus cessat senatusconsultum velleia. Adde decimum quando interuenit decretum iudicis.vt.j.si mater indemnitatem promiserit.l.fi.iuncta gl.j.cum ibi no.Super illo autem quādo renuntiauit velleia. dic vt dixi. s.eo. l.si mulier.quia procedit quando in iudicio,vel post biennium à die primæ intercessionis: alias esset ponenda in renūtiatione,ad hoc vt valeat.vide in addi. Spe.de renun. & conclu. §.j.in addi. 5 quæ incipit quomodo huic dicto &c. †Dicunt enim doc. quod quando mulier renuntiat velleia. ad hoc vt valeat in iudicio vel extra:debet certificari quid contineat velleianum in fauorē eius: nec presumitur certificata nisi hoc appareat in instrumēto renūtiationis. quia consistit in facto. & facta non præsumuntur nisi probētur.l.quæcunq;.de publiciana.ff.non enim valeret renuntiatio eius quod ignorat:vt.l.qui cum tutoribus.in fi.ff.de trāsac. hæc vera nisi renuntiet cum iuramento: quia extenditur etiā ad ignorata:vt no.in.c.ij.de pac.li.vj.in nouel.& per Bar.in.l.si duo. §.Idem.Iuli.ff.de iureiuran. licet Dy.consuluerit contrarium.vt not.per Cy.in.l.ij.j.de rescin.ven. quem Bar.reprehendit.& pro ipsius opi.est determinatio can.in.d.c.ij.

De non numerata pecunia. *Rubrica.*

1 †Quia frequenter contingit q aliquis propter indigentiam pecuniæ confitetur in scriptura publica vel priuata de manu sua se habuisse & recœpisse mutuò aliquam quātitatem ab aliquo sub spe futuræ numerationis:quam ille pollicetur se facturū:& promittit eam reddere & restituere.ille verò postea malignitate ductus non numerat:sed repetit pecu.tanquam;numeratam: & ad probandam numerationem inducit confessionem prædictam: quam ille non negat fecisse se:sed dicit pecuniam non fuisse reuera numeratam:se sub spe numerationis fiendæ confitus de creditore sic fuit confessus. & quia regulariter confessio debitoris probat contra eum quando continent causam obligatoriam: vt j.eo.l.generaliter.& propter hoc contingebat q fiebant extorsiones illicitæ cōtra.l.illicitas.in prin.de of.præsi.ff.idcirco fuit prouisum q in contractu mutui,in quo hoc frequenter contingit,talis confessio non probet numera.sed ille qui se dicit numerasse perinde habeat necesse probare,ac si nulla emanasset cōfessio:& hoc si agat infrà annum de iure veteri,vel infra biennium. vt j. eo.l.in contractibus.& institit.de,literarum obli.§.fi.& in prī.quinimo si non agat,possit ille qui confessus est querelam exponere infrà biennium coram iudice,& repetere cautionem,vel facere cancellari instrumentum, nisi creditor probet:vt.l. in contractibus.§.fi.j.eo.& ista dicitur excep.non nu.pe.quæ pōt proponi non solum excipiendo,sed etiam agendo.vt dixi.q est contra naturam aliarum exceptionum.Et ideo est temporalis:cū tamen aliæ sint perpetuæ.vt l.purè.in fi.ff.de doli excep.quia non possunt proponi agēdo:sed dumtaxat quando conuenitur debitor. lapso verò biennio confessio assumit robur, & probat numerationem:nisi debitor assumat in se onus probandi:& sic probet cōtrarium:quia falsa confessio(si potest probari falsitas) nō debet nocere confitenti:etiam si scienter fuit confessus.l.cùm falsa.s.de iur.& facti igno.nam omnis probatio recipit probationem in cō 2 trarium.l.cum de indebito.ff.de proba.†Iste autem qui sic cōfessus est si reuera pecuniam non recipit infra biennīū,est ciuiliter tantum obligatus,non naturaliter:quia titulus nō est habilis ad agendum:& ista est opinio gl.sed lapso biennio illa ciuilis efficitur efficax,& assumit naturam naturalis obligationis:vt no.insti. de literarū obl.in fi.gl.mag.licet docto.multum super hoc passu fuerint cōtrarij:quia quidam dicunt q nullo modo est obligatio per lapsum biennīj.quidam q imò est obligatus ciuiliter & naturaliter:sed Bar.eos reprehendit.& tenet opi.glo.quòd dic vt plenè no.in l.cùm quis.s.de iur.& facti igno.tunc autem est verum q ei ciuiliter est obligatus,quando interuenerunt verba de futuro:quia confessus fuit se habuisse & recœpisse. & promisit restituere. Alij dicunt q prima verba de præterito sufficiunt: vt not. in l.in contractibus.j.eo.in secunda glo.q dici potest quando cōtinentur in scriptura propria manu facta.quo casu loquitur titu. de litera oblig.& oritur ex dispositione iuris ciuilis contra naturam verborum,quæ non sunt apta parere obligationem,& nullā contineant promissionem de futuro:vt in l.v.§.stipulatio.de verbo.oblig.dicit ergo gl.rectè,q per hunc titu. prouidetur tantùm ciuiliter obligatis:sed per articulos præcedentes prouidetur obligatis ciuiliter & naturaliter.†Et sic no.q senatusco.vellei. & etiā 3 macedo.licet prohibeant mulierem intercedere, vel filiofa. mutuari,non tamen impediunt dari ciuilem & naturalē obli. & per consequens actio.licet tribuant excep.q videtur contra.l.cum lege.ff.de fideiusso.sed dic vt ibi per Bar.Aduerte tamen advnum q cùm iste titulus emanauerit contra creditorem recipiētem cōfessionem.& volentem extorquere q non numerauerit,frequenter contingit q etiam si verè numerauit,remanet in damno: ga ignorantes naturam huius tit.de numera.recipiunt scripturā de numera.recipiūt scripturā de manu debitoris:in qua continetur se habuisse & recœpisse mutuò talem quantitatē,& eam verè recœpisse:tamen debitor malignitatis confitius negat eā se recœpisse.& cōqueritur in biennium:& quia creditor aliter non pōt probare nume.reus absoluitur: & ipli creditori silentium perpetuū imponit:& vidi aliquando fieri,& est magnum periculū mutuātis:& ideo non cōfidant de schedula vel scriptura debitoris: siue dicat confiteor me habuisse & recœpisse,siue dicat habui & recœpi,siue ponat vtrancq; partem:quinimò dicat hæc non confiteri ipse futuræ nume.nihilominus quia hoc totum est de cōfessione,creditor per talem schedulam vel scripturam nō posset ipsum conuincere,nec probare numerationem. adhibeat ergo notarius

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Ex sola confessione. An ex confessione extraiudiciali oriat actio. vide per Bart. in l. cum scimus. in fi. C. de agri. & cens. lib. xj. Lu. ro. in l. nuda ratio. in. j. co. ff. de do na. Lu. ro. in l. sed & si a possessore. in §. fi. ff. de iureiu. & p eun de lu. ro. cõsil. cccxc. inci. in casu propositæ consultationis.

& testes: qui in sua præsentia & etiam testiũ numerationem sequi & fecisse videant. vt no. j. eo. l. si ex cautione in glo. vel si non potest haberi notarius, non facias scribi schedulam de mutuo, sed de depositо: confiteris te habuisse tantam quantitatem: quia tunc confessio statim est valida, & probat nume. vt j. eod. l. generaliter.

2 ☞*Qui dedit pignus sub spe futuræ numerationis, ea non secuta qualiter agere debeat & quid debeat probare?*

LEX I.

1 SI pecuniam. †Qui confessus est se recepisse pecuniam mutuò, & dedit pignus, obtinet: probando se dedisse pignus. nisi creditor probet nume. & eodem modo si conueniẽ hypothecaria. h. d. sicut ergo quando deducitur numeratio principaliter in iudicium, infrà biennium incumbit onus probandi ei qui dicit se numerasse nõ obst. confessione aduersarij, quæ non habet effectum. vt j. eo. l. si ex cautione. ita quando deducitur incidenter: quia principalis quæstio est de pignore restituẽdo, vel tradendo: sed incidens quæstio est de nume. vt in hac. l. secundũ
2 Bar. † In tex. ibi. [nam intentio.] dubitabas si repeteres pignus ac. pig. q ille nõ opponat exce. nõ potes repetere nisi mihi restituas pecuniam pro qua pignoraſti: quia ista actio non datur nisi soluto debito. vt l. si rem. §. omnis. ff. de pig. act. Sed Imperator dicit q non habes timere: postquàm asseris numerationem tibi nũquam fuisse factam: & potes probare te dedisse pignus: quia obtinebis. nisi ille probet se tibi numerasse. quod facere nõ poterit si reuera nõ numerauit. incumbit ergo tibi onus probãdi quòd dederis rẽ pignori. nam competit pignoratitia, etiam si pignus non fuit cõstitutum: quia numeratio nũquàm fuit facta: vt l. solutum. §. si quasi. de pig. act. ff. licet ergo hypothecaria nõ competat quando pignus nõ est cõstitutum, pignoratitia tamẽ bene competit. dũ tamẽ res fuerit data pro pignore: vt in. d. §. si quasi. Pro declaratione gl. mag. oppo. cõtra tex. dum dicit [in rem experiri potes.] nam ad repetendũ pignus competit debitori actio pignoratitia etiam in casu de quo loquitur ista lex. quãdo fuit res tradita pignori sub spe futuræ numerationis, quæ nõ est secuta: vt in d. §. si quasi. Sed actio pignoratitia non est actio realis: imò personalis. vt no. in gl. in procœmio. ff. vete. & re cõtrahitur. gl. fatetur contrarium. & exponit tex. dum dicit [in rem.]. i. pignoratitia ꝓpter rem, vel ad rem: & ista est bona solu. Alij verò nolentes impropriare tex. intelligũt de rei vẽdi. quia nõ sufficit probare te dedisse pignori, sed habes necesse probare te esse dominum, & illum possidere. vt §. de aliena. iudi. l. j. sed iste text. dicit sufficere si probes te pignori dedisse: ergo non põt loqui de rei vẽ. ipsi respõdẽt q aduersarius nõ referebat tunc. q. dominij: imò confitebatur q illa res erat tua: sed dicebat q nõ fuit sibi vnquã tradita pignori. & sic negabat se possidere. sed cõtra non possidentem nõ datur rei vẽdi. ista est diuinatio. Vnde alij dicũt quòd etiam si referebat q. dominij, sufficit probare tibi quòd tradideris eam pignori tãquam dñs eius. quia cum habebat causam à te tãquàm à domino, necesse habet fateri te dñm, nec potest tibi referre. q. dominij gl. istam opi. nõ tenẽt: quia cum agas tanquã dominus, nõ ex eo
2 q tradideris tanquã dominus necesse habes probare dominium. vt no. in l. nec creditores. §. de pig. act. & l. ita vt si fur. ff. cõmoda. quãtum autem ad possessionem quæ requiritur in prima cõuentione: & agitur rei vẽd. bene sufficeret se probare tradidisse: & sic semel ad manus eius peruenisse. quia etiam hodie præsumeretur esse postquàm habuit causam à te: vt dixi in. l. non ignorat. §. ad exibẽdũ. tene ergo primam solutionem gl. quia hic nõ loquitur de rei vẽ. sed de pig. act. in qua nõ habet necesse probare dñium, sed solum quòd tradideris, & loco pignoris: & quòd obligatio principalis nõ fuit cõtracta postquàm nõ est secuta numeratio. sed si fuisset cõtracta: habet necesse probare eam fore dissolutam vt in. l. si rem. §. omnis. ff. de pig. act. Item oppo. secũdò q non incumbat onus probãdi aduersario numerationem fuisse factam: sed potius tibi, quòd eam tibi restitueris. nam si agẽdo pignoratitia asseras te rẽ illam dedisse pignori pro cẽtũ, ex ista noua cõfessiõe apparet q illa cẽtum habuisti: ergo nisi ea restituas agere nõ potes. sic cõtingit quando quis iurat se pignori dedisse rem pro cẽtum. nam nõ potes obtinere restitutionem eius, nisi soluat illa cẽtum. vt ff. de iureiurã. l. si duo, §. Marcellus. Solu. ibi quãdo iurasti te dedisse pro centum quæ nõ habuisti: hic quãdo asseris te dedisse pro centum quæ non habuisti: licet fueris confessus habuisse: & sic non est verum quòd hodie confitearis te habuisse. licet cõfitearis te fuisse confessum habuisse.

2 ☞*De exceptione non numeratæ pe. constare dicitur ex eo ꝙ contrariũ non probatur.*

LEX II.

1 MInorem. †Exceptio nõ nume. pecu. sicut potest opponi pro tota quãtitate confessata, & nõ numerata: ita pro parte non numerata hoc dicit casus. In tex. ibi. [constiterit.] hoc verbum facit dubium: quia innuit q habeat necesse probare. vt §. l. proxi. Dicũt quidã quòd ibi loquitur quãdo negas nihil fuisse numera. de summa cõfessata: sed quando fateris numeratam fuisse partem: & alteram partem negas, præsumitur contra te: nisi probes alteram nõ fuisse numeratam. Sed quomodo poteris probare? gloss. dicit per cõfessiones. Item per numerationes &c. ponamus, de mille probat quòd numerauit semel centum, & alia vice centum, si non apparet, non præsumitur alterum numerasse. not. istam gloss. secũdùm Bald. breuiter gloss. tenet quòd sicut ille qui dicit nihil fuisse numeratum de summa confessata non habet necesse probare: ita etiam si dicit fuisse numeratam partem, & aliam negat, non habet necesse probare non fuisse numeratam: & sic text. dum di
2 cit [constiterit.] exponitur † quòd constare dicitur eo quòd contrarium non probatur.

2 ☞*Casus in quo ex sola confessione sine promissione oritur obligatio & actio.*

Si interuenit uera numeratio, an orietur obligatio & actio ex numeratione uera, uel ex confessione tantum?

3 *An illa confessio probet numerationem tempore confessionis, an uerò factam dudum ante, & quæ sit utilitas?*

4 *An referat qualiter stet confessio?*

5 *Si notarius in instrumento attestatur de numeratione facta in præsentia sui & testium, an possit probari contrarium, & sic falsitas instrumenti per testes in eo descriptos, qui dicant nullam numerationem interuenisse. nec potuisse interuenire quin ipsi uidissent?*

6 *Debitor qui fuit confessus habuisse & recepisse si renuntiauit exceptioni non numerat. pecu. an hoc non obstante poterit eam opponere?*

Quid si interueniat iuramentum?

LEX III.

1 SI ex cautione. †Si opponatur exceptio non nu. pe. infra tempus quo põt opponi. creditor habet necesse probare numerationẽ non absolutè cõfessionem aduersarij, quæ nõ probat numerationem: & nisi probet: aduersarius absoluitur. h. d. intelligẽ scilicet diffinitiuè: & sic transit sententia in rem iudicatam. & non poterit creditor iterum agere, & petere etiam per instrumenta de nouo reperta. vt l. sub specie. j. de re iudic. & l. Imperatores. ff. eo. tit. In glo. j. quæritur quid continebat ista cautio ex qua ista conueniebatur? gloss. dicit quòd potest intelligi duobus modis. Primò quòd cõtinebat confessionem de mutuo absque promissione de restituendo: secundò quòd continebat promissionem cum stipulatiõe vna cum confessione. Ex primò no. iũcto tex. q dicit quòd ex ista cautiõe cõueniebaris: & sic ex ea eras obligatus, & oriebatur actio: aliàs non posses ex ea cõueniri. † Nota. ca
2 a sum in quo ex sola confessione[a] sine promissione oritur obligatio & actio. scilicet in contractum mutui. Regulariter contra. quia confessio non producit obligationem vel actionem: sed duntaxat facit probationem. l. publia. §. fina. ff. depositi. & dicitur obligatio literarum: quia oritur ex literis non meris vel simplicibus, sed iunctis cum intellectu & sensu verborum. vt instit. de literarum obliga. per totum iuncta. l. non figura. ff. de actionibus & obligationibus. Sed pone quòd interuenit vera numeratio: an orietur obligatio & actio ex numeratione vera, vel ex confessione tantum? videtur hæc vltima verior per. l. cum enim. de noua. Sed illa loquitur quãdo interuenit stipulatio: quæ est solennior: & impedit oriri ex numeratione, quasi illa sit causa implendi stipulationem in confessione. non reperio iure cautum quòd habeat illam vim: sed puto quòd oriatur ex numeratione, & etiam ex confessione: & sic creditor poterit agere ex qua vult nõ sic qñ interuenit stipulatio: quia debet agere ex stipulatione & si ageret ex numeratione, ineptè ageret. & succumberet

ret si stipulatio erat valida: secus si inualida: quia tunc non impedit oriri ex numeratione. vt l. certi cõdictio. §. quoniam. ff. si cert. peta. & hoc voluit Bar. j. ea. l. §. si nummos. & l. ii ita stipulatus. §. Chrisogo. ante fi. ff. de ver. obl. Sic econuerso quãdo actio oriretur ex nume. sola, non ex confessione, si in libello deduceret confessio, & non fieret mentio de numeratione: licet postea probaretur numeratio, actor succũberet: quia ineptè egisset si ex causa nõ producente actio. vel obli. in disputãdo tenet Nico. ma. vt refert Ioã. and. in addi. Spe. tit. de teste. §. j. ver. sed pone egi. & Bar. etiam hoc sentit, & vult in. l. j. §. si quis ita. ante fi. ff. de verb. obli. licet non alleget prædictos. Bald. etiam hic facit mentionem de disputatione prædicta. Dices tu in cõtractu mutui semper oritur ex confessione. vt statim dixisti. Respon. quod. s. dixi. & etiã ista gloss. debet intelligi quando confessio continetur in scriptura facta propria manu debitoris: secus si in alia scriptura publica, vel priuata: quia tũc nõ producit oblig. vel act. sed facit duntaxat probationem: & sic intelligitur tit. de literarum obliga. &
3 d. l. non figura. † Sed tunc quæro. an illa confessio probet numerationem factam tempore confessionis: an verò factam dudum ante. & est magna vtilitas: quia in primo casu leuiter potest probari contrarium per testes qui fuerunt præsentes tempore confessionis & instrumenti quod nulla pecunia interuenit: quia nõ potuisset interuenire quin ipsi vidissent. & sicut etiam lapso bienio posset confitens euadere dictam confessionem probando contrarium. iuxta not. in gl. mag. sed si probaret. numerationem dudum ante, difficile erit probare contrarium: verba sunt Angeli in hac. l. breuiter istum articulum tangit Ange. in. d. §. Chrysogonus. & in. l. post dotem. soluto matrimo. in. j. q. & determinant pro prima parte non obstantibus verbis præteriti temporis: scili
4 cet habuisse & recepisse &c. tene menti. † Secundò colligitur ex ista gloss. no. quòd non refert qualiter stet confessio: an confiteatur se debere ex causa mutui: & sic contineat ius, vt vtroque casu posit obiici except. non nume. pecu. videtur contrarium hoc secundo casu: quia non dixit sibi fuisse numeratum: & potest esse obligatio ex causa mutui absque numeratione sibi facta: puta ex causa hæreditaria. & sic except. non contradicit confessioni: ergo non debet eam infringere. cuius contrarium vult ista glo. quam tene menti. In gloss. magna. primò facit tres oppositiones vsque ibi. [sed dic.] Secundò format tres quæstiones vsque ad fin ibi. [Item quomodo.] Vltimò redit ad oppositionẽ: & sic sunt quatuor oppositiones. prima de. l. in contractibus. j. eo. vbi non licet opponere: scilicet except. non nume. pe. vltra biennium. & ista. l. loquitur indistinctè. Solu. limita eam per illam. l. Secunda oppo. est de. l. generaliter. j. eo. vbi contra propriã confessionẽ nõ dicitur hæc exceptio. Sol. speciale est in causa mutui. secus in alijs. vt in cõtrario. Tertia oppo. est à sufficienti partium enumera. Nam aut ista confessio continetur in scriptura priuata etiam facta tam manu debitoris, & supple & confessa per debitorem. & sic facit plenam fidẽ. confitetur enim nunc se illam scripturã fecisse, & etiam confessionẽ contentã in ea. tamẽ dicit q illa confessio non cõtinet veritatẽ: quia numeratio nõ interuenit, sed facta fuit spe futuræ numerationis. & aduertendũ q tunc non refert qualiter dicat an cõsiteor me habuisse & recepisse: an dicat habui & recepi: etiã si dicat non spe futuræ numerationis: quia qua fragilitate confitetur se habuisse quod non habuit, eadẽ præsumitur illa verba appoſuisse. de hoc no. in. l. si ex pretio. §. si certa. & l. si nõ singuli. Item potest intelligi quando cõtinetur in scriptura publica. si tamen notarius non attestatur nisi de confessione. secus si de numeratione facta in præsentia sui & testium: quia tunc procederet oppositio: nec posset opponi non nu. pecu. quantùm ad hunc finem vt transferatur onus probandi in actorem: quia satis probat per hoc instrumentum. pro quo præsumi
5 tur. vt l. cum precibus. §. de proba. † Sed tunc quæritur primò, an possit probari contrarium, & sic falsitas instrumẽti per testes in eo descriptos, qui dicãt nullam numerationem interuenisse, nec potuisse interuenire quia ipsi vidissent: licet notarius dicat contrarium. glo. tenet quod sic. & respõdet quibusdã legibus volentibus q cõtra instrumentũ non possit contrariũ probari. breuiter istũ articulũ examina plenius & subtilius per Bart. in l. singularia. ff. si cer. pet. in vlt. vel pe. col. vbi quærit an sufficiat depositio testiũ ad reprobãdũ instrumentũ, cùm potuerit interuenire ficta numeratio, quæ nõ percipit oculorũ aspectu: sed iudicio intelle-

ctus: & sic attestatio notarij põt verificari a
6 in illa. dic vt ibi subtiliter per eum. † Secundò quæritur. quid si debitor qui fuit confessus habuisse & recepisse, renũtiauit excep. nõ nu. pe. an hoc nõ obst. poterit eam opponere? glo. tenet q nõ illam, sed exceptionem doli sic. & q renuntiatio ista præiudicet sibi in gloss. vt ibi primò nõ habeat necesse probare numerationẽ factam non fuisse: sed creditor q numeravit nũc propter renuntiationem trãsferatur in eum onus probandi q numeratio nõ fuerit facta, ad hoc vt aliquid operetur: & poterit probare (vt. s. dixi) per testes qui fuerunt præsentes in hoc: ergo valet renuntiatio. & nocet sibi. & importat hoc: quia vult q confessio sua habeat vigorem incontinenti, sicut habet in alijs causis, & probet numerationem: non tamẽ tollit sibi facultatem probandi contrariũ, etiam contra veram & validam confessionẽ admittitur probatio in cõtrarium, vt l. generaliter. j. eo. & l. cũ fal sa. §. de iur. & facti igno. & si cõtrarium diceremus q non posit probari cõtrariũ, daretur materia creditori dolũ committendi. id est nõ numerandi. qui dolus futurus nõ potest remitti. & etiã daretur materia faciẽdi illicitam extorsionem. cõtra. l. illicitas. ff. de offi. præsi. Postea glo. adducit vnam rationẽ. quæ videtur probare q dicta renũtiatio nõ noceat in aliquo: & q censetur facta spe futuræ numerationis sicut ipsa cõfessio, & sic nõ transferat onus probandi in renũtiãtem. & istam partem tenẽt doc. si facta est in eodem instrumẽto vel scriptura: secus si ex interuallo. quia videretur cõfessionẽ approbare, & ei dare vigorem. ar. j. l. proxi. maximè si in iudicio: quia tũc non potest dici facta spe futuræ nume. sed ad finẽ snĩæ ferendæ hoc tamẽ totũ relinquitur arbitrio iudicis, quando dicatur ex interuallo vel nõ: quia non requiritur lapsus biẽnij, sicut requiritur in velleia. vt. §. tit. j. l. si mulier. quia nõ reperitur expressum. Quid autem si cum renuntiatione interuenit iuramẽtum, & facta fuit in eo instrumẽto, & sic sine iuramẽto? nõ valeret. vt dixi: an iuramẽtum facit eam valere. refert an iurauit restituere pecuniam, cuius numeratio nõ est facta nõ obstãte cõfessione debitoris. & sic ergo ille soluit indebitum, & sic põt repetere solutum. multò fortius potest excipere super non soluto. Solu. duobus modis. primo vt loquatur quãdo soluerit scienter, & tunc cessat ar. quia nõ potest repetere solutum: cum videatur donasse: nec potest excipere per cõsequens super non soluto, quia videtur de nouo cõfessus q illa prima confessio cõtinet veritatem. Alij dicunt posse intelligi etiam quando ignoranter ignorantia iuris[a] vel facti. quo casu potest repetere solutum: tamen necesse habet probare q indebitè soluit. nec sufficit ad hoc probandum q erat infra biennium: imò propter solutionem. quia non præsumitur factasse pecuniam suam, necesse habet probare pecuniam non fuisse numeratam. vt l. cùm de indebito. ff. de prob. eodem modo si conueniatur ad partem non soluti. & ipse excipiat de numeratione non facta, necesse habebit hoc probare. Petrus dicit quod ista est periculosa opi. sed tamen videtur probabilis: quia ista. l. indistinctè loquitur, & sic vtroque casu potest intelligi in auth. de triente & semisse. §. studium verò not. super. l. cùm fidem cautionis.

a ¶Ignorantia iuris. Quoruplex sit ignorantia. vide glo. in c. non omnis. xxxvj. dist. gl. summæ. xxx viij. dist.

2 ☞*Casus in quo quis punitur de mendacio in pœna dupli. & aliquando propter mendacium punitur ut cadat à iure suo aliquando in diuersis pœnis. cum limita.*

Quòd regulariter propter negationem quam quis facit in iudicio ad sui defensionem licet mendacio conuincatur, non punitur nisi in expensis factis propter negationem?

3 *Qui semel negauit intentionem aduersarij, si antequam conuincatur de mendacio confitetur, euitat pœnam negationis.*

Quid si statutum dicat quòd negans maleficium condemnetur in quarto plurium, uel quod confitenti maleficium remittatur quarta pars pœnæ, & primò negauit, & postea confitetur.

4 *Ille qui temerariè litigauit: si postea cedit liti: condemnatur in expensis.*

Quòd fauorabilior sit condemnatio in expensis quam pœna.

5 *Qui semel negauit intentionem actoris, conuictus de mendacio potest recurrere ad aliã defensionem. & uide. nu. 6.*

6 *Quid si primò negauit debitum, & postquàm fuit probatum allegat solutionem?*

7 *Si in inquisitione uel accusatione dicitur quòd spiritu diabolico instigãte dolosè & mala intentione Titium occidisti, & tu negasti occidisse, conuictus de occisione poteris dicere. quòd non dolosè nec mala intentione, sed ad tui defensionem.*

8 *Dictio ex quid importet?*

Negans propriam scripturam factam ad probationem: si conuincatur, an puniatur, ut hic: & in quibus casibus habeat locum pœna negantis propriam scripturam. ut in hac authentica. & seu in quibus casibus habeat locum ista authentica?

9 *Practica huius authenticæ.*

Quæ continguntur ante litem contestatam: non pertinent ad officium iudicis nisi petatur ri

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quid in his quæ contingunt post?

AVTHENTICA.

Contrà qui propriam tu. prouident ei Leges huius ti-
qui cõfessus est se recepisse q̃ nõ recepit vel q̃ nũc asse-
rit se non recepisse. Ista verò auf. prouidit cõtra eũ qui
econuerio negat se recepisse, q̃ verè recepit, vel negat scripturã
factam manu propria, in qua continetur numeratio vel receptio.
Et diuiditur in tres partes: quia primò loquitur in debitore qui
recepit ab obligandum vsq; ibi: [contra si actor. Secundò loquit̃
in creditore qui recepit ad liberandum vsq; ibi. [hac pœna.] Ter
tiò loquitur, in curatore vel administratore legitimo, qui recepit
pro eo cuius negotia administrat, & scripsit schedulam de ma-
nu sua, vt pœna sibi imponatur. non autem ei pro quo recepit,
siue pro creditore. Item prima pars subdiuiditur in tres. quia pri
mò loquitur quando perseuerauit in negatione quousq; fuit de
mendacio conuictus: nec postea recurrit ad aliam defensionem
vsq; ibi: [nisi.] Secundò quando non perseuerauit: sed cũ primò
negasset postea confitetur antequam de mendacio conuincatur
vsq; ibi: [at si.] Tertiò quãdo postquàm fuit conuictus de men-
dacio recurrit ad aliam defensionẽ, dicens se soluisse q̃ recepe-
1 rat † & hoc dicit in summa. Qui negat scripturam factam manu
propria, in qua continetur numeratio: & per consequens negat
etiam numerationem vel negat numerationem tantum in ea cõ
tentam: licet nõ scripturã: cõuictus de mẽdacio punitur: vt aliud
simplũ cogatur loco pœnæ restituere. h. d. primò: sed si ante quã
de mendacio conuincatur cõfitetur, solum punitur in expẽsis fa
ctis propter suam negationem. h. d. secundò. sed si postquàm de
mendacio fuerit conuictus asserit se soluisse quòd probatus est
eum recepisse, nõ prodest sibi dicta solutio: quominus aliud sim-
plum restituere cogatur. h. d. tertiò & quòd dictum est in debito
re qui cõfessus fuit se recepisse ad obligãdum se, locum habet in
creditore qui cõfessus fuit se recepisse à debitore ad liberãdum.
h. d. quartò & si legitimus administrator hoc fecit in causa illius
cuius negotia administrat, pœna imponitur sibi, nõ illi. hoc quin
tò & vltimò dicit ista auf. solẽnis. & aduerte ad ipsam. Cõuictus
de mẽdacio cogitur soluere duo simpla. vnum pro debito: aliud
pro pœna. In secundo vnum tantũ: scilicet pro debito cõfessato,
& expẽsas factas propter negationem. in tertiò similiter vnũ sim
plũ: & aliud retinet creditor loco pœnæ: quia nõ prodest. vel fin
gũtur non prodesse ad liberationem: vnde soluit illud simplum
pro debito probato, & tunc etiam confessato. In quarto dicto in
ver. contra similiter cogitur soluere vnum simplum loco pœnæ:
aliud autem solutum retinet pro debito: quia nõ receperat vt red
deret: sed vt retineret. & differt à primò quando debitor recepit:
quia ille reddit vt redderet: & sic reddit illud aliud tantũdẽ pro
2 pœna, non casus. † No. ex primò dicto casum in quo quis puni-
tur de mendacio in pœna dupli, & aliquando propter mẽdacium
punitur vt cadat à iure suo. vt in vsibus feu. de lege conradi. c. fi.
aliquando in aliis diuersis pœnis secundùm diuersas materias in
casibus qui not. per Bal. in l. j. j. de furtis. & hic etiam, sed ibi me-
lius. regulariter verò propter negationem quam quis facit in iu-
dicio ad sui defensionem: licet mendacio conuincatur, nõ puni-
tur nisi in expensis factis propter negationem: vt inquit Bald. in
d. l. j. & allegat glo. in procemio institutionum vt si petij à te cen-
tum, & tu negasti te esse debitorem: si postea probo, patieris con
demnationem in centum tantùm, & in expensis: non in duplo, si
non negasti scriptam de manu tua, vel numerationem in ea con
tentam. Et not. quòd illud primum dictum dum dicit in duplũ.
limitatur per ver. [at si.] vbi in simplum tantùm condemnatur
3 quando recurrit ad aliam defensionem. † Ex secundò dicto not.
quòd ille qui semel negauit intentionem aduersarij: si antè quã
conuincatur de mendacio cõfiteatur, euitat pœnam negationis,
& consequitur commodum confessionis. Vnde si statutum dice
ret quòd negans maleficium condemnetur in quartò pluri, vel
quòd confitenti maleficium remittatur quarta pars pœnæ, si pri-
mò negauit, & postea confitetur antè quã maleficium sit proba
tum: quia releuat curiam vel accusatorem ab onere probãdi: eui-
tat pœnam: & consequitur cõmodum confessionis per hũc tex.
Sed cõtrà: quia hic erat iam conuictus de mẽdacio quia text. di-
cit q̃ erant factæ probationes, & sic non releuauit actorẽ ab one
re probandi: ideo eius confessio non debet sibi prodesse: postquã
semel negauit. prout videtur circa tex. in l. eum qui. ff. de iureiu-
ran. Solu. in corpore vnde sumitur non est istud verbum proba-
tiones. quòd potest intelligi: scilicet fiendas propter negationem
nondum tamen erant factę. Potest etiam dici quod non debet es
se verbum factas, sed factis: vt sic determinet verbum expẽsis. &
tunc concor. cum tex. in corpore. vel dic quod erant factæ. tamẽ
creditor dubitabat an essent sufficientes. ideo non confidens de
eis detulit iuramentum: & ille potius voluit confiteri quàm iura-
re falsum. Si autẽ actor confidit se plenè. & sufficienter probasse,
superfluò deferret reo iuramentum: imò nec tenetur recipere cõ
fessionem sponte oblatam: sed posset dicere volovti probationi-
bus meis, & non curo de tua confessione vt consequar duplum
vel pœnam. vt in. d. l. eum qui. dic vt ibi plenè nota. maximè per
4 Bar. † No. etiam secundùm Bal. q̃ ille qui temerariè litigauit: si
postea cedit liti, condemnatur in expensis. Item q̃ fauorabilior
est condemnatio in expensis quæ in pœna. quia pœna nõ remit-
5 titur propter nouam confessionem. sed secunda sic. † Ex tertio di
cto in versi. [at si post.] no. q̃ ille qui semel negauit intentionem
actoris conuictus de mendacio, potest recurrere ad aliam defen
sionem. & ideo si negasti debitum, & postea factis probationi-
bus dicis te mihi soluisse, vel tibi factum factum de non peten
do, debes audiri. Eodem modo ac si à principio ambas exceptio
nes simul proposuisses negando debitum: & sic exceptionem in
tentionis, & etiam solutionis, vel pactum factum debes audiri: li
cet istæ exceptiones videantur inuicem contrariari. in. c. nullus
pluribus. de regu. iur. libr. vj. vbi ponit Dyn. dicens reum non
posse simul proponere contrarias exceptiones. & si proponit nõ
debere audiri nisi exceptionem proponat conditionaliter hoc
modo. nego debitum: & si probetur, dico me sibi soluisse: tunc
enim bene audiretur per id quod no. glosl. in l. si quidem. j. de ex-
6 cep. † Et eodem modo si primò negauit debitum, & postquàm
fuit probatum allegat solutionem, vel pretium. dicit Dyn. quòd
non est audiendus. & allegat tex. illius authen. qui dicit quòd so-
lutio facta sibi non prodest: si non prodest, ergo nec debet admit
ti ad ipsam probandam, quòd probatum nõ releuat. vt l. ad pro-
bationem. s. de proba. allegat etiam. l. cùm de indebito. ff. de pro-
ba. Et per hoc determinat si reus negauit se occidisse Titium, &
conuictus de mendacio nunc dicit se fecisse ad sui defensionem,
non debet audiri. per istos text. Cyn. hic secundùm Iacob. videt
tur dicere contrarium in hac vltima. q. nec ad istum text. respon
dit Bartol. hic. & in l. nemo prohibetur. ff. de excep. tenet etiam
contrarium. & istum text. & l. cùm de indebito. retorquet con
tra Dyn. dicens, quòd imò faciunt cõtra eum: quia licet nega-
uerit, si dicit postea soluisse, auditur: vt euitet condemnationem
vnius simpli. vt solùm condemnetur in alio. Item text. in l.
cùm de indebito. probat manifestè contra Dyn. quia ibi reus ne-
gauit solutionem sibi factam, & conuictus de mendacio auditur
volens dicere bene fuisse factum, & solutum fore indebitum, &
propter mendacium in hoc solo grauatur, quòd cogitur proba
re debitum: sed si non negasset, non cogeretur probare debitum:
quia præsumeretur debitum: nisi actor probaret indebitum. Ille
~ † tex. facit pro Barto. sed iste videtur ✳ facere pro Dyn. inquantũ
dicit quòd solutio facta sibi non prodest, & sic videtur quòd in-
uito actore non admittatur ad probandam solutionem factam,
postquam sibi non prodest. per dictam. l. ad probationem. nisi
actor vellet quòd condemnaretur in duobus simplis: quia post-
quàm asserit vnum soluisse, admitteretur ad hoc probandum, vt
non condemnetur nisi in vno. sed si actor contentatur in vno,
non admittitur ad probandum solutionem alterius. Præterea cõ
tra istum tex. facit tex. in illa. l. cum de indebito. quia ibi solũ gra-
uatur in onere probandi propter negationem. sed hic grauatur
tur: quia condemnatur in vno simplo, & perdit aliud quòd
soluit: ideo subtilius aduerte: quòd aut negas solutionem fa-
ctam tibi ex tali causa: & postea conuictus de mendacio confi-
teris eam, & etiam confiteris illam causam, sed recurris ad aliam
defensionem, & tunc debes puniri: & defensio illa tibi non pro-
dest ita videtur probare iste tex. quia negasti te recepisse ex cau
sa mutui: & conuictus de receptione confiteris te recepisse ex
causa mutui. sed dicis te mihi restituisse, & tunc puniris: quia per-
dis quòd soluisti: & iteratò cogeris soluere. Interdum con-
fiteris solutionem: sed non confiteris causam. puta dice-
bam me tibi soluisse centum indebitè, tu negabas te recce-
pisse

pisse: ego probaui, tu nũc fateris te recepisse, sed negas quòd in-
debitè, tũc admitteris ad probandũ q̃ debitè: & in nullo alio pu-
niris, nisi in onere probandi. vt in cõtrario. Et ideo in quæstioni-
bus prædictis si primò negasti debitum, & post cõuictus confi-
teris, sed dicis te soluisse, videt quod nõ debeas admitti per hũc
tex. sed si vis dicere q̃ solutio tibi facta, & quã ego probaui, non
fuit facta ex illa causa: puta dicebã me tibi soluisse centũ ex cau-
sa mutui, tu negasti solutionẽ, probaui eã: tu nunc confiteris fuis
se eam factã, sed dicis q̃ non ex causa mutui, sed ex causa dona-
tionis, debes audiri: dũmodo probes per illam. l. si cõfiteris q̃ ex
causa mutui: & nũc vis dicere q̃ eam mihi restituisti, non debes
7 audiri. secundũ Dy. & ista videtur veritas. † & in. q. de maleficio:
quia in inquisitione vel accusatione dicitur quod spiritu diabo-
lico instigante dolosè & mala intẽtione titiũ occidisti: tu negasti
occidisse: & cõuictus de occisione dicis quod nõ dolosè, nec ma
la intentione, sed ad tui defensionẽ, debes audiri: tamen grauaris
in onere probandi. quia occisio est de genere prohibitorũ: & sic
præsumitur quod mala intentione occidisti. nisi cõtrarium pro-
betur. l. vt. si nõ conuinti. j. de iniu. Et ex prædictis subtilius & ve-
rius patet veritas istarũ. q. & arti. & Dy. non meruit reprehendi
ita indistinctè. in cõsulendo tamen nõ recederẽ à determinatio-
ne Bar. Quidã autẽ in. q. maleficij distinguũt. quod aut reo fuit
delatũ iuramentum quod diceret merã & plenam veritatem, &
sub isto iuramẽto negauit factũ, scilicet se occidisse: cõuictus de
mẽdacio nõ potest dicere q̃ ad sui defensionẽ. si simpliciter fuit
dictũ q̃ respõderet ad inquisitionẽ. habet locũ determinatio de
qua. s. vt possit excipere. Cõtra quã tamen facit quod habetur in
c. dilecti. de accu. quia confessionẽ suã nõ potest quis perimere,
sed declarare, vel limitare sic. Ad quod respõdit Io. and. in. c. nul
lus pluribus de reg. iur. in. vj. qa aliud in confessione quã quis se-
mel facit ad commodum aduersarij: & vt postea eam non possit
perimere: qa ius acquisitũ est aduersario, qui in ea consentit: licet
possit modificare & exponere. Aliud verò in negatione, ex qua
non est quæsitũ ius aduersario: quia in ea non cõsensit, vt possit
etiã eam perimere. de quo Bal. hic facit mentionem. licet nõ alle
8 get Ioan. and. Tene menti &c. † Circa istum articulum de excep.
pluribus contrarijs vide per Bar. in. d. l. nemo, phibetur. Hic sunt
aliquæ gl. substantiales. vna est glo. ij. quæ tenet quod ista auth.
quæ loquitur de negante scripturam propriã, debeat intelligi de
illa scriptura quæ est facta ad obligationẽ contrahendã. propter
a tex. qui dicit [ex qua cõuenitur:] qa dictio ex [a] denotat causam
proximã. vnde ex ea nõ cõueniretur nisi q̃ duceret obligationẽ:
& ista est scriptura cõtinens numerationẽ factã ex causa mutui,
& tẽpore ipsius scripturæ cõfectæ. vt dixi in. l. si ex cautione, sed
si esset facta ad probationẽ tantùm, puta ex causa alia quam mu
tui, quæ nõ producit obligationẽ, sed facit probationẽ. l. Publia.
s. fi. ff. depositi. vel ex causa mutui: tamen tunc non facit, sed du-
dum antè: puta quod recœpisti centum iam est annus ex causa
mutui. nam glo. vult quod tunc ex confessione nõ oriatur actio,
sed fiat probatio: & tũc quia ex ea non cõueneris, sed ex mutuo
dudum facto. vult glo. quod si eam negas, & cõuincaris de men
dacio, non puniaris. Bal. hic tenet contrarium: quia eadem est ra
tio. nec obstat tex. dum dicit, [ex qua conuenitur:] quia potest
exponi [ex qua.] i. propter quam. Alia est gl. super verbo. [in du
plum] quæ dicit quod si non præcesit numeratio, ambo simpla
sunt pœna: sed si præcesit, vnum tantùm est pœna. Ista gl. in pri
mo dicto vult quod si negas scripturam manu propria factam,
in qua continetur quòd recœpisti centum à me mutuò, & dicis
eam non fuisse factam manu tua. non tamen probo numeratio-
nem, quod debeas condemnari ad ducenta: & tota sunt pœna.
Nico. ma. & Bal. (qui non ponderauerunt istam glo) dicũt con-
trarium. quòd nisi probem numerationẽ, propter mendacium de
scriptura non debes puniri. tali ratione satis bona: quia si confi-
teris scripturam, mihi non prodesset tua confessio, si negas nu-
merationem. nisi ego probem: si sumus infrà biennium. vt. s. eo. l.
si ex cautione. si non prodesset confessio ergo negatio mihi non
nocet, si numerationem non probaui: si non nocet, non debes ex
ea puniri. per tex. in. l. fundũ. in fi. ff. de noua. & sic in nihilo con-
demnaris: tamen gl. vult quod condemneris in ducentis. & istud
est satis sustentabile. Alia gl. super verbo. [abnegat.] dicit hanc
auth. habere locum in tribus casibus. scilicet quãdo negasti scri-
pturam manu propria & etiam numerationem in ea contentam.
& hoc est verũ. Item quando numerationẽ a
tantùm, & non scripturam contentam, ta-
men in scriptura: & hoc est etiam verũ. Itẽ
scripturam tantùm, & non numerationem
in ea cõtentam: & hoc est falsum: quia si cõ
fiteris numerationem, negatio scripturę mi
hi non nocet: cùm habeam intẽtionem fun-
datam: & sic non debes condemnari ad pœ
uam. vt s. dixi. sed si numeratio nõ cõtinere
tur in scriptura facta manu propria, sed in
alia, puta publico instrumẽto licet de mẽda
cio conuincaris, nõ habet locum pœna hu
ius auf. & hoc vult gl. super verbo [numerationem.] & sic indi-
stinctè loquitur in quacunq; scriptura contineat. Bal. & alij do-
cto. sequuntur intellectũ gl. quia plus delinquit quãdo cõuincit
9 in sua scriptura quàm quãdo in aliena. † Vltimò Bal. dicit ex hac
auf. colligi practicã. si habeo scripturam de manu tua, q̃ antequã
incipiam agere, faciam te citari ad recognoscendum scripturam
an sit de manu tua, vel nõ, ad præparationem iudicij. & si tunc
negasti, non debes officio iudicis condemnari nisi dem libellum
& petam te condemnari condi. ex ista auf. ad probãdum manda
tum. quia quæ cõtingũt ante lit. cõtest. nõ pertinẽt ad officiũ iu-
dicis: nisi petãtur. iuxta. l. ædiles. §. item sciendũ. de ædil. edic. Sed
si prius petam quãtitatem, & post lit. cõtest. producã scripturam,
& tu eam negas, & ego eam probẽ, & sic officio iudicis: sine alio
libello poteris ad duplum condemnari per eum. §. Item sciẽdum
quia quæ cõtingunt post lit. contest. pertinent ad officium iudi-
cis: licet nõ fuerint in libello petita. dummodo simplici verbo pe
tantur: sed & si condemnatio facta nõ fuerit, lite finita poterit pe
ti condictione ex ista auf. per l. j. §. de iudic. quia potest peti iure
actionis, non solùm officio iudicis mercenario.

sufficit vt valeat solutio: & non possit retractari. nisi probetur indebitum. vt in illa. l. cum de indebito. quæ fortiter vrget pro ista parte. Tene mẽti. Item potest tolerari si promissio esset facta sub conditione: vt promitto tibi decem si nauis ex Asia venerit: licet enim non exprimatur alia causa, solus euentus conditionis habetur pro sufficienti causa. vt est tex. not. si bene inspiciatur in. l. à titio. ff. de verb. obliga. per quam l. semel vidi consuli quasi per omnes docto. solenniores Florentiæ, cum quidam promisissent cuidam centum si vsque ad octo dies plueret, quia fuerat magna siccitas: & ille asserebat quod deberet pluere, & pluit: quærebatur an posset illa centum petere, dicebatur quod non. quia ista stipulatio non continebat causam obligatoriam: & sic obstabat exceptio doli per illum. §. circa. l. ij. ff. de doli excep. contrarium fuit consultum per illam. l. à titio. & etiam ita obtentum est: licet ego non fuerim ausus consulere. Tene menti. extra istos casus Bal. tenet eam non valere, tanquam fatuè emissam. d. §. circa. si appareat quod ex tali scientia: & dicit non præsumi causam donationis. nisi qualitas personarum: & etiam quãtitas promissa suadeat contrarium. sed hoc non fateor, si instrumentum diceret talis sciens se ad infrascripta non teneri, promisit tali tantum: quia dicta verba non possunt aliud importare quàm donationem: sed si dicta verba non fuissent apposita, licet appareret quod ex certa scientia, posset sustineri dictum Bald. per illum. §. circa. qui præ-

18 cisè loquitur. † Item quod. ŝ. dixi. de confessione facta in vltima voluntate, quod aliquando facit probationem, aliquando induc it legatũ. intelligo sanè nisi per hæredem probaretur quod fuisset per errorem emissa. per. l. j. cum ibi no. j. de falsa causa adie. lega. Non sunt alia.

a *Contra confessionem quæ emanauit ad liberandum, non potest creditor opponere post triginta dies quòd pecunia non fuerit numerata.*

1 *Præscriptio maioris temporis quando per legem nouã redigitur ad minus tempus, quòd tunc omnia quæ habent locum in prima, uendicent etiam sibi locum in secunda, & quid in statutis?*

4 *Præscriptio longissimi temporis, an hodie currat minoribus & quid in præscriptione statutaria, quæ loco eius succedit?*

5 *Confessio mutui si fiat in ultima uoluntate, an possit opponi exceptio non nume. pecu.*

6 *Contra confessionem factam sub spe futuræ causæ, an possit quis etiam opponere exceptionem non nume. pecu.*

7 *In priuata scriptura manu debitoris scripta non refert qualiter loquatur, siue dicat confiteor me habuisse & recepisse, siue dicat notum sit omnibus quòd habui ex mutuo à titio: quia potest obijci exceptio non nu. pecu. sed in instrumento publico refert, quia si notarius attestatur de confessione, est idem: sed si de numeratione, secus.*

8 *An lapso biennio possit obijci exceptio non nume. pecu. si debitor uult in se assumere onus probandi?*

9 *Si in causa mutui fecisti confessionem per scripturam manu tua scriptam qualiter recepisti centũ à me mutuò, & post biennium sequatur numeratio, an tũc oriatur obligatio ex numeratione, an uerò ex ipsa confessione oriatur obligatio literarum?*

10 *Si renuntiatum est exceptioni non numeratæ pecuniæ, an nihilominus possit opponi exceptio doli, uel in factum?*

LEX XIIII.

1 IN contractibus. †Quinquennium intra quod olim poterat opponi hæc exceptio per hanc. l. reducitur ad biennium: & qui poterant opponere etiam post quinquennium, potent etiã post biennium. h. d. ista solennis lex vsq; ad. §. [sed quo-

2 niã.] † In tex. ibi. [nullo modo:] scilicet in sua ꝓpria natura. quæ est vt transferat onus probãdi in creditorẽ: sed in natura nõ propria. scilicet si vult probare numerationẽ nõ factam, bene potest proponere etiã post biennium. per. l. assueratio. ŝ. eo. & ibi tetigi secundùm Iac. balduini. cuius opinionem gl. sequuntur. & hoc in confessione quæ tendit ad obligandum. sed in illa quę tendit ad liberandum, contra quam potest opponi dũtaxat in xxx. dies. vt in ea. l. §. super cæteris. tenet ibi Bal. eam non posse proponi post lapsum. xxx. dierum. etiam si velit probare cõtrarium: & hoc videtur sentire gl. super ver. nec ei liceat. & in. §. illo. super versi. offerre. Tene mẽti. Et adde quod dicam super gl. pe. in prin. ibi ad-

3 dam aliũ casum. † In tex. ibi: [licet biennium pro quinquẽnio.] no. & tene mẽti secundùm Bal. q̃ quando præscriptio maioris temporis. per. l. nouã redigitur ad minus tempus, omnia quæ habẽt locũ in prima, vendicãt sibi locum in secunda: & ideo statutum præscriptio. xxx. anno. quæ currit de iure cõmuni in actionibus personalibus, vel etiam realibus quando possessor nõ habet titulum, reducetur ad minus tempus: puta. xxx. anno. vt est in ciui-

a tate ista sicut præscriptio. xxx. anno. de iure a communi interrũpitur. ista præscriptio statutaria. si statutum aliter non disponit licet de iure cõmuni præscriptio lõgi temporis. x. vel. xx. anno. quæ currit cum tit. in actionibus realibus, nõ interrũpatur nisi per lit. cõte. vt in. l. more litis. ŝ. de rei vẽdi. hoc expresse determinat Bart. quẽ Bal. nõ allegat

4 in. l. ij. §. fi. ff. q̃ emp. licet alleget istũ tex. † Itẽ isto anno habui de facto casum. nã præscriptio longissimi tẽporis etiã hodie currit minori: siue fuerit cœpta cõtra defunctũ, siue incipiat cõtra eum, nisi sit pupillus: quia durante pupillari ætate nõ currit: vt. l. sicut. in fi. j. de præscri. xxx. anno. iũcta. l. fi. in fi. ŝ. in qbus casibus in integ. resti. nõ est necessaria. sed aliæ præscriptiones minoris temporis, puta lõgi, hodie nõ incipiũt currere cõtra minorem: licet olim secus. vt in. d. l. fi. Quid erit in præscriptione statutaria longi temporis, quæ succedit loco præscriptionis. xxx. anno. qa currit sine titulo: an incipiat currere cõtra minorẽ? quidam hoc nõ considerantes per illam. l. fi. habebant pro expedito q̃ non: dixi quod non bene cogitabant. propter istam rationem: quia succedit loco præscriptionis. xxx. anno. & sic debes in ea dicere idẽ quod in illa respõsione. pro nunc eis aliter non determino: qa quæstio pẽdet de facto: & est satis dubia. quod tene mẽti perpetuò. † In gl. j. ibi. [ŝ. eo. l. aduersus.] & ideo tenet hic Cy. q̃ si

5 talis confessio mutui fiat in vltima voluntate: supple & sit eaius in quo facit probationẽ: vt si facta est parte prælente, vel si interuenit iuramentum defuncti iuxta ea quæ habentur in. l. cũ quis decedẽs. §. codicillis. de leg. iij. per Bar. quia tunc nõ præsumitur fieri ꝑ futuræ numerationis. etiam infra biennium non poterit opponi. Idẽ tenet si facta fuerit in iudicio per modũ cõtentiosæ iurisdictionis: puta respõdendo libello, vel positionibus. eadẽ ratione: quia nõ videtur fieri ꝑ futuræ numerationis: sed pro futura sententia, vel præcepto. ed si nõ corã iudice habente potestatem iudicãdi: sed corã notario, qui dicitur iudex ordinarius, & nõ habet potestatẽ iudicandi in cõtentiosa iurisdictione: sed duntaxat authoritatem interponẽdi in his quæ sunt de voluntaria iurisdictione. iuxta no. in. l. j. ff. de iurisdict. omn. iudi. in gl. fi. vel pe. Si ex forma statuti potest facere præceptũ guarẽtigiæ: & quis corã se per tale instrumentũ se obligauit: & præceptũ recepit, nihilominus infra biennium poterit eã opponere. quia satis est verisimile tunc quod fecerim causa futuræ

6 numerationis. h. d. etiã Cy. no. † In gl. ibi. [licet videatur contrarium.] i. quod etiam quando nõ ꝑ futuræ numerationis possit obijci. vt. l. si sub specie per gl. allegatã. sed dic q̃ ibi saltẽ sub ꝑ futuræ causæ. ideo si causa nõ sequatur, propter quam confessus fuerat se mutuo recepisse: potest obijcere excep. non nume. pe-

7 cu. & non subsecutæ causæ. vt in illa. l. † In glo. seq. in princi. ibi. [ergo ita est.] supple. & sic non poterit opponi ista excep. cuius

8 contrarium dicitur in text. † In ea. glo. ibi. [hic erat priuatum instrumentum.] expone. i. priuata scriptura manu debitoris scripta in qua non refert qualiter loquatur: quia siue dicat confiteor me habuisse & recepisse, siue dicat notum sit omnibus quod habui ex mutuo à titio, semper poterit opponere: quia totum hoc est de confessione: sed in instrumento publico refert an notarius attestetur de confessione: & idem an de numeratione, & tunc secus. vt in contrario gloss. & no. ŝ. eodem. l. si ex cautione. In glo. ibi. [quod non probat.] Ista gloss. non ponit bonam rationem: quia tunc esset verbum ibi. quòd non probaret etiam confessionem, quando debitor negaret eam scriptam de manu sua: & tunc quandoque posset opponere de pecunia non numerata, si scriptura non probaretur per testes, vel comparationem literarum: sed nos loquimur quando probat confessionem; quia confitetur eam scriptam de manu sua: sed negat numerationem: & tunc habet locũ id quod vult gl. & text. quod intra biennium tantum potsit obijcere, postea non:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia habet contra se suã confessionẽ:& habent locũ ea quæ ſ. di xi.in fi.gl.ibi. [Alij dicunt hic contrahi etiã per verba præſentis temporis.] Hoc etiã videtur ſentire gl.j.in prin.in l.ſi ex.cautione.ſ.eo.& inſtit.eo.§.planè.& Bal.hic ſecundũ Cy.tenet precedentem.ſ.l.proxi.in j.q.plenè diſputando præcipuè per l. Publia.§.fi.ff.depoſiti.ſed & illa loquitur in cõfeſsione facta ex alia cauſa quã mutui.ex qua nõ oritur obligatio literarũ.& pro precedenti ergo op.facit ratio fortis:quia ſi non orietur ex ſola confeſsione,ſed duntaxat ex verbis futuri tẽporis:puta,promitto reddere,non video q vnquã orietur obligatio literarũ: quia verbũ promitto,ſiue cõtineatur ſcriptura publica,ſiue priuata, preſumptione iuris intelligitur.ſ.per ſtipulationẽ:vt in l.ſciendũ.de ver. oblig.& j.de cõtrah.ſtip.l.j.quare ergo eſt neceſſaria obligatio literarũ,quæ potius eſt ſubſidiaria:& inducta per Iuſtinianũ,non video:& ſic eſt ſpeciale in confeſsione facta ex cauſa mutui per ſcripturã de manu propria q̃ inducat obligationem,licet contineat enuntiationẽ:& non diſpoſitionẽ cõtinentibus his duobus. In gl.quæ incipit nec ſi vellet.ibi. [ſed Iacobus contra.] cuius
8 opi.gl.ſequuntur.†Sed põt diſtingui aut emanauit confeſsio facta in ſcriptura propria in cauſa mutui:& tunc quia lapſo bienio producit obligationẽ efficacẽ ad petendũ, quæ dicitur obligatio literarũ,non poterit debitor probare cõtrariũ etiã per confeſsionem creditoris q̃ nõ numerauit:quia iſta non eſt præſumptio:ſed fictio poſtquã ius præſumit & ſtatuit q̃ debitor efficaciter obligeẽ.cõtra quã fictionẽ nõ admittitur probatio in contrariũ etiã per confeſsionẽ partis.iuxta no.in l.ſiue poſsidetis. ſ. de proba.& patet in tacita ſtipulatione quæ fingitur interuenisse in cauſa dotis.vt j.de rei vxo.act.l.j.Aut eſt talis cõfeſsio quæ non producit obligationẽ poſt bienniũ:vt quia non eſt confecta manu propria,ſed continetur in inſtrumento publico,vel fuit facta corã teſtibus,& iſto caſu poteſt probari contrariũ vel per confeſsionẽ creditoris,ſi poſt bienniũ confitetur ſe numeraſſe: vel etiã per teſtes,qui fuerunt preſentes:quia inſtrumentũ non facit preſumptionem iuris & de iure,ſed iuris tantũ.contra quã probatio in contrariũ admittitur:& ita intellige quod ſequitur in glo. ibi: [quid autẽ ſi creditor:] & illã puto veritatẽ: quia non eſt verũ q̃ Ioan.tantus gloſſator,qui tenuit poſt bienniũ nõ admitti probationem in contrariũ etiã per confeſsionẽ partis, ſomniauerit. vel tantũ errauerit:ſed dicto modo reducuntur ad concordiã dicti doctores:& hoc modo tangitur per doctores. Et hoc in cõfeſsione quæ emanauit ad obligandũ:ſed in illa quæ ad liberandũ, 2
9 locũ habet quod ſuprà dixi ſupra textũ.†In gl.ibi.[Item pone.] No.iſtam gl.quæ vult q̃ ſi in cauſa mutui feciſti confeſsionem per ſcripturam tua manu ſcriptam qualiter recepiſti centum à me mutuò,quæ confeſsio eſt apta producere obligationem literarum poſt bienniũ:q̃ ſi ſequatur numeratio,nõ oritur obligatio ex numeratione:quæ potius videtur fieri cauſa implendæ cõfeſsionis,quã vt de ſe obligationẽ inducat:ſed orietur ex ipſa confeſsione obligatio literarũ.ſicut videmus in ſtipulatione facta in cauſa mutui de pecunia numeranda,q̃ ſi poſtea numeratur, nõ oritur ex numeratione,ſed ex ſtipulatione.vt l.cũ enim.ff.de nou.Et hoc eſt vtile:quia ſi hoc eſt verũ,ſi agereẽ ex numeratiõe, etiã ſi eã probaret,ſuccũberet:quia ageret ex cauſa nõ producente obligationẽ:nõ ergo deberet dicere in libello dico q̃ numerauí tali tantũ,ſed debet dicere dico q̃ talis confeſſus eſt per ſchedulam de manu ſua qualiter recepit à me centũ mutuo.ideo peto ipſum cõdemnari.iuxta ea quæ dixi in l.ſi ex cautiõe.& quod no.per Bar.in l.j.§.ſi quis ita.ante fi.de verb.obli. & l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.& l.certi condictio.§.ſi nũmos.ff.ſi cer.pe. ego tñ dixi cõtra.in l.ſi ex cautione:quia nõ videram iſtam gloſ. quia nõ reperitur hoc iure cautũ.& q̃ maioris eſt virtutis ſtipulatio vt trahat ad ſe virtutẽ numerationis,quàm ſit ſcriptura cõfeſsionis:ideo poteſt dici quod ex vtraq; poſsit agi.nam & Bald. tenet q̃ ſi agat ex numeratione,& de ipſa articuletur, & producatur cõfeſsio ad ꝓbandum,debeat actor obtinere; quia nõ extranea eſt probatio,ſed intrinſeca.vide quod idẽ no. in l.nõ epi-
10 ſtolis.ſ.de proba.†In gl.ibi. [excep.doli,vel in factũ.] Iſta glo. vult q̃ renuntiatio valeat,quantum ad hoc vt nõ poſsit opponi exceptio non nume.pecu.hoc videẽ tenere pro cõſtanti. Sed dubitat an hic nõ abſolutè poſsit opponi exceptio doli,vel in factũ habens eandem vim.Tu dic quod ſi in eodem inſtrumento quo fuit cõfeſſus,renuntiauit:nõ valet renũtiatio:quia eadem fragilitate præſumitur renuntiaſſe qua & confeſſus fuit:ſcilicet cupiditate habendi pecuniam.Si autem ex præfata:nec illam:nec exceptionem doli,vel in factum (quæ tendunt ad idem) põt opponere:ſi vellet transferri onus probãdi in aduerſarium: quia renuntiatio debet aliquid operari, ſed ſi vult aſſumere in ſe onus probandi,renuntiatio nõ nocet.quominus tam illam quã ipſam poſsit opponere:aliàs eſſet imponere legem verbis,& non rebus ſi faceremus.quales ſunt minores:& abſentes:dic iſti poterunt opponere quinquenniũ mediãte reſtitutione in integrum: quia ipſo iure currebat tempus.hodie contra minores non currit ipſo iure:& ſic non indigent reſtitutione per l.fi.ſ.in quibus cauſis in integ.reſtitu.non eſt neceſſa.ſed hoc nõ reperitur in abſente cauſa reipublicæ.ideo currit.

2 ☞ *Quando maritus nulla præcedente promiſsione de dote ſibi danda confitetur ſe recepiſſe aliquam quantitatem in dotem,tunc habet exceptionem non nu. dotis ſecuſ ſi promiſsio præcedat.*

3 *Licet in confeſsione facta ad obligandum diſtinguatur inter cauſam mutui,& alias cauſas,ut in prima locum habeat exceptio infra biennium,in aliis generaliter non habeat locum.tamen in confeſsione quam facit creditor ad liberationem debitoris,nõ diſtinguitur ex qua cauſa eſſet creditor,cum ante xxx.dies non probet numerationem:ſed poſt xxx.dies ſic.*

4 *Quid ſi creditor ſolum confiteatur debitorem ſibi non teneri,nel ipſum liberaſſe per pactum,nel acceptilationem?*

5 *Qui confitetur habuiſſe aliquid in depoſitum, an poſsit hanc exceptionem opponere? & nu. 6.*

Depoſitarius,quando poſsit uti re depoſita?

6 *Cautela pro illo qui mutuat,quod faciat ſcribi de depoſito,non de mutuo.*

7 *Si mulier ſoluto matri.confitetur dotem ſibi reſtitutam,an habeat exceptionem non numeratæ pecuniæ?*

1 §.Sed quoniam.†Per alias leges huius tit. prouidet debitoribus,qui ad ſe obligandum confitẽtur recepiſſe quod non receperunt.hic vſq; ad §.in omni. prouidetur creditoribus qui ad alium liberandũ ſimiliter confitentur recepiſſe quod non receperunt:& ponuntur tres caſus in iſto §.vſq; ad §.ſuper cæteris.in quibus confeſsio creditoris ſtatim præiudicat:& probat numerationem. ſupple niſi per ipſum probetur contrarium.poſtea in §. [ſuper cæteris.]traditur regula generis in quocũque creditore:& ex quacunq; cauſa confitẽte ſe recepiſſe à debitore, vt talis confeſsio non præiudicet ſtatim:ſed poſt xxx.dies.interim verò habet exceptionem non nume.pecu.per quam transfert onus probandi in debitorem quòd
2 numerauit.h.d.vſq; ad §.illo.†No.hic tertium caſum in verſicu. illis.§ qui non eſt alibi.per quem limitabis.j. de dote cauta non nume.& etiam tex.huius l.in fi.de quo op.glo.quæ incipit [nec illam.] vt debeant intelligi quãdo marítus nulla præcedẽte promiſsione de dote ſibi danda,confitetur habuiſſe & recepiſſe aliquam quantitatem in dotem: vt tunc habeat exceptionem non numeratæ dotis infra tempora.de quibus in auſ.ibi poſita: ſed ſi præcedente promiſsione ſibi facta de dote danda per mulierem vel per alium eam dotantem poſtea confiteatur ſe habuiſſe: & recepiſſe ea quæ ſibi fuerant promiſſa,ſtatim talis confeſsio præiudicat,vt non habeat exceptionem non nume.dotis. quod perpetuò tene menti:& iſte eſt verus intellectus.ſecundũ quod ſentit Io.an.in addi.Spe.ti.de dona.inter virum & vxo. ſuper rubrica in fi.per quem ſoluitur contrarium formatum in illa glo.quæ incipit [nec illã.] de tex.huius l.in fi.& dicto ti.de dote cauta.licet glo.aliter videatur ſoluere.ſed non bene.†Item no. in §. [ſuper cæteris.] quod licet in confeſsione facta ad obligandum diſtinguatur inter cauſam mutui, & alias cauſas: vt in prima locũ habeat hæc exceptio infra biennium:in aliis generaliter non habeat locum:ſed ſtatim præiudicet.vt in l. generaliter. in confeſsione tamen quam facit creditor ad liberationem debitoris, non diſtinguitur ex qua cauſa eſſet creditor.imò indebita confeſsio non probat numerationem vſque ad xxx.dies. etiam ſi erat creditor ex alia cauſa quàm mutui. quo caſu confeſsio debitoris ad obligandum ſtatim præiudicaret: vt in l. precedenti. & tamen confeſsio creditoris ad liberandum non ſtatim præiudicat: ſed poſt triginta dies. quod videtur ſatis mirabile: ſed aliud ſtatuitur pro debitore: quia tranſactis triginta diebus non poteſt opponi exceptio illa per creditorem, etiam ſi velit probare contrarium:ſcilicet numerationem non fuiſſe factam. per illum text. in fine dum dicit [nec liceat ei &c.] ita videtur intelligere
4 Bal.†& aduerte,& pondera tex.dum dicit [in quo numeratio pecun

pecuniarum,vel datio certarum ſpecierum ſcripta eſt &c.] quia tex. loquitur in confeſsione continente numerationẽ eius quod debetur,vel ſolutionem eius quod debetur.ſed ſi hoc non continetur,ſed confitetur creditor debitorẽ ſibi non teneri, vel ipſum liberaſſe per pactum,vel acceptilationem. iſte tex.non habet locum.imò confeſsio ſtatim præiudicaret per.l.tale pactũ. in prin. ff.de pac.& ita ſentit Bart.in.l.ſi ex pluribus.ff.de ſolu.licet gl.ſi. in.l.præcedenti.quæ incipit no.fidem poſt prin.videatur ſentire quod qualitercunq; confeſsio fiat ad liberandum, non præiudicat niſi poſt.xxx.dies.quod etiã videtur tenere Iac.bur.& Ang. in.d.l.tale pactum.ſed non eſt verum. vt dixi ſuper dicta gl. per iſtum tex.qui non loquitur niſi in confeſsione cõtinente nume-
5 rationem,vel ſolutionem.Tene menti perpetuò.†In gl.quę incipit [cũ hæc lex] ibi.[nec ego diſtinguo:]dic quod reuera iſte.§. loquitur in deponente, qui erat creditor:& confitetur ſe habuiſſe depoſitum:ſed in depoſitario loquitur.l.præcedẽs.quæ eſt generalis.ex quacunque cauſa debitor cõfiteatur habuiſſe.Sed aduerte : quia in depoſito certarum ſpecierum procedit ſine dubio quod confeſsio depoſitarij ſtatim præiudicat. non tamẽ videtur confeſſus ſpe futuræ traditionis:cum nõ recipiat ad ſuum commodum, ſed potius ad onus. vt cuſtodiat. Quid ſi confitetur ſe habuiſſe pecuniam in depoſitum? & tunc dic quod ſi ſignatam in ſacculo,quo caſu eſt idem depoſitum:& tunc quia non poteſt ea vti,idem.Si verò non ſignatam:ſed numeratam,quo caſu etiã poteſt dici depoſitum ſi ita fuit actum:licet egrediatur fines depoſiti:quia poteſt ea vti:& obligatur ad tantundem in genere.ſicut in mutuo. l.Lucius. ff. depoſiti. dicendum eſt quod habeat exceptionem non numeratæ pecu.infra biennium.ſicut ſi cauſa mutui. vt potius rebus quàm verbis lex ſit impoſita: ſicut enim auiditate habendi pecuniam eſt facilis ad reſpondendum antequam habeat ex cauſa mutui:ita & ex cauſa depoſiti. poſtquam poteſt ea vti. Bald.tenet contrarium. niſi appareat quod in frau-
6 dem mutui fuerit facta confeſsio depoſiti. †Et not.pro eo quod dixi in.l.precedẽti.quod ille qui mutuat ſit cautus:vt faciat ſcribi de depoſito,non de mutuo. nam hoc prodeſſet. niſi appareret quod pecunia fuerit petita mutuo dari: & creditor voluit quòd conficeretur confeſsio de depoſito:quia iſta eſt cautela.& ſic nõ prodeſſet.Tene menti perpetuo,quia ſunt vtilia,& quotidiana. Nam & in ſimili videmus quòd ex tali depoſito:licet aſcribatur mutuo, cum tamen ſit contractus bonæfidei de iure ciuili venirent vſuræ ex mora.l.mora.ff.de vſu:ſs.& in.l.publia. §.Lucius. ff.depoſiti.& tamen ſi fuiſſent data mutuo non venirẽt:quia eſt contractus ſtricti iuris, in quo citra ſtipulationem non veniunt. vt.l.quamuis.j.de vſuris. & ſic non poteſt negari quin fiat vis in verbis.& aliud eſt dicere mutuo tibi.aliud depono pœnes te tantam pecuniam numeratam: licet hoc ſecundo caſu poſsit vti ſicut in principio: & obligetur etiam ad tantundem in genere ſicut primo. & videatur omnimodo ſimilitudo. vnde Florentiæ ſemper fiunt ſcripturæ de depoſito, non de mutuo, & ſcripturæ manent in manibus mercatorum, quia fauorabilior eſt contractus depoſiti quàm mutui. In gl.ibi. [de fide inſtru.] §.j.dic breuiter,quòd ſbi depoſitarius negabat ſcripturã eſſe de manu ſua. vnde non facit fidem niſi per tres teſtes approbetur qui viderint eam ſcribi:& per comparationẽ literarũ iuxta ea quæ dicta ſunt
7 in.l.comparationes.*ſ.de fide inſtru.Si autem confitetur eam: ſed negat ſe habuiſſe depoſitũ : & dicit quòd ſub ipe futuræ traditionis vel numerationis fuit confeſſus tunc non auditur. imò ſtatim confeſsio ſibi præiudicat. vt in.l. præceden. & ita intelligę quod dixit gl.ſ.& ad hoc tendũt ſolutiones gl.quæ infrà ſubiũciuntur.] In glo. [nec illam.]ibi.[vel hic propria.]No. illã ſolutionẽ in ſe,quod quãdo mulier ſoluto matri.confitetur ſibi dotem reſtitutã,habet exceptionem non numeratæ pecuniæ.intelligo.l.infra.xxx.dies:quia ipſa eſt creditrix:licet maritus qui confitetur ſibi dotem traditam habeat exceptionem non numeratæ dotis in maiora tempora,quæ habentur.j.de dote cauta non numerata.auth.ibi poſita quod tamen eſt verum vt.ſ. dixi. quando non præceſsit promiſsio de dote danda,quo caſu loquitur ille titulus.& etiam poteſt loqui tex.huius.l.in fi. licet gl.ipſum intelligat in vxore confitente dotem ſibi reſtitutã. in iſta ſolutione intellectus eſt etiã bonus:vt conueniat huic ſcilicet,ſenatuſcõ.quę loquuntur de confeſsione creditoris.tamen verã ſolutio ad contrarium gl.eſt illa quam.ſ.dixi quòd etiam quãdo maritus confitetur habuiſſe dotem ſi præceſſerat promiſsio de dote danda nõ habet exceptionẽ hanc:ſed ſtatim confeſsio præiudicat.& hic eſt caſus qui non eſt alibi reiectis ſolutionibus aliꝭ, quæ ſunt diuiſiones & patet ex tex.dum dicit poſt confectionem dotalium inſtrumentorum ſupple in quibus continebatur promiſsio dotis dandæ.& ita ponit Io.an.in loco præallegato.Et ideo iſto modo conſulendo ita dixi:& eſt magna limitatio ad illum titulũ. & miror,q̃ nec Bal.nec Ang.hoc ponderauerint:ſed tenent primã ſolutionẽ gl.quæ eſt truffa. In gl.ibi.[de quadriẽnij præſcriptione.]dic ſecundũ doct.ſi apparet de numeratione facta procuratori fiſcali:licet ille procurator efficiatur poſtea nõ ſoluẽdo hoc non nocet ſoluentibus:ſed imputet ſibi fiſcus cur talem poſuit ſi non apparet de ſolutione:ſed ſolum de confeſsione.tunc aut facta fuit ſoluẽniter,& more ſolito idem. Si autem more inſolito:& non ſolenniter tunc in ſubſidium illo exiſtente non ſoluẽdo poteſt fiſcus agere contra debitores & exigere niſi probent veram ſolutionem ſecundùm Andream de barulo in.l.fiſco. de conue. fiſci.debito.lib.x.C.& hic.per Cy.in fi.

2 ☞ *Poſitio negatiua,an admittatur?*

3 *Quando non ſit manifeſtæ turpitudinis nolle iurare,nec iuramentum deferre?*

4 *Lapſo termino ad probandum, ſi quis non poſsit petere alium terminum, an etiam prohibeatur facere poſitionem?*

1 §.Illo videlicet.†Tranſacto tempore proponendi querelã:vel exceptionem nõ numeratę pecuniæ non admittitur qui cõfeſſus eſt ſe habuiſſe:& recepiſſe ad deferendum iuramentũ aduerſario q̃ iuret an numerauerat vel nõ illo nolente iurare.h.d.ſatis no.Si ergo vult probare per teſtes q̃ non habuit nec recepit:bene admittitur poſt lapſum tẽporis,ſi confeſsio facta fuit ad obligandũ.vt no.ſ.eo.l.ſi ex cautione.& in l.precedenti.in vlt.gl.ſecundùm Iac.balduini. & dixi.ſ.in prin.l.in gl.quæ incipit nec ſi vellet.ſed ſi nõ vult probare per teſtes:ſed releuari ab onere probandi deferendo iuramẽtum creditori quòd iuret an numerauerit vel non creditor non tenetur ſubire iuramentum : quoniam habet intentionem ſuam fundatam ex confeſsione aduerſarij vna cum lapſu temporis. caſus eſt ſingularis hic.& ideo non admitteretur debitor ſi faceret poſitiones negatiuas, & peteret aduerſarium compelli reſpondere ſub iuramento.& hoc vult gl.ſuper verbo [offerre.]†Sed oppoſitum fortiter duobus modis.primo de.c.j.de confeſ.lib.vj.vbi habetur quòd admittitur poſitio negatiua : vt quis poſsit eã probare per confeſsionem aduerſarij.dicit hic Cy.quòd illud. c.fuit factũ de cæcitate & orbitate canoniſtarũ, non de ſubtilitate iuris ciuilis quia ſicut negatiua non poteſt probari per teſtes:ita non auditur volens aduerſarium compelli ad reſpondendum ſub iuramento dictæ poſitioni negatiuæ per iſtum tex.vbi dicit eſſe caſum.Sed ſalua reuerentia malè loquitur:& maior fuit cęcitas ſua:qui non conſiderauit iſtum tex.qui loquitur quãdo aduerſarius habebat intentionem ſuam fundatam ex confeſsione ſua & ex lapſu temporis. & hoc ſufficiebat ſibi nec habebat neceſſe aliter probare. imò conſuetudo quod ille qui ſufficienter probauit teneatur iurare improbatur à iure.vt habetur in.c. ij.de proba. licet audiam quod ſeruatur Vicẽtiæ de facto quòd quantũcunq; quis probauerit intentionẽ ſuam non habeat pro ſe ſententiã:niſi iuret ſe fouere iuſtitiam:quando autem non haberet intentionem ſuã fundatam : tunc loquitur illud. c.vt poſſet facere quis poſitionẽ negatiuam : & compellere aduerſarium ad reſpondendum medio iuramento : ſileat ergo Cy.qui tantùm obloquitur de canoniſtis qui fuerunt valẽtiores eo:& non niſi ſummi legiſtę.Eodẽ modo reſpõdetur ad illud contrariũ quod faciunt hic Doct. & non viderunt lumẽ ad reſpondendũ.icilicet de.l. manifeſtæ turpitudinis.&.l.iuſiurandũ & ad pecunias.§.ait prætor. ff.de iureiur.† in quibus dicitur quod manifeſtæ turpitudinis eſt nolle iurare nec iuramẽtũ deferre quãdo aduerſarius de fert & reſpõdit verũ eſſe niſi ſubſiſtẽte cauſa.vt.l.generaliter.§.ſinautẽ.ſ.de iureiur.& hãc ſolutionem ſenſit gl.in verbo [offerre.]in fi.dũ allegat illam. l. tu dic quòd quãdo ille cui defertur iuramentum habet intentionẽ ſuam fundatam vel ex cõfeſsione iuramenti vel alio modo : tũc non eſt manifeſtæ turpitudinis nolle iurare nec iuramentum referre:cauſa eſt hic no.ſed quãdo nõ habet ſuam intentionem fundatam loquũtur.ll.cõtrariæ:niſi aliquã iuſtam cauſam habeat:&
4 quæ ſint illæ enumerãtur per Bar.in.d.l.manifeſtę.†Et ex prędictis deciditur dubiũ.quod ſi eſt datus terminus ad probandum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sic exclusus est aliquis à termino, si non potest petere aliū terminum: quia non fuit impeditus in prin. si vult facere positionē: & petere aduersarium compellī ad respondendū non debet audiri: nec admitti sicut nō admitteretur si vellet producere testes: quia confessio aduersarij est species probationis, & ita nominat & determinat Spe. in ti. de dila. §. fi. ver. Item quid si datus est terminus & sunt singularia prædicta & est casus in isto §. pro Spe. quia ex lapsu termini est fundata intentio aduersarij super absolutione vel condemnatione: quia si est reus, & tāquam actor nō probauerit debet absolui. & si est actor: & probauit intentionē: & reus non probauit exceptionē, fundata est intentio sua. vt debeat condemnari. In gl. quæ incipit. [& hoc est contra eundem. Iac.] qui tenet q̄ post lapsum biennij admittat debitor ad probandū numerationē non fuisse factā. licet Io. cōtra eius Iac. opi. gl. sequuntur, sed hæc gl. arguit cōtra ipsum de isto tex. & etiam per rationē quā assignat. & non respondit. sed tu respondē, q̄ Ia. intellexit de probatione per quā ipse debitor oneratur, & sic de fienda per testes. non aūt de fienda per responsionem aduersarij medio iuramento: quia per illa non grauaretur ipse: sed aduersarius, qui post lapsum biennij non debet grauari.

1 ☞ *Si confectum est instrumentum de duplo uel ꝛa sortis in fraudem usurarū, potest quis in eodem loco in quo confectum est instrumētum adire iudicem, & de hoc cōqueri.*

2 *Quòd in defectum iudicis secularis recurritur ad ecclesiasticum.*

Quando pars non est præsens, sufficit querelam exponere coram iudice, & rediri in actis, ut perpetuetur actio: etiam aduersario non citato. uel debet denūtiari ad domum suam, uel admitti copia querelæ.

1 **§. In omni.** †De numeratione non facta potest non solū quis excipere infra tēpus præfixum, sed etiā querelā exponere corā iudice cōpetente, ad interrumpendū prescriptionem: & quis sit iudex cōpetens, hoc declaratur hic vi q̄ in fi. & sic ponitur hæc prædicta de eo quod habetur ſ. l. si intra. vbi dicit q̄ potest conqueri per modū agendi. vbi verò ponitur effectus illius querelæ, qui interrumpit præscriptionē: & perpetuat exceptionem vltra tempus à iure præfixum. & adde quod

2 ibi dixi. † Not. tex. secundū Bald. ibi dum dicit [locis in quibus contractus factus est.] q̄ si confectum est instrumentum de dolo veræ sortis in fraudem vsurarū, potest quis in eodē loco in quo confectum est instrumentū adire iudicē: & de hoc conque-

3 ri † Item no. in fi. q̄ in defectū iudicis secularis recurritur ad ecclesiasticū. Item no. q̄ qñ pars nō est præsens, sufficit querelam exponere corā iudice: & redigi in actis: vt perpetuetur actio: etiā aduersario non citato. vel dic q̄ debet denūtiari ad domum suā, vel mitti copia querelæ per glo. quæ est in l. si intra. in glo. vel coram vicinis &c. ſ. eo.

2 ☞ *Mulier soluto matrimonio nō potest occupare bona mariti pro debito dotis, nisi cū authoritate iudicis, uel nisi fuerit sibi data licentia à marito.*

3 *An in debito ciuili possit intercedere fideiussor?*

LEX XV.

1 **SI cui non.** †Exceptio non nume. pecu. competens debitori contra vnam ex creditoribus, poterit per alios veros creditores opponi; siue conueniantur hypothecaria, tanquā possidentes bona debitoris ab eo contra quē competit, siue ipsi conueniant illum hypothecaria, tanquam possidentem bona debitoris: & hoc etiā ignorante vel inuito reo cui competit. si tamen opponens in ea succumbat, hoc nō nocet principali debitori: vel fideiussori suo. h. d. tota l. & Idem in qualibet alia exceptione peremptoria. cum sit eadem ratio & ponit duos casus. ſ. si alq̄ veri creditores cōueniuntur hypothecaria, tanquā possidentes bona debitoris ab eo contra quem competit ista exceptio. & tunc audiuntur per modum exceptionis. Secundò qñ ipsi conueniunt illū contra quē competit similiter hypothecaria, & ipse excipit q̄ prius sibi sunt obligata ex chirographo continente causam mutui. & tunc per modum replicationis audiuntur: replicando q̄ illud non est verum debitum: sed fictum, sub spe futuræ numerationis, pōt etiā habere locū in tertio casu, qui non ponitur in textu, quando ipse debitor principalis conueniebatur, cui cōpetebat hæc exceptio: & ipse eam non opponebat, vt possint alij creditores compare re pro eorum interesse, & opponere ne bona illi auferantur, vel ne ille qui non est verus creditor habeat concurrere cum eis qui sunt veteri creditores. & hoc per l. si perlusorio. ff. de appel. & hoc voluit glos. super verbo [debita.] poterat esse ratio dubitandi: quia in primo casu l. conueniunt creditores possidentes bona illius cui competat exceptio. videbatur quòd non possent opponere de iure tertij: quod non est ipso iure exclusiuum iur. agentis. iuxta plenè no. in l. cum seruum. j. de ser. fugiti. & l. ij. de excep. rei iud. sed illud habet locum quando talis excipiens de iure tertij non est creditor illius: vel non prætendit se habere ius in bonis illius. & sic duntaxat excipit ad exclusionem agētis nō pro iure quod habeat. hic verò in his qui prætendunt habere ius in bonis illius tertij, de cuius iure ipsi opponūt. Tene menti hāc notabilem limitationem ad illam materiam. Item poterat esse dubium in omnibus tribus casibus: quia priuilegio quod quis habet ex persona alterius, non potest vti illo inuito. vt in l. amicissimos. §. Lucius. de exc. tut. & l. si Iudex circunuento. ff. de mino. sed dic verum esse contra illum à quo habet: sed contra alium pro suo interesse bene potest vti etiam illo inuito. vt in l. si post mortem. §. fi. ff. de contratabu. & iste est casus. Tene mēti. In tex. ibi. [creditores.] supple veri. nam ille cōtra quem competit nō est verus creditor. supple & fideiussor eius cui competit. vt j. circa fi. in verbo [nec̄ fideiussori.] & ff. de dona. l. fideiussori. In tex. ibi: [siue ipsi conueniantur.] substi. scilicet hypothecaria. [ab his qui debita eius &c.] id est ab illo qui prætendit se esse potiorem in tempore quàm ille qui cum possidet conuenitur.

2 †In tex. ibi. [vel dotis.] dicit Bal. no. quòd mulier soluto matrimonio potest occupare bona mariti pro debito dotis: tu dic q̄ non potest. nisi cum authoritate iudicis. vel si fuit sibi data licentia à marito. In fi. l. ibi. [intra statuta &c.] no. secundū Bal. quod oppositio facta per creditorem non perpetuat hanc exceptionē ipsi debitori principali cui competit: si enim perpetuaret: posset ille debitor post conuentus etiam vltra statuta tempora illa op-

3 ponere. cuius contrariumm hic patet. † Vltimò glo. fi. super verbo. [fideiussori.] colligit vnum notabile, quòd pro debito ciuili potest intercedere fideiussor. nam confessus spe futuræ numerationis est tantum ciuiliter obligatus ante lapsum biennij. Sed Bald. opponit de l. j. §. debitum. ff. de consti. pecu. vbi debitum ciuile tantùm non potest deduci in constitutum: & tamen constitutum est quædam intercessio. Solu. verum est quando esset debitum ciuile, & inefficax re: & etiam spe. hic autem licet esset inefficax re ante biennium, sperabatur effici efficax spe post biennium.

2 ☞ *Iuramentum quod faciat ualere promissionem omni meliori modo quo potest.*

Iuramentum semper intelligitur salua authoritate superioris.

3 *Pauper qui non est soluendo, promittendo soluere infra mensem cum iuramento ſ an sit periurus si in termino non soluat.*

Quòd tunc non possit liberari cedendo bonis.

4 *Si iurasti uera esse quæ confessus fuisti, an tunc possis hanc exceptionem obijcere?*

5 *Si ille qui confessus est, & promisit soluere cum iuramento erat minor xxv. annis: an lapso biennio poterit opponere hanc exceptionem?*

LEX XVI.

1 **INdubitati.** †Qui confessus est spe futurę numerationis, & reddere promisit, etiam si iurauit reddere, potest intra tempora constituta hanc exceptionem opponere: quia eandem conditionem habet iuramentum quam habet promissio de restituēdo. ſ. si sequatur numeratio. h. d. & semper allegatur. † In text. ibi.

2 [etiam sacramenti habet &c.] videbatur contrariū, quasi sacramentū sit potētius vinculū: & importat q̄ ille qui cōfessus est, & promisit reddere, videat̄ ꝓmisisse meliori modo quo pōt: quia sacramentū habet in se vim talis clausulæ. ff. de leg. q. l. cū pater. §. filius matrem. vnde appositū in testamēto matris habet vim clausulæ codicillaris: & sic videatur exceptioni non nu. pec. renūtiaſ se: & vltra hoc faciet illam renuntiationē valere: licet sine iuramento esset inualida. Sed contrarium est: quia postquam potest pati illam conditionem quæ ineſt promissioni: quia satis cōgruè potest intelligi promitto tibi soluere, vel restituere si fidem seruaueris: sicut promissio cum iuramento de attendēdo promissa. & non habet vim maiorem iuramentum non secuta numeratione: sed ea secuta habet in se maius vinculū: scilicet religionis. rōne cuius possit etiam conueniri in curia ecclesiastica ad obseruantiam iuramenti: iuxta no. in c. fi. de excep. in vj. & intellinge (vt dixi) quando iurauit seruare promissa, in quo iuramēto insunt multæ conditiones: scilicet si tu etiam serues fidem, vt hic. & l. quęro. §. inter locatorem. ff. locati. & si potero de iure: puta quòd nō interueniat inhibitio superioris, cuius authoritas intelligitur

2 semper exceptuata. * vt in l. fi. ff. qui satisf. cog. & multæ conditiones sunt de quibus per Inn. in c. quēadmodū. de iureiu. & aliqualiter ponit hic Bal. & infrà si potero saluo impedimento superueniente: quo casu si non solueret, non puniretur. vt l. nepos proculo. de verb. sig. quia Deus cui obligatur per iuramentū, respicit intentionē secus in alia pœna pecuniaria, quæ mero iure imponeret. sed ob. excep. de æquitate. vt l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si

3 quis cauti. †Sed ponamus quod habeat impedimentū tēpore promissionis puta cū esses pauper, & non soluendo, promisisti mihi mille post mensem: & iurasti soluere: & non soluisti vtrum sis periurus: tenet hic Bal. quod nō: ga ante terminū non es periurus: ga non teneris soluere post terminū, non ga nō potes facit c. Odoardus. extrà de sol. Contrariū puto verius: quia ꝓpter dolū teneris cū te obligaueris ad id quod sciebas te facere non posse: vñ dicunt doct. propter hoc q̄ non habes beneficium cessionis: vt possis liberari cedēdo bonis per l. pe. in fi. ff. de iure dotiū.

4 †Quid autem si iurasti vera esse quæ confessus fuisti? Respondeo tunc non posses obijcere hanc exceptionem: quia venires contra iuramentum & sic si soluis, non repetis tanquā indebitè solutum: quia nō poteras allegare numerationem non fuisse factam, postquā iurasti contrariū: quia erant vera quæ confessus fueras. Sed si renūtiasti huic exceptioni: & iurasti nō venire contra: & sic non poteris venire contra quouisq; soluēris: sed facta solutione liberaris tu reus à iuramento: & sic potes repetere, vt in c. debitores. de iureiur. & dixi ſ. eo. l. si ex cautione. Item an huic promissioni de restituendo: & etiam iuramento dicatur reuera ineſſe conditio si sequatur numeratio: an verò non sit conditio: sed magis modus, qui largo modo appellatur conditio: vt de his quæ sub modo l. j. & ij. dic q̄ hæc secunda pars est verior. aliter ante numerationem nulla esset nata obligatio, etiam ciuilis. vt l. cedere diem. ff. de ver. signi. tunc contrarium tenent doc. de hoc per Barto. in l. cum quis. ſ. de iuris & fac. igno. in tertio articulo

5 de ciuili debito. † Vltimò quærit hic Bald. in fin. pone quòd ille qui confessus est & promisit cum iuramento soluere, erat minor xxv. annis: lapsum est biennium, agitur contra eum, ipse opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ. replicatur quòd lapsum est tempus: duplicatur per minorem quòd imò non est lapsum: quia erat minor quo casu non currit ipso iure. vt l. fin. ſ. in quibus cau. in inte. resti. non est necesſ. triplicatur per agentem q̄ iuramentum facit ipsum censeri maiorem. vt in auth. sacramenta puberum. * ſ. si aduer. vendi. quæritur quid iuris? ipse tenet pro minore dicens quòd hoc iuramentum in quo reuera non consensit, nisi sub conditione, vel modo vt sequi debeat numeratio, & non est secuta, non facit eum censeri maiorē: & est pulchrum dictum.

☞ *Qualiter possit obijci compensatio de debito naturali a tantum quod peti non potest.*

Si illud quod soluisti actione iudicati: non est debitum, nec potes probare quod sit indebitum, sententia de indebito fait debitum.

a ¶ Intelligit semp exceptuata. Adde c. cū ecclesijs. de maio. & obe. Arch. in c. autho ritatem: xv. q. vi.

b ¶ Gabellæ. ex cā gabelle. Adde Berta. de firmo. in suo tracta. de gabellis.

De compensationibus. Rubrica.

LEX I.

1 **ET senatus.** †De debito ab vna statione vel camera fiscali non potest obijci exceptio compensationis alteri stationi, vel cameræ fiscali: ne inducatur confusio officiorum. hoc dicit. Sed si esset debitum ab eadem statione vel camera bene posset obijci cōpensatio fisco sicut priuato nisi in certis casibus. vt j. eo. l. iij. Quærit hic Bal. de pulchra quæstio ne pone quòd quidam erat creditor vnius cameræ fiscalis, ad

b quā peruenie bant gabellæ ex causa gabellæ in centū: fuit condemnatus ex maleficio ad centū soluenda infra mensem: aliàs amputaret sibi manus: & illa centū ex cōdemnatione si fuissent soluta debebāt venire ad aliā cameră diuersam: nō soluit. Iudex vult sibi amputare manum, ipse dicit q̄ non debet amputari: qa censentur soluta cum alia camera debeat centū: & sic debet fieri cōpensatio in istis centū in quibus fuit cōdēnatus cū illis. q̄ ista compēsatio facta est ipso iure ad euitationem pœnæ corporalis: iuxta not. j. eo. l. si cōstat. In cōtrariū allegat ista l. qa non est fienda compensatio pro eo quod soluendū erat vni cameræ de eo quod erat debitum ab alia camera. Breuiter ipse tenet non esse manū amputādā nō tantū ratione cōpensationis. Nec obst. ista l. sed quia per fiscum stetit quòminus solueret cōdemnationem quia non fecit sibi solui quod sibi debebatur ab alia camera per l. Iuli. ff. de condi. & demon.

2 *Quæ sit differentia inter compensationem & deductionem.*

Quæ debita possint compensari.

Quæ non.

Quæ debita non possint deduci.

Quæ possint.

Quæ non.

*Quæ debita non possint compensari

Universidad de Deusto
Biblio

2 ¶ An fiat cõpensatio. Adde an compẽsatio fit de liqdo ad liqdũ dic q nõ scdm Car. zab.ĩ c.ad nostrã. de iureiu. limita. nisi de bitũ esset factũ liqdũ p cõfessionẽ meã qa tũc cũ illo debito liqdo q mea cõfessio nẽ debet fieri cõpẽsatio cũ eo qđ ẽ liqdũ. de quo est gl. in ver. cõuicta.in l.fin.C.de cõpẽ:& eã ibi sequit Cy.in xj.q.idẽ tenet Abb.ĩ c.fi.ĩ pe.co.de deposito.& istã limitationẽ multum no. Barth. Cep. Veroñ. cautela cxñ. &ĩ cautela.clxiñ.

q erat debitũ:quia nõ venis cõtra sniam:et licet per illã fueris exclusus ab agẽdo, non tñ exclusus ab excipiẽdo . & illã l.intellige cum distinctiõibus ibi positis per gl. vt sic sit:idẽ videt hoc casu qñ peto aliud debitũ: quod esset qñ repeterẽ idem debitũ per errorem iuris solutum.per no.in d.l.Iulianus. de condi.indebi.

2 ☞ *Quantum tempus durat ad liquidandum debitum, ut habeat locum compensatio.*

LEX III.

1 IN ea quæ. †Contra rempub. põt obiici cõpensatio sicut cõtra priuatam: præterquã in casibus hic ĩexpressis.h.d.& etiã in alio qui ponit.j.e.in l. si ex vẽditione.ſ.qñ fiscus petit pretiũ rei vẽditę per fiscũ:& itellige qñ debeť ab eadẽ statione quæ petit:al's secus:vt ſ. eo.l.j.† In gl.ſi.ibi.[infra duos mẽses.] hoc in paruis summis:sed in magnis infra tres tm̃:tñ terminũ habet debitor fisci ad soluẽdũ:vt in l.auferť.§.qui cõpensationẽ.de iure fiſ.ff.vnde tantũdẽ sibi datur ad liquidandũ, quãtũ debitor posset obiicere cõpensationẽ:vt per Barto.in d.§.qui compensationem.& declarat l.fi.j.eo.vbi dicitur quod non potest obiicere compensationẽ de debito non liquido:nisi incõtinenti liquideť. Sed quantum tps datur ad liquidandũ,diceť incontinenti:tenet ipse per illũ.§.quod tm̃ quãtum ad soluendũ:sed si nullum tẽpus daretur sibi ad soluendũ,nullum dabitur ad liquidandũ. Bal.reprobat ipsum:quia imò datur:vt patet in d.l.fi.quæ loquitur indistinctè:& sic etiam quando habebat terminum ad soluendũ il lud quod petebať ab eo:& tamẽ ibi dicitur q potest obiicere cõpensationem de eo quod sibi debeť.dũmodo incõtinenti possit liquidare.videtur ergo relinqui arbitrio iudicis. Vel dic melius q liquidet infra tempus quo durat instantia ita q non sit necesse prorogare terminum,vel suspendere tempus instãtiæ propter liquidationem hanc.per ea quæ no.in l.si is à quo.§.fina.ff.vt in pos.legatorum.

2 ☞ *Si debitum non sit usurarium an fiat compensatio ipso iure.*

LEX IIII.

1 SI constat. †Ad impediendũ cursum vsurarũ fit cõpẽsatio ipso iure vsq; ad cõcurrentem quantitatẽ.h.d.vnde si debeo tibi centũ sub vsuris ãnuis vel mẽstruis:& tu postea ĩcipis esse debitor meus in quinquaginta,ab illo die citra nõ currẽt vsuræ nisi de alijs l.
2 h.d.† Quæro,qd si debitũ nõ sit vsurariũ:an fiat cõpensatio ipso
2 iure? Martinus tenuit quod sic:& sic intellexit illã.l.gñaliter.licet loquatur in debito vsurario:quia multæ aliæ ll.hoc dicunt: & tñ loquũtur in debito vsurario:vt patet j.eo.l.fi.& in multis alijs allegatis in gl.lo.tenuit cõtrariũ,quod nõ fiat ipso iure:nisi in casibus hic notatis per glo.sed requiritur quod exceptio opponatur & ita dicit intelligẽdas illas ll.quæ videnẽ dicere cõtrariũ: quod ipso iure.dũmodo opponať apertè:& allegat gl.duas rõnes propopi.Io.Aduerte ad titulũ quæstionis:vt intelligas,& nõ ęquiuoces.nam si es debitor meus in cẽtũ,& postea ego incipio esse debitor tuus in alijs centũ,si quæritur an fiat compẽsatio ipso iure vnius debiti ad aliud antequã ego agam:& tu exceptionẽ opponas:vel ecõuerso hoc modo.ſ.q vtrũq; debitũ extinguať: & oĩs obligatio hinc inde acsi soluerẽ tibi,& tu mihi,dicẽdũ est q non indistinctè,etiã si sit debitũ vsurariũ,vel pœnale.namvtraq; obligatio & actio per se subsistit in substãtia : nec vna alterã elidit, vel tollit:quia se adinuicẽ cõpatiunť:hinc est qđ si ego tibi soluo nõ ꝓhibeor à te petere qđ mihi debes:vt est casus in l.si cũ dos. ff.rer.amot.sed si istæ obligationes essent distinctæ adinuicem, nõ possem petere qđ mihi debes:& si peterẽ,ineptè agerem: sed deberẽ repetere quod soluerim post obligationẽ extinctã,& illa l.si cùm dos. manifestè ꝓbat hoc,q ergo dicit hic fieri ipso iure ad impediendũ cursum vsurarũ debet sic intelligi: & extũc quo incipio esse debitor tuus nõ currãt vsuræ]de debito meo: & hoc per rationem quam tangit gl.in fi.quia si peterem à te sortẽ,posses me per exceptionem compensationis repellere:ergo nõ possum te constituere in mora:quia vbi non est petitio, saltem cum effectu non potest committi mora:vt in l.pupillus.de verb.obli. & l.lecta.§.sed cum sortis.ff.si cer.peta. Substantia ergo obligationis qua teneris ad sortem permanet:sed vsuræ desinunt currere: quia nõ es in mora:& si ꝓmisisses soluere ista certũ tps:& j.aliud tps inciperet esse debitor tuus in tantũdẽ nõ soluẽdo infra termi num nõ incidis in pœnã:rõne prædicta;qa nõ es in mora:& pœna cõmittiť ꝓpter moraꝫ& ꝓpter hoc dico:& nullus alius dicit, si illa ratio glo.quã videnẽ tenere docto.& est illa quæ impediat cursum vsurarũ:ita l.debet restringi ad illas vsuras quæ currunt ꝓpter moraꝫ cõmissam in cõstituendo sortem:sed si nõ currũt no ꝓpter moraꝫ:sed ꝓpter cõuentionem:vt d.l.lecta.§.fin.nõ desinerent currere.Pone exẽplum in istis vsurarijs qui volunt currere vsuras pro quocunq; tpe dum debitor retineat sortẽ: nec curant quod nunquã sors restituaťur:sed vellent semper eam stare apud debitorem:vt semper currerent vsuræ.nam si incipiunt esse debitores sui debitoris in tantũdem, non propterea desinent currere vsuræ:quæ non currunt propter moram:sed propter retentionẽ sortis:ita videtur posse dici de rigore:licet de æquitate fortè dicẽdum esset contrarium.per rationem:quia per vsurariũ stat quominus debitor sibi soluat,non soluendo idem debitori quod debet:& sic ex isto capite tanquam si soluisset habetur pro soluto. arg.in l.Iulianus.de condi.& demon.& quod dixi secundũ Bal. in l.j.ſ.eo.debet ergo intelligi illa quæstio glosſ.alio modo:& ita intelligit Pe.q sit differẽtia inter exceptionẽ cõpẽlationis:& al's exceptiões:nõ in modo ꝓponẽdi:quia tam istæ quã aliæ debent proponi:& nisi proponãtur,nõ prosunt:vt not.in l.si vnus.§.pactus ne peteret.in glo.in ver.in opponendo.ff.de pactis. sed, ista differẽtia in effectu ꝓpositionis quare exceptio compensationis postquam fuit appolita per partem extinguit obligationem ipso iure:sed aliæ exceptiones,puta pacti de nõ petẽdo,vel iurisiurãdi:sicut antequam proponãtur nõ extinguntur ipso iure obligationem saltem ciuilem,nec etiam actionem:sed elidũt:ita nec postquam fuerint propositæ:vt patet in d.§.pactus ne peteret.vbi cõtra exceptionem competit replicatio ad ipsam exceptionem: & coadiuuandam actionem:ergo actio non erat sublata:quia si foret sublata,nõ posset condemnari per replicationem.l. iub prætextu.la prima.ſ.de transactio.iste intellectus videtur mihi dubius. Nam aut intelligimus quòd sola propositio exceptionis, compensationis tollat actio.& obligationem ipso iure,etiam antequam sequatur sententia : & illud non videtur bene dictum: per rationem primam.quam ponit hic gl.aut intelligimus quòd tollatur secuta sententia per quam approbatur compensatio : & tunc non solùm ista,sed etiam aliæ exceptiones idem operãtur, vt postquam peruentum fuerit ad conflictum:extinguant obligationem & actionem ipso iure:per ea quæ no.idem Pet. & Cy. in l.exceptionem.ſ.de probat.quod etiam tenet Bald.in l.si plures.ff.de fideiuſ.vbi dicit esse casum.& no.per eum in l.Iulianus. ff.de condictio.indebi.in penulti.vel antepenulti.col.Cogita super his.quæ sunt apicibus iuris.

LEX V.

rere. & dicit q̃ ratio est. quia tunc verũ est, q̃ liberat à periculo, quando erat talis res q̃ non poterat consignari & deponi: aliàs nõ liberaret. nisi interuenerit cõsignatio & depositio. ita etiam recitat Cy. illam gl. hoc est expresse conrra l. qui decem. in princ. ff. de solu. vbi etiam in pecunia quæ potest cõsignari & deponi sola oblatio realis liberat à periculo secuto interitu, non ipso iure: sed ope. excep. Dic ergo quòd sicut secuto interitu liberat ab obligatione saltem ope. excep. ita & liberaret à cursu vsurarum, etiam quæ inceperũt currere. & etiam si nõ propter moram currebãt quod enim hic & in pluribus locis dicit gl. solam oblationem nõ sufficere ad impediendum cursum vsurarum quæ inceperãt currere. debet intelligi nõ secuto interitu rei oblatæ. quia tunc non est liberatus debitor ab obligatione personali ipso iure: nec ope excep. ideo durat stipulatio vsurarum. sed secuto interitu: quia liberatus est saltem ope. excep. cessare debet cursus vsurarum, quæ non debent currere pro eo quod non debetur. & ista est clara & optima rñsio. & ita etiam sentit Cy. & ita procedant in obligatione, consignatiõe, & depositione quæ fiũt per debitotem ad finem liberationis consequendæ, & moræ purgandæ: sed interdum fit p̃ creditorem ad finem acquirẽdæ actionis, & tunc dicit Bart. quod aut loquitur in contractibus: & non sufficit sola oblatio: sed requiritur consignatio & depositio: sed in vltimis voluntatibus sic. vt l. cui fundus. de condi. & demon. circa hoc vide quod ipse melius not. in l. mulier. §. j. vel ij. ff. de cõdi. insti. & Bal. hic reprehendit Bar. in j. dicto. dicens quod etiam in contractibus sufficeret sola oblatio: nisi quando ageret de rescissione contractus. Et ita dicit Bal. debere intelligi illam l. si per te. §. eod. aliàs sufficeret sola oblatio. vide per Bal. de pluribus aliis quæstionibus circa materiam huius. l. tamen ipse non declarat materiam huius gl. sicut declarauí, nec ita explicat materiam.

2 ☞ *Debitor qui promiserat usuras, si dedit etiam fideiussorem, & fideiussor interpellatur à creditore, & soluit sibi usuras, an possit eas repetere à debitore: & an debitor postea à creditore? & nu. 4.*
An possit eas repetere à creditore?
3 *Quid si eas soluit ex interuallo necessitate non cogente?*
Quid si promisisti eas soluere cum iuramento, & nõ impetrauit absolutionem ab episcopo, & facile erat sibi eam impetrare?
4 *Quid si erat talis persona, cui fuisset dedecus venire contra promissionem suam?*

LEX XX.

1 Constitutionibus. †Exceptio competens debitori, competit etiã fideiussori & mandatori. concor. l. tam mandatori. §. de
2 non pecu. h. d. Cy. †tangit hic. q. quotidianam. Si debi-
2 tor qui promiserat vsuras, dedit etiam fideiussorem [a], & fideiussor interpellatur à creditore, soluit sibi vsuras: an possit eas repetere à debitore. videtur quòd nõ. quia illæ erant indebitæ vtroq; iure. & sic non tenebatur nec poterat cogi soluere: imputet ergo sibi cur soluit. vt l. si fideiussor. ff. mã. in cõtrarium videtur casus in l. Quintus. eo. tit. quia potuit parcere honori suo in prejudiciũ debitoris, postquam ad sui instantiam promisit vsuras. quasi esset sibi deterius recusare soluere: sed illa l. Quintus loquitur quãdo vsuræ erant debitæ saltem naturaliter: quia promissæ per pactum, attenta dispositione iuris ciuilis antiqui. sed hodie tam de iure ciuili nouissimo quàm de iure canonico nullo iure sunt debitæ. quia à l. prohibitæ. l. si non sortem. ff. de cond. indeb. gl. iuris cano. in c. peruenit. extra de fideiuss. dicit quòd si iurauit soluere, soluendo repetit à debitore. quia propter iuramentum erat obligatus ad soluendum. vt in c. debitores. de iureiur. sed si non *iurauit, nec debitor repetit, quia non * debuit soluere ad sui præiudicium. nec etiam à creditore repetit. cui videtur donasse iciens ter soluendo. Bald. dicit quòd imò à creditore per condi. indeb. quia non videtur donasse: licet scienter soluerit, & nulla necessitate cogente. quia in vsurario ab ipso principio inest peccatum.
3 & dicitur extorquere & recipere. Tene menti. †Alij verò dicũt quòd si ex interuallo, nõ necessitate cogente soluit, non repetit. per illam gl. de illa quæstione, vide in regula peccatum. de re. iur. in mercurialibus. Item dico quòd etiam quando fideiussor promisit cum iuramento soluere vsuras, nõ excusatus, facilè sibi fuit impetrare absolutionem ab episcopo. quod potuit de iure canonico, vt in c. j. extra de iureiur. cum ibi not. per l. ij. §. & vtili act.
4 ff. de contra. iudic. tute. †Secus si non fuit sibi facilè: nec in l. ij. §. tractari. ff. ad tertul. & argu. in l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. man. & eodem modo non esset sibi imputandum si non petijt absolutionem: si esset talis persona cui fuisset dedecus venire cõtra promissionem suam. puta magnus & fidelis mercator: de cuius promissione quilibet confidebat. Nam poterat parcere pudori suo. per illã legem Quintus. quæ est no. ad hoc. & idem si ignorabat contractum fore vsurarium ignorantia facti. vt in l. si fideiussor in princ. ff. mandati. Secus iuris ignorãtia. ea. l. §. non malè. cum ibi not. Si ergo in prædictis casibus potest repetere vsuras ab eo p̃ quo soluit, & ille poterit repetere à creditore: sed vbi foret sibi imputãdum fideiussor non repeteret, ab eo: sed ab alio cui soluit, si per ignorantiam iuris vel facti. cùm ipso iure essent indebitæ: & vsurarius tractat de lucro. si autem ex certa scientia. gl. illa in c. peruenit. vult quòd non possit repetere. Bald. hic tenet contrarium. vt dixi.

LEX XXI.

1 Si vsuras. †Qui tenetur ad sortem & ad vsuras efficaciter, si simpliciter soluat quantitatẽ, quæ non sufficiat ad vtranque, & non declarauit ie soluere pro sorte, creditor potest retinere pro vsuris. et quatenus excederet pro sorte. concor. l. j. j. de sol. sic ergo licet debitũ sortis sit grauius quam debitum vsurarũ: quia sors parit vsuras. non econuersò. nihilominus simplex solutio nõ cedit in grauius debitum satis quando vnum est principale, & aliud accessorium: quia tunc econuersò cedit in minus graue. vt hic & in gl. fi. quæ formatistud contrarium. & est ratio diuersitatis. quia primo casu debitor potest soluere vnum sine altero inuitò creditore: vt sit interpretatio pro eo, vt videatur soluisse in grauius. sed in secundo casu nõ posset soluere sortem sine vsuris inuitò creditore. vt colligitur ex l. acceptam. in princ. ideo fit interpretatio pro creditore, vt possit retinere pro debito minus graui. scilicet, pro vsuris. casus. In gl. fi. ibi. [quàm quòd alieno.] Iupple. & tamen inuitus soluit pro alio, quàm pro se. ergo istud non facit censeri grauius debitum quod magis inuitus soluat. hoc voluit dicere gl. reprehendendo rationem quam suprà fecit secũdùm quosdam. In gl. ibi. [cùm ex pluribus causis est debitor.] Iupple. æquè principalibus. & rationem dicit. vt §. dixi.

LEX XXII.

1 Pignoribus. †Pro vsuris etiam naturaliter tantùm debitis potest retineri pignus: si pro eis fuit obligatum. hoc dicit. Gloss. requirit quòd fuerit obligatus expresse. aliàs in dubio vult quòd nõ censeatur obligatio nisi pro sorte. Ego dixi contrarium in lege per retentionem. suprà eodem. & Cyn. secundùm Petrum tenet hoc & prius non videram. posset tamen gl. saluari si primò vẽdit pignus pro sorte, & postea promisit vsuras per pactum nudum: quia tũc censetur datum pro sorte, & pro debito præcedenti, nõ sequenti. sicut in simili no. in l. cùm virum. j. de fideicõ. sed si post promissionem vsurarum fuerit datum simpliciter, censetur datũ tam pro sorte, quàm pro vsuris. secundùm Cy. & ista est veritas. licet non tangat.

LEX XXIII.

1 Deo quidem. †Si datur mutuò res cuius examinatio variatur, vel variari potest ex tempore, permittuntur vsuræ vltra legitimum modum, etiam centesimę, quæ æquiparantur sorti h. d. & hoc voluit gl. in auc. ad hęc. ibi ii autem incertũ, &c. pone ergo exemplum. Mutuaui tibi x. cados olei, qui valebãt x. aureos, cùm hoc vt hinc ad annum debeas mihi restituere x. aureos. sicut nõ valebant. postea in termino soluti x. cadi olei nõ valebãt nisi quatuor, vl̃ v. & sic p̃ x. aureis habẽtur. v. Attenta ergo natura mutui, q̃ est vt reddat tantundẽ in eodẽ genere. vt in l. ij. in prin. ff. si cer. pe. quod si facere potes, dãdo x. cados olei nõ cõstarent tibi nisi. v. videt q̃ tale pactum quod reddas petitũ in duplo, sit vsurariũ: & vltra legitimũ modũ, quia æquiparat sorti. & sic est cẽtesima. & tñ permittit. & eodẽ modo si actum fuit vt p̃ x. cadis olei valẽtibus. v. restituas mihi xx. q̃ poterit esse q̃ tũc p̃ x. aureis haberes xx. cados. et tñ tale pactũ nõ reprobat: attẽta hac possibilitate. licet cõtrariũ euenìat. qa nõ debet illud inspici: sed quod euenire potuit, vt §. eo. l. si ea pactiõe. & l. si ea lege. nisi tũc temporis nõ sit verisimile dictum casum euenire posse secũdùm communem æstimationem omnium hominũ. vt in d. l. si ea lege.

Si aliquis

2 ☞ *Si aliquis gerat negotia alicuius fœneratoris: non tenebitur fœnerari pro eo: & si pro alio exerceat, tenebitur ipse ad restitutionem.*

LEX XXIIII.

1 Si mater. †Gerẽs aliena negotia, si pecuniã illius tenuit otiosam, & nõ dedit eã ad vsuras, tenetur domino ad eas vsuras quas potuit percipere: & sui negligentia non percepit. glo. intelligit verũ quãdo dominus consueuit suas pecunias fœnerari. aliàs secus. quia gestor negotiorum debet seruare consuetudinem domini post-
2 quam gerit. arg. l. vel vniuersorum. ff. de pig. act. † Sed quid erit hodie si aliquis gerat negotia alicuius, fœneratoris: an tenebitur fœnerari pro eo? dic q̃ non. quia nec suo, nec alicuius nomine debet quis vsuras exercere: aliàs tenetur ad restitutionem: etiam si pro alio exercuit. xlvj. dist. c. sicut non suo.

LEX XXV.

1 Ro auro. †Pro speciebus datis æstimatione possunt deberi vsuræ sicut pro pecunia. secus si non sint datæ æstimatæ. vel sint datæ, non tamẽ vt restituatur æstimatio: sed eadem species vt in l. in fideicommissi. in prin. ff. eod. titu. In text. ibi. [pro auro.] quia cùm peteres à me centum mutuò. & ego non haberem pecuniam, de
3 tibi tantùm argentum, vel testes æstimatione, cũ potestate vẽdendi pro centum, quibus indigebas. nam est perinde ac si cẽtũ mutuassem. vt l. rogasti. in princ. ff. si cer. pe. & §. e. ti. l. si p̃ mutuo.

2 ☞ *Hypothecaria qualiter duret plus quàm obligatio personalis, quæ est principalis.*
3 *In præstatione annua quolibet anno incipit præscriptio pro solutione fienda illo anno: non pro futuris.*
4 *Rei uendicatio competens pro fructibus perceptis ex re mea, tollitur triennio cùm sint res mobiles. licet rei uendicatio adhuc duret super fundo.*
Quid in conditione sine causa, quæ datur loco rei uendicationis, si sunt consumpti, & effectus est locupletior ille qui consumpsit?

LEX XXVI

1 Os qui. †Tutus exceptione præscriptiõis in sorte, vl̃ in re principaliter debita, nõ potest molestari super vsuris, vel fructibus. etiam si à tempore perceptionis fructuum, vel quo vsuræ inceperunt deberi, non cucurrerit tantùm tempus quantùm sufficit ad p̃scribendum. quia requiritur quòd currat in obligatione principali. qua sublata tollitur accessoria. hoc dicit. not. vsq; ad §. super vsurarum verò. & debet intelligi vt habeat aliquod dubium. etiam quando vsuræ poterant peti per stipulationem. vel fructus vendicari, aut condici iure actionis. Si enim non possent peti nisi iudicis officio mercenario, quod per se non potest in iudicium deduci. non haberet aliquod dubium, quòd sublata actione principali periret & extingueretur officium iudicis super accessorijs. vt suprà, depo. l. iij. & ff. de eo quod certo loco. l. centum Capuę. in fin. infrà. l. fi. & sic aliud in præscriptione sortis, aliud in solutione. quia si ille qui tenetur ad vsuras iure obligationis, solueret sortem sine vsuris. possent peti vsuræ. vt d. l. centum Capuæ. & tamen præscripta sorte non possent vsuræ peti. vt hic. nam in p̃scriptione adest negligentia non petentis: quæ ita respicit vsuras sicut sortem. sed in solutione secus. ideo non extendit effectum suum solutio vltra id quod solutum est. In sententia verò condemnatoria idem: sed in absolutoria videtur idem quod in præscriptione: quia causa absolutionis sicut concernit sortem: ita & vsuras. si enim absoluitur, quia debitor non potest ad vsuras esse obligatus: quæ non concurrunt nisi pro debito. Et vide hic omnino quod not. Cyn. suprà, de iudi. l. j. in secunda oppositio-
2 ne. † Pro declaratione gloss. primæ opponitur tribus modis. primò contra textum dum dicit. [vel xl. præteritos annos.] quia omnis obligatio personalis tollitur spacio triginta annorum. vt infra, de constit. pecu. l. secunda. & l. sicut. de præscript. triginta annorum. Solu. quod hic dicitur de xl. refertur ad hypothecariã. quæ quando competit contra principalem debitorem, durat plus quàm obligatio personalis, quæ est principalis. l. cum notiss. imi. in princip. de præscriptio. xxx. annorum. & l. intelligere. de luitione pig. & sic durat sublata principali super sorte. & est ratio. quia pignus datur ad maiorem cautelam, & securitatem creditoris. Ideo plus durat hypothecaria. Vt sic sibi aliquis cui profit prouisio. Vel dic etiam quòd potest referri ad
1 personalem actionem super sortè, si super ea interuenit litis contestatio: per quam perpetuatur actio ad xl. annos. vt in gloss. Secundò op. inquantũ iste tex. vult q̃ sublata hypothecaria tollatur stipulatio vsurarum: quia hypothecaria potest tolli spatio longi temporis, quando datur contra tertium possessorem habentem titulum. vt j. si aduer. cred. l. j. & ij. & per lapsum lõgi tẽporis nõ debet intelligi stipulatio vsurarum. ex qua oritur actio personalis. gloss. soluit duobus modis. tene secundam, quod iste tex. loquatur & debeat intelligi solùm de eo casu quo tollitur hypothecaria spatio xl. annorum, vt quando competit contra principalem. vt d. l. cum notissimi. & tunc erat sublata actio personalis obligatio ad sortem: & in consequentiam stipulatio vsurarũ. Tertiò opponitur. si pignorauerant data pro sorte & vsuris, licet essent vsuræ accessoriæ respectu sortis: respectu pignoris erant quid principale ergo sublato principali pignore non debet tolli stipulatio vsurarum: quia accessorium non regulat principale, sed econuerso. breuiter dic quod stipulatio vsurarum non tollit propter hoc solum quod tollatur hypothecaria, sed propterea quia erat principalis sublata ad sortem: quantum autem ad fructus, cum obligato prædio censeantur etiam obligati fructus. vt l. in prædijs. ff. in quib. cau. pig. tacitè contrahitur. si sublata esset rei vendicatio, vel actio personalis ad fundum, non est sublata hypothecaria quo ad fructus. ita videtur sentire Cy. † In sequẽ-
3 ti glo. oppo. similiter tribus modis: primo de l. cùm notissimi. §. his infrà, de præscript. xxx. annorum, vbi in præstatione annua quolibet anno incipit præscriptio pro solu. fienda illo anno & ideo lapsis xxx. annis non est præscriptum: nisi solutioni fiendæ illo anno veniebat. non pro futuris præsta. à quibus non sunt lapsi adhuc anni xx. & ille text. dicit contrarium ibi. dum dicit per xl. &c. Solu. ibi in præstatione annua principali: quæ nec per se tollitur, nec in consequentiam alterius, scilicet principalis sublatæ. Item oppo. de l. intellìgere. j. de luitione pignorum. vbi sublata obligatione principali, quæ est personalis per præscrip. non est sublata hypotecaria proinde: licet sit accessoria. Solu. ibi in alio accessorio quæ hic nec in eo quod sit pro securitate creditoris. vt est pignus. nam illud est potentius: hic verò in illo accessorio, quod non sit ad securitatem: sed ad augmentum principalis, quod non est impotens. Vltimò opponitur de l. centum Capuę. post princip. ff. de eo quod certo loco. vbi sublata principali pro solutione non tollitur stipulatio vsurarum. propter hoc gloss. intrat distinctionem. de qua dic. vt §. dixi. nam aliud est quòd tollatur principalis pro præscriptione: aliud quòd pro solutione. & hoc in accessorio, qui potest per se stare in iudicio, & per se deduci: quia debetur iure obligationis: sed in illo qui nõ potest per se stare, vt officio iudicis mercenario nam sufficit quòd principalis tollatur per præscriptionem, vel solutionem, an autem idẽ sit quando tollitur per sententiam gloss. hoc tangit. dic vt suprà
4 dixi. † Vltimò scias quòd rei vend. competens pro fructibus perceptis ex re mea tollitur triennio, cùm sint res mobiles. & sic vsucapiuntur. licet rei vendicatio super fundo adhuc duret: quia possor bonæfidei habet titulum pro suo in illis fructibus: & sic poterunt triennio vsucapi. l. sequitur. §. fructus. de vsucapio. hoc si extant. quid autem si sunt consumpti, & sic non competit rei vendicatio: sed condictio sine causa, si est effectus locupletior: an illa conditio (quæ est actio personalis sicut rei vendicatio, cuius loco succedit) tollatur triennio? Bartol. similiter tenuit quod sic in dicta l. sequitur. §. fructus. quod perpetuò tene menti: quia notabile est: Quod autem suprà dixi de fructibus, quòd possunt vẽdicari à possessore, & vsucapi. intellige de naturalibus. vt sunt oliuę, vel poma. nam industriales facit suos propter bonam fidẽ. vt l. qui scit. §. final. ff. eodem. possunt tamen condi. & ista condictio tollitur triennio, sicut rei vendicatio: quia nõ habet esse aliquis deterioris conditionis ex eo quòd sit dominus. facit. l. in bello. §. si quis seruum. ff. de captiuis.

2 ☞ *Non ualet consuetudo uel statutum de usuris præstandis.*
3 *Contractus factus contra prohibitionem legis, non ualet.*
Quid si contra prohibitionem consuetudinis?
4 *Fœnerator si mutuauit puta centum, non licet ei aliquid retinere de illa summa pro usuris.*
Ad discooperiendum fraudem potest fœneratori deferri iuramentum.
Valet constitutio episcopi quæ dat faciliorem modum probandi quem usurarium esse manifestum quam detur à iure communi.

§. Super vsurarum. †Nota hic quòd constitutis in dignitate minus licet stipulari

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Nō valet consuetudo. adde l.j.ff.de vsu. & per Car. zab. in c. fi.de consue.

b ¶ Contractū factū. An ille qui post contractum efficitur clericus possit cōueniri i foro secu. vide bar. i.l.officiales.C. de epi sco.& cle.Bal.in l.cū ḡdā puella.ff. de iur. om.iu.in l.j.C.an seruus ex facto suo. & i c.j.de eo q arma.bel. depositu.in vlīb⁹ seu. Ang.&Io.deImo.i.l. nemo pōt.ff.de leg.j. Io.an.in c.j.de ob. ad ra. Ant.de Bu. & ab. in c.ppositi. de fo. compe.

c ¶ Sacra vrbe.i.Hierusalē.adde Phi. frā. in c.felicis.§.quapropter.in iij.no.de pœnis lib.vj.

d ¶ Depositari⁹. Adde gl.instit.quib. mo.re cōtrahi.ob.in §.præterea.doc.f c.j. depositi.

e ¶ Culpa lata. Quid sit lata culpa. vide p Abb.f c.vnico.de cō mo. Et qñ culpa lata æquiparat dolo.maximè in delictis. vid per Abb.cōl.iij.inci. Facti diligentia talis est.in j.volu. Et quid sit culpa leuissima. vide Bart.in l. quod Neruа.ff.depo. Car. zab.in c.j.in x. q.de commo. & quando culpa dicatur grauis seu leuis.vide p Ab. in c.fi.de his q fil. oc.

pro vsuris,quàm aliȝ:quia maius eis est decus mutuare ad vsuram. Item quod mercatoribus et negotiatoribus licet plus stipulari cȝ aliȝ vsq; ad bessem.i.duas tertias sortis.vt si sors est xxiȝ. possunt stipulari viij. in anno. Item quod propter periculū quod creditor suscipit in sorte,licet sibi stipulari vsuram cētesimam.quod est verum donec substantiæ periculum.id est,postquàm nauis peruenerit ad portum.postea incipiunt currere cōes secūdùm taxationem huius l. & desinunt maiores.vt l.j.j.tit.j.† Item nota in ver.[Cæteros.ibi.occasione consuetudinis.] quod non valet consuetudo a vel statutum de præstādis vsuris.& lex prohibet. vnde cum hodie sint vsuræ prohibitæ etiā vnius nummi non poterit per statutum vel consuetudinem induci contrarium. † Item not.contractum b factum cōtra prohibitionem.l.non valere.quid si contra prohibitionem consuetudinis?gl.videtur tenere contrarium.ff.de pac.l.Iurisgē.§. quinimò ver. maximè.† Item not.in ver.[interdicta.]cōtra cōsuetudinem aliquorum fœneratorū, qui numerant centum,& incontinenti retinent decem vel xiȝ. pro vsuris vniꝰ anni. & faciunt eantare instrumentum de centū. nam non licet retinere vnum nummū, vel decem solidos pro vno pisce,vel aureū pro recolligendo instrumentum. & quod retinet,minuit debitum sortis. Not.in fi. quod ad discooperiendam fraudem potest fœnatori deferri iuramentum.& est arg.secundùm Bald.quòd valet constitutio episcopi quæ dat faciliorem modum probandi quē vsurarium esse manifestum,quàm detur à iure communi.

a ¶ Creditor qui recipit usuras,si eas postea restituat debitori ex causa donatiōis,non potest debitor postea aliquid repetere per cōdictionē indebiti à creditore:nec ab eius hæredibus,postquam semel fuerunt restitutæ:licet ex causa donationis.

b ¶ Sacra vrbe.i.Hierusalē.adde Phi. frā. in c.felicis.§.quapropter.in iij.no.de pœnis lib.vj.

c ¶ Depositari⁹. Adde gl.instit.quib. mo.re cōtrahi.ob.in §.præterea.doc.f c.j. depositi.

d ¶ Culpa lata. Quid sit lata culpa. vide p Abb.f c.vnico.de cō mo. Et qñ culpa lata æquiparat dolo.maximè in delictis. vid per Abb.cōl.iij.inci. Facti diligentia talis est.in j.volu. Et quid sit culpa leuissima. vide Bart.in l. quod Neruа.ff.depo. Car. zab.in c.j.in x. q.de commo. & quando culpa dicatur grauis seu leuis.vide p Ab. in c.fi.de his q fil. oc.

adde quod quando creditor suscipit in se periculum sortis,etiam si nō pro pecunia traiectitia,erat licitum sibi stipulari cētesimas vsuras:cum sit eadem ratio in aliȝ periculis, quæ est in periculis maris.ff.e.tit.l.periculi.† No.tex in l.iij.dum dicit.[in sacra vrbe.] id est. in Hierusalem c q licet ista l.ḡ est de antiquis: & sic facta fuit ab imperatore non christiano, nihilominus Hierusalem appellabat sacram vrbem.quia ibi colebatur Deus cœli,sed in aliȝ partibus colebantur idola.

2 ☞ Vecturales,uel muliones,si causa fraudandi uectigal non seruant iter consuetum, eorum est periculum contingens in tali itinere.

3 Si quis habeat apodissam de aliquibus rebus quæ portantur ad gabellarios, & aliquis portat aliquam rem quæ non sit in apodissa,& sic fraudat gabellam, quòd propter illam tota salma perdatur.& confiscetur.

4 Præceps auaritia,& inciuilis audacia à lege reprobantur.

LEX XXVII.

1 DE vsuris.† Lex noua trahitur ad præterita,quatenus habet tractum pro futuro tempore. hoc dicit.

LEX XXVIII.

1 VT nullo.† Vsuræ vsurarum non sunt permissę. etiam si primæ vsuræ fuerint ī sortem deductæ.hoc dicit.gl.intellīgit non tamen numeratæ: aliàs possent exigi.sed doc.tenent contrarium.quia da 2 reē materia fraudādi hanc l.quærit hic Bal.†pone quod debitor soluit creditori vsuras,& creditor incontinenti easdem vsuras sibi restituit,dicens se ei donare: mortuo creditore debitor repetit ab hæredibus vsuras quas soluit in curia episcopali, hæredes se defendunt dicētes,quod defunctus easdem vsuras sibi restituit: creditor replicat quod illa restitutio fuit facta ex causa donationis,& sic nō tollit debitum,seu condi. inde.quæ fuit nata eoipso quod dictas vsuras soluit creditori: quæritur quid iuris?& tenet ipse quod nō sint restituendæ postquàm sunt semel restitutæ.licet sub nomine donationis impropriè sumatur.& intelligatur potius secundùm subiectam materiam.

De nautico fœnore. *Rubrica*

2 ☞ Hierusalem qualiter appelletur urbs sacra.licet facta ab imperatore nō christiano.

LEX I.

1 IRaiectitiam.† Eatenus veniunt vsuræ centesimę,p pecunia traiectitia, quatenus durat suspitio periculi maris apud creditorem.quod est quousq; nauis peruenerit ad portum.quo casu cessant cōes vsuræ.& debentur centesimæ.postea verò veniunt cōes,& nō centesimę. & idem si creditor non suscipit in se periculum.h.d.cum l.seq.& adde quod quando creditor suscipit in se periculum sortis,etiam si nō pro pecunia traiectitia,erat licitum sibi stipulari cētesimas vsuras:cum sit eadem ratio in aliȝ periculis, quæ est in periculis maris.ff.e.tit.l.periculi.† No.tex in l.iij.dum dicit.[in sacra vrbe.] id est. in Hierusalem c q licet ista l.ḡ est de antiquis: & sic facta fuit ab imperatore non christiano, nihilominus Hierusalem appellabat sacram vrbem.quia ibi colebatur Deus cœli,sed in aliȝ partibus colebantur idola.

2 ☞ Vecturales,uel muliones,si causa fraudandi uectigal non seruant iter consuetum, eorum est periculum contingens in tali itinere.

3 Si quis habeat apodissam de aliquibus rebus quæ portantur ad gabellarios, & aliquis portat aliquam rem quæ non sit in apodissa,& sic fraudat gabellam, quòd propter illam tota salma perdatur.& confiscetur.

4 Præceps auaritia,& inciuilis audacia à lege reprobantur.

LEX III.

1 CVm proponas.† Qui suscepit in se periculum,teneē de eo.nisi ex culpa alterius partis acciderit.h.d.ista not.l. secundū Bart. & declarat & limitat omnes ll.dicentes debitorē posse suscipere periculum in se casus fortuiti.quia contractus ex conuentione partium legē accipiunt* l.j.§.si conueniat.ff.depositi.* & sic licet quis de natura contractus non teneaē de casu: potest tiē per pactum illum in se suscipere.vt ś.de pign.act.l.quæ fortuitis.& l.nec creditores.cum similibus.nam tūc tenetur ex isto pacto,quando casus non accidat culpa creditoris.per hanc l.quam 2 perpetuò tene menti.† Not.contra vecturales, vel muliones,qui causa fraudandi vectigal,non seruant iter consuetum,vt eorum sit periculum contingens in tali itinere: quia præsumitur nō debuisse venire,si iuissent per rectum iter.† Item allegatur ista l.qd 3 si quis habeat apodissam de quibusdam rebus quæ portat ad gabellarios: si aliquas portat quæ non sint in apodissa, & sic fraudat gabellam,quòd propter illā tota salma perditur,& confiscatur.& sic etiam illæ res de quibus apodissam habebat: quia sibi non prodest:postquam ea abutitur.& vide q idem Bar.not.in l. cotem.§.dominus.ff.de publicanis.& hoc etiam tāgitur per Cy. hic.† Vltimò not.tex.in fi.de præcipiti auaritia,& inciuili audacia reprobata à lege.faciūt enim homines odiosos apud omnes. 4

LEX IIII.

1 TRaiectitiæ.† Periculum pecuniæ traiectitiæ pertinet ad creditorem antequam nauis peruenіat ad portum,si creditor illud in se suscipit: aliàs ad debitorem.

Depositi. *Rubrica.*

2 ☞ Culpa lata in quo differat à culpa latiori remissiuè.

LEX I.

1 SI incursu.† Depositarius d tenetur de dolo & lata culpa:nō de casu,nisi contrarium sit actum.h.d.sed nec de leui,vel leuissima tenetur:quia cōtractus celebratur gratia dantis: nō gratia recipientis. l.si vt certo.§.nunc videndum.ff.cōmo.No. hic secūdū Bart.de lata quia † rarò reperies 2 in tex.nam.l.quod Neruа.quæ principaliter ad hoc allegatur.nō loquitur de culpa lata: e sed de culpa latiori.quæ est dolus p̄sumptus.& longa est differentia inter illam & istam. vt ibi plenè notatur per eundem.sed certè imò reperitur in l.latæ.de ver.sign.

LEX II.

1 VSuræ in depositi.† In contractu depositi quia est bonæ fidei, veniunt vsuræ ex mora.sicut in cæteris bonæ fidei contractibus.hoc dicit. Et procedit ista l.cùm apud te deposuerim pecuniam in sacculo, quam conuertisti in tuos vsus,quo casu commitis furtum,& statim es in mora, quousque fueris interpellatus de restituendo.& non restituis cessante quolibet impedimēto.Si autem pecuniam quā apud te deponam, non dedi cōsignatam,poteris ea vti.quia videor dedisse licentiam vtendi. & sic non commitis furtum vtendo.ff.eo.l. Lucius.

LEX IIII.

1 SI deposita.† Quod venit in officio iudicis mercenario,sententia lata super principali nō pōt peti.h.d.Et vide hic quod no. Inn. de iuramēto calumnię.

calumniæ. capitulo. cum causam tamen aliâs cum iuramento, & circa fi. In tex.videtur velle q si es mihi condemnatus ad sortem,non facta mentione de vsuris quę veniebant officio iudicis mercenario.sic non possum iudicis officium principaliter in iudicium deducere sine sorte,vt fiat cōdemnatio in vsuris:sed debeo agere prima actione ad sortem: vt sic illa mediante possim venire ad vsuras,& nolo vti sententia lata super sorte tantùm q ego non possum hoc facere. & tamen regulariter possum : quia per sententiam condemnatoriam non fuit prima actio sublata: sed noua actio sibi accumulata:vt l.j.cum ibi plenè no.ś.de iud. iunctis his quæ habentur & no.in l.duobus.ff.de excep.rei.iudi. & hoc fortè odio vsurarum.& sic non potest negari acquiri per hanc nouationem iudiciariam actionem primæ decedat,& non accedat.regulariter secus.vt no.in d.l.j.secundùm Cy.non tamē est sententia nulla propter hoc q non fuerit facta mentio de vsuris:licet fuerint petitæ in libello.vt ś.de vsu.l.in bonæfidei.& ibi dixi:non sic credo interesse fore.q veniret officio iudicis mercenario.vt in actionibus arbitrariȝ:quia si esset lata sententia super principali,non facta mentione de interesse,licet non possum iudicis officium mercenarium implorare vt condemnet. vt l.centum Capuæ.in fi.ff. de eo quod cer. loco. possum tamen omissa sententia iterum agere actione prima,& petere iteratam condemnationem fieri,tam in sorte quam in interesse.facit l.iij.§. Item Iulianus.de eo quod certo loco.quia non sic est odiosum interesse sicut vsuræ.nec obstat quod ex sententia condemnatoria contra volentem iteratò agere obstat exceptio rei iudi.sicut ex absolutoria.l.si quis cū totū.§. planè.ff.de exce. rei iudi.quia verū est si post sententiam fuit secuta absolutio. vt no.in l.euidēter.eo.ti.

2 ☞ Sequestrum est species depositi,& in quibus differat à simplici depositō remissiuè.

LEX V.

1 REpropter.† Sequester teneē restituere sequestrū ei de quo actum fuit impleta conditione. Item debitor postquam soluit tutus est, licet nō re habuerit instrumētum debiti.hoc dicit. De materia se- 2 questri vide per Bar.in l.interesse puto.ff.de acqui. possess. † Est enim species depositi.ideo de ipso fit mentio in hoc tit.vt hic. & ff.eo. l. licet. vbi ponuntur quædam in quibus differt à simplici depositō,cum vltimo dicto.concor.l.indultum.j.de solu. In tex. ibi.[cum aduersario tuo.]hoc est propter quod illud depositum vocatur sequestrum.quia factum ab vtraq; parte cōtendente.nā simpliciter depositum fit ab vno tantū.& hęc fecit iste colonus: quia non confidebat de locatore;cū penes se haberet instrumentum promissionis. & vt facilius posset rehabere facta solutione.

2 ☞ Si deposuisti penes Titium aliquam rem,dicens in instrumento quod illam rem habuisti à me in depositum:licet illud instrumentum sit factum inter te & Titium,tamen probet intentionem meam contra te?

LEX VII.

1 DEsiderium.† Actio depositi datur contra depositarium, non contra eum in quem ipse depositarius rem depositam trāstulit. hoc dicit.cum l.sequē. videbatur iste depositarius excusatus,si fortè iusta ratione motus.quia fortè habebat se absentare: depositum transtulit in alium cum pacto,q ille restitueret deponenti.ex quo pacto acquiritur deponenti actio:vt in l.penulti.ś. ad exhiben.& l.si cùm venderet.ff.de pigno.actio.nam ipse non tenetur nisi de dolo & lata culpa cùm nunc nō habeat penes se, nec dolo desijt habere. videbatur q non teneretur : sed deberet deponens agere contra illum in quem transtulit:sed contrarium est.quia eoipso fuit in lata culpa q in alium transtulit. nisi fortè necessitas ipsum cogeret.In tex.ibi.[instrumentum quo hanc ti bi reddi &c.]dicit Bal.fortè istum tex.alibi non reperiri.qui pro 2 bat.† q si deposuisti penes Titium aliquam rem, dicendo in instrumento q illam rem habuisti à me in depositum : illud instrumentum licet sit factum inter te & Titium,probat tamen intentionem meam contra te:& etiam si non possim aliter probare q deposuerim, sufficiat hoc instrumentum ad probandum. Et videbatur contrariū.quia res inter alios acta aliȝ non prodest, nec nocet.& quia confessio tua facta me absente, non debet probare intentionem meam contra te.l. certum.§. si quis absente.ff.de confes.sed hoc est verum.nisi feceris eam cōtrahendo cum alio, & per publicum instrumentum. quod perpetuò tene menti. ta- * men reuera iste tex.non vult hoc dicere* q illud instrumentum probet intentionem meam cōtra te. sed potius vult dicere* econuerso: quod inducebas ad probandum intentionem tuam come, videlicet quòd depositum non habebas penes te:sed in alium transtuleras bona fide:& de hoc apparebat instrumentum.nota tamen primum dictum in se propter authoritatem Bal. facit c.peruenit. de fideiuss.

2 ☞ Inter successionem filij in potestate,& mortem patris, non est dare medium.

3 Si hæreditas patris est delata filijs in potestate ex testamento, uel ab intestato, an antequam se immisceant possit dici hæreditas iacere?

4 Commendare,idem est quod deponere.

a ¶ Idem est commendare quod deponere. Adde l. Lucius.ff.de posi.l.commendare. ff.de verb. signi.c.nequis. xxij. q.ij. & in c.j de depo.Item hoc verbum commendare accipitur pro laudare. vt in l. ea quæ. ff.de cōtrahen.empt. c.nemo deinceps. de elec.lib.vj. per Inno. in c.dudū.el j. de ele.

LEX IX.

1 VM hæreditas.† Ex contractu serui hæreditarij acquiritur actio hæreditati iacenti.& per eam postea hæredi.hoc dicit.casus. In tex. ibi.[personam domini.]defuncti quousq; adeatur: sed postea re 2 præsentat personam hæredis.† In tex.ibi.[priusquam patri vestro succesſeritis.]sed contra:quia inter successionem filij in potestate,& mortem patris,non est dare medium. vt l.si post mortem.de lega.j.& de condi. inde.l. Iulia.glos.dicit q isti filij erant emācipati,& sic nō cōtinuaē dñiū in istis ,nec erāt sui:vel si erāt in potestate,erant instituti sub conditione potestatiua. qua pendente similiter non erant hæredes necessarij.& sic hæreditas dicebatur iacere.Si autem erant instituti purè, & erant in potestate , procederet contrarium. nec posset dici hæreditatem iacere. 3 † Dicit Bal.no.singu.hanc glos.per quam patet quòd si hæreditas patris delata est filijs in potestate ex testamento, vel ab intestato,etiam antequam se immisceant , non potest dici hæreditas iacere.cùm statim sint hæredes:licet sine effectu. quantùm ad ea quæ concernunt eorum præiudicium.quia non possunt conueniri à creditoribus.nisi probetur immixtio.vt ś.si minor se ab hę redi.abstī.l.j.sunt tamen hæredes quó ad concernentia commodum: quia transmittunt hæreditatem tanquam aditam ad quoscunq; hæredes.secundùm communem opi.& ideo tali hæreditati non debet dari curator:tanquam hæreditati iacenti: & si daretur,non valeret datio.tanquam erronea.argu.in l. Seiæ egressæ. ff.de tuto.& cura. datis ab his. Breuiter non puto hoc esse verū: quia propter beneficium abstinendi quod habet filius in potestate ex edicto prætoris:redigitur ad instar emācipati:vt l. nam nec emancipatus.de lega.j.sed si esset de lata emancipato diceres iacere:vt patet in glos. ergo & nunc : & sic bene poterit dari curator.& valebit datio:quicquid dicat Bal.huius dictum est potius inutile quàm vtile.† In tex.ibi.[commēdatas.] No. quòd idem 4 a est commendare,quod deponere,*secundùm Bartol.si ego dico commendo tibi hunc librum, vel hanc rem, videor deposuisse: & agam depositi.

3 ☞ Sententia lata in actione depositi super restitutione rei,quod sit diffinitiua. Instrumentum depositi habet executionem paratam.

Deponens condemnatus actione depositi contraria pro expensis factis in re deposita an efficiatur infamis?

LEX X.

1 QVi depositum.† Condemnatus in actione depositi directa:quia non restituebat rem: efficitur infamis. hoc dicit. Et hoc quia redarguitur de fide rupta.qui enim deponit, multum confidit de depositario:& depositarius recipiendo,videtur dare fidem suam de restituendo.vt j.l.proxi.denegando ergo restitue re perfidiam cōmittit.vt habetur ibi. † Sunt & aliȝ duo casus in 2 quibus condemnatus efficitur infamis eadem ratione, vt habetur in l.j. de his qui notan.infa. & sic in deponente condemnato actione depositi cōtraria pro expensis factis in re deposita, quia non condemnatur de fide rupta.Et per istam le.patet quòd sententia lata actione depositi super restitutione rei est diffinitiua: aliâs non infamaret:vt in l.quid ergo.§.ex compromisso.ff. de infa.ergo falsum videtur id quod dicit Bar.j.l. proxi. quòd instrumentum depositi habet executionem paratam, quia sic nō esset necessaria diffinitiua.Certè potest esse quòd de depositō nō fuit confectum instrumentum:& sic oportuit probari per testes, & ferri diffinitiuam,sed etiam si fuit confectum instrumentum,potest esse quòd non fuit petita executio : sed fuit actum ordinario

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Cōpensatiōis. Add de d. Maria. so. in. c. primo. de mu. pe. ar. vj. fal. xj. et ibi q̄ fi admittit cōpensatio de deposito ad depositū licet vnū sit ligatū, aliud nō. allega. Bal. & Sal. & in proposito add de Tinda. in suo tracta. de cōpens. col. ij. & Moder. in §. bonæfidei. insti. de ac. Cur.

b ¶ Executionē paratā. Adde & intellige vt hic p Ang. Et Ad de q̄ etiā si de depo. cōstaret p testes exa minatos ad perpetuā rei memoriā: in casibus pmissis, tale depositū sic pbatū, haberet executionē paratā. ita Mach. in suo notabili quin to q̄ dictū refert. & sequit. d. Felic. in c. sicut. col. iij. de re iud. & vide alexā. in l. fi. C. de fideicom. Cur.

c ¶ Defunct⁹ deposuisset. Adde Ioā. an. & Barb. in c j. de depo sito.

iudicio dato libello super hac actione, & sic per hanc l. non reprobatur dictum Bar. In text. ibi. [suo nomine.] Secus si nomine defuncti. vnde non fieret infamis: quia nō condemnaretur de fide rupta. nam de ipso nō confidit deponens de depositō. nec ipse dedit fidem sed defunctus. & idem in procuratore depositarij: vt l. furti. §. si quis alieno. ff. de infa.

1 ☞ Actio depositi, an sit de iure communi summaria?
2 Instrumentum depositi an habeat executionem paratam?
3 4 Licet ex depositō non transferatur dominium nec possessio nec usucapiendi conditio dicitur tamen præbere titulū largo modo.
Depositarius propter impensas factas in re deposita, potest retinere eam quousque sibi defundantur?
5 Depositario si facta fuit protestatio quòd non restituat deponenti, an tamen debeat restituere nulla cautione recepta?

LEX XI.

SI quis. †Depositarius sine dilatione compellēdus est ad restitutionem depositi, nec potest obijcere compensationem vel dicere in contrarium sibi factam protestationem. h. d. hęc singularis. l. † Bar. qui dicit per eam quod actio depositi est de iure communi summaria, quantum ad cognitionem & ordinem iudicij: non quantū ad 1
probationem, vt colligitur in verbo [ilico.] & in verbo [quā celerrimè.] & in verbo [quā ocissimè.] vt no. in l. meminerint. j. vn de vi. Et sic vult Bar. quod non requiritur libellus, nec litis cōtestatio, quantū ad ordinē iudicarium, hoc est quantum ad terminos qui abbreuiantur: non quantum ad ordinem iudicarium, quominus requiratur libellus, & litis contestatio sicut in actiōe ad exhibēdū, q̄ est summaria, & tñ illa requiruñ. vt l. tigni. §. j. vel. §ij. iuncta. l. iij. §. j. vel ij. iūcta. l. ij. ff. ad exhibē. & hoc plus placet: & hoc important illa vocabula quæ hic ponuntur: non tamē omissionem ordinis iudiciorum: sed abbreuiationem terminorum, & etiam remissionem feriarum vt etiam die feriato ob necessitates hominum possit agi: sicut in alijs casibus requirētibus 1
toleratur. vt l. ij. ff. de feriis. Et aduerte q̄ ista procedunt quando depositarius negaret depositum, vel confiteretur: sed negaret re-
a stitutionem, opponendo exceptionem compēsationis, " vel alia si autem confiteretur, & nullam exceptionem opponeret: non
3 esset speciale in depositō, quia idem in quolibet alio debito confessato coram iudice. l. si debitori. ff. de iudi. cum ibi nota. † Dicit etiam Bar. per hanc l. q̄ instrumentum depositi habet executio-
b nem paratam. b & non est necessarius libellus, nec sententia diffinitiua. Bal. videtur tenere contrarium per l. præce. sed non obvt suprà dixi, per illum tex. qui dicit quòd depositarius non pōt. allegare contra deponentem quòd res sit ipsius depositarij, & quod propter hoc depositum non valeat, nec teneatur restituere. per tex. dum dicit [actiones personales vel in rem.] & sic non pōt obijcere exceptionem dominij sicut nec contra agentem cō ditione exceptionis l. si quis conductionis titulo. infra loc. vel cōtra petentem restitutionem. illud videtur esse falsum, & expresse cōtra tex. in l. is qui rem. ff. eo. tit. quia exceptio dominij pro quo excludit intentionem agentis, vt dicat in re propria factum depositum, cùm in re propria nō cadat depositum sic nec locatio, 2
vt ibi habetur. Breuiter si deponens non consentit vt exceptio dominij admittatur, sed petit primò fieri restitutionem, procede 1
re potest quod primò dixit. vt ante omnia fienda sit restitutio. & ista exceptio reseruetur in ordinario iudicio per modum agendi si non consensit, vel tacet: & depositarius fuit admissus ad probandum de proprio dominio, & probauit, & denegabitur restitutio, & sic debet intelligi l. is qui rem. ad quod facit. c. j. de restit. spolia. vbi licet non admittatur exceptio dominij contra agentē de spoliatione, si tñ fuit admissa: quia agens nō pbauit probato
dñio denegatur restitutio, & illo modo videt Bal. ista. l. intellige
4 re, & q̄ suprà dixi. † Nota in princip. in verbo [titulum.] q̄ licet c
ex depositō non transferatur dominium, nec possessio, nec usucapiendi conditio, dicitur tamen præbere titulum. sed hoc largo modo sumendo. & quantum ad excusandum quem à mala fide propter retentionem rei alienæ, quia si fuit sibi deposita, non dicitur habere malam fidem. strictè tamē: & propriè loquendo nō dicitur titulus, nisi quando ex eo transfertur dominium, vel vsu capiendi conditio. vt in toto titu. pro emptore, & pro donato. & similibus, & dicit pluraliter alijs modis titulus, quod dic vt per Cy. in l. cogi. §. de petit. hæred. Item dicit Bar. in simi. huius. l. probari q̄ p de protestatione facta alicui per quendam tertium statur iuramento ipsius. Bal. contrà: quia nō dicit hoc tex. imò oportet q̄ ostendat sciuisse sibi factam protestationem à tertio: vt patet dum dicit, [quod si inscriptis &c.] sed bene statur eius iuramento, quod ipse non commisit dolum nec fraudem in faciendo sibi fieri talem protestationem, & sic est iuramētum purgationis de proprio debito. vt §. de vsuris. l. eos in fi. & hoc verius est, quàm quod dicit. Barto. † In glos. quæ incipit. [hoc ad vtrunque.] tene opi. Pla. quod depositarius propter impensas factas in te deposita, potest retinere eam quousq̄ sibi refundantur. per l. colonus. ff. de vi & vi armata. & quod no. eod̄ē titu. l. si plures. §. fin. & per Azo. in summa. Oppo. in glo. fi. contra fi. q̄ licet facta fuerit protestatio depositario q̄ non restituat deponenti, nihilominus debet restituere: etiā nulla cautio nec recepta de defendēdo ipsum ab illo denunctante, quia potuit elusione fieri. vt in l. hęc autem. in prin. ff. si cui plus quàm per leg. fal. dic quod ibi fuerunt factæ minæ verbales, non autem mota controuersia, nec facta protestatio in forma. & illæ non debent attendi, nec propter eas deponens grauaretur onere satisdationis: sed post motam controuersiam, vel protestationem factam in forma, secus, quod tamen hodie corrigitur per authen. hic positam, quæ vult q̄ illa non obstante teneatur liberè restituere, etiam nulla satisdatione recepta, & implere fidem quam dedit, & si protestans postea vult agere contra deponentem agat. Item ad idem oppo. q̄ illa cautio non sit prestanda, siue tertius non habebat ius: quia non poterit committi. vt in ll. allegatis in glo. quæ dicit quod licet reuera non haberet ius, posset tamen obtinere de facto. vt l. cùm putarem. ff. fami. ercis. & reputaretur habuisse huius l. res iudicata. de re iudic.

2 ☞ Habens iura directa, quòd interdum ex iusta causa admittatur ad protestandum alicui debitori ne soluat habenti utilia, vel econuerso habens utilia, ne soluatur habenti directa.

AVTHENTICA.

SEd iam cautum est. † Nota hic casum in quo quis non potest alteri protestari quod non faciat illud ad quod faciendum alteri tenetur, quæ dicitur protestatio inhibitoria. de qua vide plenè per Barto. in l. non solùm. §. morte. ff. de ope. no. nun. † Aliquando tamen admittitur, cum ille qui habet iura directa protestatur ex aliqua iusta causa debitori ne soluat habenti vtilia. vt ff. ad Trebel. l. hæres cùm debuerat. vel econuerso cùm habens vtilia protestatur ne soluatur habenti directa. vt j. de dona. l. iij. & vide omnino quod no. Inno. de officio delega. c. sanè. an possit talis protestans prohiberi facere talem protestationem vel inhibitionem, & an possit cogi ad remittendam eam officio iudicis: sic ergo corrigitur finis. l. præcedentis per hanc authen. quæ volebat quod facta protestatione per tertium non cogeretur depositarius restituere nisi recepta cautione à deponente de defendendo ipsum aduersus illum tertium. Nam hodie non tenetur hanc actionem præstare. si tamen ille tertius esset dominus, & ageret rei vendi. contra deponentem, haberet locum. l. bona fides. ff. eo. quæ non est correcta per hanc authenti.

3 ☞ Diligentia unius debet sibi prodesse: non alteri.

LEX XII.

SVperuacuam. † In his quæ pondere, numero, vel mensura consistunt, si vni ex hæredibus deponentibus pro hæreditaria parte persoluitur, residui periculum ad cæteros pertinebit. hoc dicit. Barto. & est optimus casus. ecce casum. † No. quod diligentia vnius debet sibi prodesse: non alteri, facit l. iij. in princ. ad leg. falci. ff. & loquitur ista l. in his quæ pondere, vel numero, vel mensura consistunt. in quibus fit diuisio numero, vel pondere: non autem in speciebus in quibus non fit diuisio per numerū: sed per singula corpora. vnde si defunctus deposuisset duos æquos: & depositarius vni ex hæredibus restituisset vnum, & alter postea moreretur, teneretur alter communicare cum hærede: quia

de: quia quilibet ex hæredibus in quolibet æquo habebat partē pro indiuiso. ergo primus recepit rem quę non erat sua propria: sed communis cum suo cohærede. Sed quęritur hic. quando depositum fuit ab vno factum, & postea deuentum ad plures hæredes ipsius, quid si fuit factum à duobus, & postea vni eorum fuerit restituta pars, & antequàm restitueretur altera pars alteri, fuit perdita. Respondeo secundū Bal. idem quod hic nisi in casibus qui habentur & no. in l. pupillus. ff. quę in fraudē. credito. & per glo. in l. tutores. ff. de condi. indebi. In contrarijs quæ format glos. dic vt in ea.

Mandati: vel contrà. *Rubrica.*

2 ☞ Videtur quis gessisse de mandato alicuius, qui ipso sciente & patiente gessit, sed si ipso ignorante, habet locum actio nego. gesto. non mandati: & si domino prohibente: neutra istorum habet locum.
Casus quo dominus locupletatur cum aliena iactura.
3 Qui gerit aliena negotia, potest recipere pecuniam sub usuris, si expedit pro utilitate domini, & dominus tenetur sibi pecuniam, & usuras solutas restituere.
4 Officium procuratoris, an debeat esse gratuitum?

LEX I.

1 ADuersus. †Pecuniam quam procurator expendit de suo in negotijs domini in dubio recuperat de suo cum vsuris, sed salariū an possit consequi, nō est sine dubio, sed relinqui
2 tur in cognitione iudicis. hoc dicit. † In tex. ibi. [gesta sunt.] scilicet per te de mandato suo, & sic fuisti procu. ad negotia, & videris gessisse de mādato, si ipso sciente & patiente gessisti. vt l. qui patitur. ff. eo. & j. ea. l. si fideiuss. sed ipso ignorāte nō haberet locum actio mandati, sed nego. gesto. vt in toto titu. de nego. gest. sed si domino prohibēte, neutra istarum locum haberet pro recuperanda æstimata pecunia. l. si pro te. ff. eo. & sic est casus in quo dominus locupletabitur cùm aliena pecunia: aliās
3 iactura. & imputet sibi gestor. vt §. de nego. gest. l. fin. † In tex. ibi. [mutuò acceptam.] dicit glo. cum vsuris. Et sic no. q̄ qui gerit aliena negotia, potest recipere pecuniam sub vsuris, si expedit pro vtilitate domini: & dominus tenetur sibi pecuniam & vsuras solutas restituere. & isto casu etiam de iure canonico petuntur: quia non vt lucrum, sed vt damnum emergens petuntur. fa
8 rum pretium, ad hoc vt libellus concludat. † Tertia concluſio. quòd in dubio quando eſt tanta læſio, præſumitur ignoraſſe potius verum pretium quàm ſciuiſſe. aliàs rarò locum haberet iſta lex. ſed quando non eſt tanta læſio, præſumitur potius fuiſſe pretium rei ſuæ per. l. quiſquis. j. eodem. & hoc vult ibi Cyn.
9 in effectu. † Quarta concluſio. quia ſi renuntiauit ſpecialiter prouiſioni huius. l. ſeu fraudi dupli, valet renuntiatio. etiam ſi conſtat quòd ignorabat verum pretium. l. qui iure. ff. de teſtamen. milī. quia licet non cogitauerit in ſpecie, poſtquam ignorabat,

rabat, videtur cogitaſſe in genere: & voluiſſe quòd non obſtante ignorantia veri pretij (etiam ſi ſit deceptus vltra dimidiā) nolīt vti remedio huius l. per illam l. & per id quod no. in l. ſub pretextu. la ij. ſ. de tranſactio. Quinta concluſio eſt. quòd generalis
a renuntiatio ª de omnibus iuribus & ll. &c. non nocet renuntiāti, ſi non apparet q̄ ſciuerit verum pretium rei. ſecundū Nicol. mag. & Bald. ad quod faciunt not. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitū. ff. ſi quis cau. Rofre. tamen. in d. titu. ſentit contrarium. dum dicit q̄ tutius eſt vt fiat ſpecialis renuntiatio. & ſic innuit q̄ etiam generalis valeat, ſed magis ſit dubiū. ideo tutius eſt facere ſpe-
10 cialem. † Sexta concluſio eſt, q̄ per illa verba & ſi plus ᵇ valet,
b donauit dicto emptori illud: non cenſetur renuntiaſſe beneficio huius l. quia illa verba poſſunt referri commodè. & referūtur ad modicam quantitatem. arg. in l. hæc adiectio, de verb. ſig. ſecundùm Bart. ſed Bald. limitat. niſi diceret totum illud & quicquid plus valet, donauit: quia tunc referuntur ad omnem quantitatē. Si autem iſta verba non ſint appoſita, etiā ſi in vno nummo excederet dimidiam iuſti pretij, haberet locū prouiſio huius l. quia ita figit pedes hic. l. vt in ſimili not. gl. in l. ſi non fuerint. ſ. j. ff. pro ſocio. Septima concluſio eſt, q̄ ſi iuret non venire contra, excluditur: etiam ſi ignorauit verum pretium: propter virtutem iuramenti. per ea quæ no. per Arch. & Jo. an. in no. vel in c. ij. de pact. lib. vj. & per id quod no. Bart. in l. ſi duo. §. Idem Iulia. ff. de iureiur. vbi reprobat Dyn. cuius opin. Cyn. hic recitat. qui tenuit q̄ ſi adultus iuret non venire contra contractū: ita demum perdit beneficium reſti. in integ. per auth. ſacramenta puberum. ſ. ſi adu-
11 er. vendi. ſi fuit de illo certificatus Bart. quia ſufficit iurare ſuper facto. & eius opi. approbatur in d. c. ij. licet ipſe Bart. non al-
leget. † Quæro hic. pone quòd emptor rem illam alteri obligauit: poſtea agitur contra ipſum ex diſpoſitione huius l. & ipſe nolens ſupplere pretium rem reſtituit quæritur an tranſeat in venditorem cū iure hypothecæ: & ſic poſsit ab eo aduocari per creditorem? videtur quòd ſic: quia emptor erat dominus: & ſic potuit obligare. nec poſtea fuit in ſua poteſtate eius creditoris extinguere: & hanc partem videtur tenere Bar. in l. in diem. ff. de aqua plu. arc. dicens quòd iſta reſolutio contractus non fit ex neceſsi-
12 tate præcila ipſius emptoris: quia tunc reſoluto iure ipſius emptoris, reſolueretur ius creditoris habentis ab eo cauſam. vt in l. lex vectigali. ff. de pig. ſed reſoluitur ex voluntate eius: quia noluit pretium ſupplere: & hoc non debet nocere creditori cui obligauit per l. iij. de in diem adie. §. ij. vel iij. Bald. hic plenè diſputādo tenet contrarium. & melius: quia illa reſultatio ſit ex cauſa de præterito, quæ habuit ortum antequam ipſe obligaret: & ſic obligatio cenſetur facta eo modo & iure quo res erat apud ipſum emptorem: quia nō potuit plus iuris transferre quàm eſſet apud
eum. & iſta opinio magis placet. † In glo. mag. Ex qua colliguntur nouem quæſtiones. Circa primam. quæ eſt quod remedium competit ad retractandum venditionem ſecundùm diſpoſitionem huius l. Quidam dixerunt quòd iudicis officium nobile. per quod venditor petit ſe reſtitui aduerſus venditionē ex clauſula generali ſi qua iniuſta cauſa eſſe videbitur. de qua in l. j. in fi. ff. quibus ex cau. maio. & hoc per l. in contractibus. ſ. quib. ex cau. maio. quia iſta l. eſt poſita in materia reſtitutionis in integ. dixerunt tamen hoc officium durare xxx. annis. hoc vltimum ſecundùm glo. non poteſt ſuſtineri per l. fina. ſ. de temp. in inte. reſti. quæ vult quòd ſiue reſtitutio petatur ratione maioris ætatis, ſiue alia ratione ex qua maiores reſtituuntur debeat peti intra quadriennium cōtinuum. Sed nec primum dictum poteſt ſuſtineri: quia maiores ex dicta clauſula generali non reſtituūtur aduerſus geſta per eos: ſed aduerſus neglecta. hoc tenuit gloſſ. in d. l. fina. de temp. in integ. reſti. quæ incipit hoc ſi hic abſens. ibi dī dicit. ſi autem lædatur in contractu minori, ſemper datur quadriennium. maior autem non reſtituitur in contractu. vt ſ. de reſti. milī. l. ea quæ à patre. tenet ergo glo. quòd competit actio ex eo contractu. Nec obſt. quòd illa debet dari ad obſeruantiam cōtractus, non ad ipſum reſoluendum: quia imò. cum ſit amplę naturæ: ſcilicet bonæfidei, datur ad omne id quod æquum eſt: & ſic etiam ad reſoluendum. tex. eſt vltra illum quem gloſſ. allegat in l. ex empto. §. ſi quis virginem. & §. is qui vinū. ff. de act. emp. Et ſic illa lex in contractibus. licet ſit appoſita in materia reſtitutionis in integ. non tamen debet intelligi ſecundùm illam materiam. vt patet ex ibi no. in glo. & ideo Bar. hic in l. ſi id quod au-
rum. ff. de verb. obliga. ponit vnam diſtinc-
a tionem, quādo agitur ad reſolutionē contractus, quo iure de qua actiōe agatur. dic
13 vt hic & ibi per eum. † In ſecunda quęſtione, qua quæritur an habeat locum remedium huius l. in cōtractibus ſtricti iuris, in quibus actio non datur niſi ad id de quo fuit actum inter partes. vt l. quicquid aſtringendæ. de verbo. oblig. & illud q̄ venditio deberet reſolui, non fuit actum inter partes: videtur quòd non habeat locum. glo. tamē dicit q̄ habebit locum quo ad remediū excipiendi: ſi ſolutio vel traditio facta nō erat. Pone exemplum in cōtractu permutatio-
c nis, ſi permutaui librū meum cum tuo: & meus valet in duplo plus quàm tuus, & ego ignorabam. Sed pone quòd interuenit ſtipulatio hinc inde: nam ſi nondum tradidi, & agas vt tradam, habeo excep. doli. ſed poſtquam tradidi, nō poſſum repetere. addit Cy. rationē: quia exceptio doli eſt odioſa. & tutus exceptione odioſa ſoluens, non repetit: ſcilicet qñ per errorem iuris. vt in l. qui exceptionē. ff. de cōdi. indebi. q̄ autem ante traditionem habeam exceptionem doli: probatur in l. ſi quis cum aliter. de verb. oblig. Bar. dicit q̄ imò etiam habeo repetitionem: quia tunc exceptio doli eſt odioſa, d
qñ competit à principio. ſecus ſi ex poſtfacto. hoc nihil eſt dicere. ſalua pace ſui: nam & hic à principio cōpetebat. Dic ergo melius vt not. Cy. in l. ij. ſ. quod me. cau. in addi. q̄ tunc exceptio doli eſt odioſa, qñ competit contra ius cōmune: vt cum ſuccedit loco exceptiōis macedoniani: ſecus qñ cōpetit ex æquitate iuris naturalis: vt cū ſuccedit loco exceptionis metus. & etiā propoſito: quia æquitas naturalis dictat vt de-
e cepto ſuccurrat. vt l. ij. ff. ad velle. vnde nō eſt odioſa: & ita debet intelligi quod no. in l. qui ſe debere. ff. de condi. ob cau. in gloſſ. ordi. cōpetit ergo cōdictio indebiti ſecūdū Bal. & cōdictio incerti: vt res reponatur in priſtinū ſtatū. vt l. ſed & ſi me putē. §. cum inter. ff. de condi. inde. & ex his apparet an prouiſio huius l. habet locum in contractu tranſactionis: qui eſt ſtricti iuris. & eſt di-
c cendum q̄ ſic: ᶜ tñ aduertēdum: quia cū quæritur an quis ſit deceptus in contractu tranſactionis vltra dimidiā iuſti pretij, non debet examinari res quæ petitur, & eſt in controuerſia: ſed dubius euentus litis, qui poteſt multò minus valere: ita no. in l. Lu-
14 cius. §. fi. ff. ad treb. † In tertia quæſtione, qua quæritur an iſta l. quæ loquitur in venditione: habeat locū in aliis cōtractibus bonæfidei. dicendum eſt ſine dubio quod ſic per l. iij. ſ. communia vtriuſq; iud. & de cōtractu locati habet per gl. in l. in vēditione. §. j. ff. de bo. autho. iudi. poſ. ſuper verbo minoris. & j. loca. l. ſi olei. & bonus tex. eſt in l. j. §. ſi quis in fraudē. ff. quæ in frau. cred. Eſt
d tñ dubium de contractu emphyteutico, ᵈ vel feudali: quia Spe. in hoc variauit: & in ti. de emp. & vend. loco. ſ. allegato videt tenere quod non habet locum, dicens quia non venditio, nec locatio, ſed idem Spe. in ti. de locato. §. nunc verò aliqua. verſi. nona. geſimo. tenet contrarium. & iſta pars eſt verior, cum in quolibet
15 contractu, vt deceptis ſuccurratur. † In quarta quæſtione quę eſt
e an per iuramentū ᵉ excludatur quis à beneficio huius legis, ſi iurauit non venire contra: & ſic generaliter videtur q̄ non: nam iuramentū de iure ciuili ſi confirmat contractū validū, vel inualidum: imò eiuſdem naturæ eſt cuius eſt ipſe contractus per l. nō dubiū. ſ. de legi. Prætera non videtur venire contra contractū: ex quo eſt in arbitrio emptoris ſupplere pretiū, & facere contractum remanere. gloſſ. tñ determinat contrarium: quia ſicut venit contra contractū ille qui pręcisè agit ad reſoluēdū cōtractū. ita ille qui agit vt reſoluatur, vel aliud fiat. hoc ꝓbat in tex. notabili

a ¶ Generalis renūtiatio. Adde do. Alexā. de imo. in conſi. xiij. col. ij. ver. iij. cū preſumat in j. vol. Cur.

b ¶ Et ſi plus valet. Adde de hoc & dic vt per Alex. de imo. latè in l. ſi quis cū aliter. ff. de verb. obli. & ibi Are. & in trac. de emp. & vend. in viij q. principali. q. iij. vbi latiſsimè de hac clauſula. & ibi, an habeat locū in ceſſione iurium. Fran. Cur.

c ¶ Quod ſic. Adde q̄ Ale. de imo. in l. ſi qs cū aliter. ff. de verbo. obli. col. iij. tenet contrariū. Et in cōſi. xlij. col. iiij. in fi. verſ. viij. vol. v. & ibi dicit negatiuā eſſe cōmunē opin. de q̄ vide p. do. Ioā. bap. de ſan. ſeue. i trac. de trāſa. q. xiij. Et per Mod. in tract. de emp. & vē. in iij. q. viij. q. principalis per Barba. in cōſi. xlj. col. xxiij. in j. vol. Et per Abb. in cōſil. xij. & in conſil. xvj. in ij. vo. Fran. Cur.

¶ Emphyteutico. Vi de eundē Pau. de caſ. in conſil. ccclxxxvj. ſ. alleg. in j. apoſtil. ad hanc l. & p Cepo. in trac. de ſimula. cōtractuum v. q. & vj. & in trac. de emp. & vend. in d. q. iiij. viij. q. principalis. p doc. in l. ſi quis cū aliter. de ver. obli. Cur.

d ¶ An per iuramentū. De hoc dic etiam vt p Alex. de imo. in cōſ. xlij. quaſi p totū. in j. vo. & ibi quid in ruſtico: muliere: vel minore. & in conſil. cxxxv. in vj. col. co. vo. in cōſ. lxxxix. co. iij. verſi. nec etiā ob. & in cōſi. cxxvij. per totū. in ij. vol. Cur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quę gl.alleg.ff.de cõdi.instit.l.quę sub cõdi. §.j.qui incipit si quis.& ibi Bal.tñ ad primã rationẽ gl.nõ respõdit.sed Cy.secundũ Pe. videt respõdere,q nõ repellatur ex virtute iuramẽti.sed ex tacita renũtiatione,quę in cluditur in iuramẽto.hoc tamẽ procedit de iure ciuili.sed de iure canonico videt q ex virtute iuramẽti: quod est seruandũ.etiã si super cõtractu nullo vel annullando interponat, si potest saluari sine interitu salutis æternæ.vt in.c.cum cõtingat. de iureiur.& hoc si vẽditor est maior.si autẽ minor,tunc iuramentũ nõ excludit ipsum nisi à beneficio cõpetente rationẽ minoris ætatis: & sic ad restitutionẽ in integrũ. quam posset habere:etiã si non esset tanta læsio: quia iuramentũ representat ipsum maiorẽ:vt in auth. sacramẽta puberum.s.si aduer.vẽdi.& tale auxiliũ est debile. & ideo de facili tollitur. sed beneficiũ huius.l.quod maioribus competit: ipsum nõ repulit.nisi dixerit q si venit cõtra,ratiõe minoris ætatis:vel alia quacunq; ratione:nã ex primis verbis repręsentatur maior: & ex secũdis excluditur à beneficio maioris. Breuiter id probat (licet gl. nõ alleget) in.l.j.§.si maior fac.ra.ha.vbi est tex.cum glo.in vlt.charta v.lib. † In quinta quæstione.si emptor alteri vendidit,contra quẽ venditor debebit agere. dic quod non poterit agere cõtra secundũ emptorẽ cum quo non contraxit. vt.j.eo.l.dolus.& l.h.ff. de cõtrah.emp. sed aget cõtra primum emptorẽ.etiã si si sit bonæfidei: & bona fide etiã in alterum transtulit: & sic non desijt dolo possidere:quia erat obligatus ex contractu de restitutione rei vel suppletione pretij: à qua obligatione sub facto nõ potuit se eximere.arg.in.l.iij.circa prin. de iureiur.ff.nõ obstant.ll.dicẽtes q non tenetur ille qui nõ possidet,nec dolo desijt possidere. quia loquuntur in eo qui nõ erat obligatus personali actione:sed poterat conueniri actione reali.& idem si esset obligatus tali obligatione iti qua non veniret nisi dolus & lata culpa, sed in illo venit etiã leuis. debebit ergo vel redimere rem & restituere,vel supplere pretium si nõ fuit in mora,vel in culpa perẽptionis.videtur quod sic.quia erat obligatus alternatiuè ad rẽ,vel pretiũ.& regula est q debitor alternatiuus per peremptionem vnius de alterna.nõ liberatur:sed remanet obligatus in altero. vt.l.stichũ.ff.de solu. &.l.si in emptione. §.pe.de contrahen.empt. Contrarium tamen determinat glo.dicens nõ.quod in obligatione nõ erat nisi ipsa res quasi dicat suppletio pretij erat in solutione, nõ in obligatione. vnde perempta re sine mora,dolo,vel culpa,non potest æstimatio peti:quia non est in obligatione:præterea etiam si esset.tamẽ est respectu certæ speciei: ideo perempta ipecie debet liberari. ar. ff.de noxa.l.electio.§.si is.de leg.j.l.Titiæ textores.in fi.&.l.quidam testa.§.pen. vel antepe.Quidã dicunt contrarium: quia periculum interitus rei venditæ pertinet ad emptorem post perfectam emptionẽ:sed certè verum est quantum ad hoc vt non obstante peremptione posit conueniri ad pretium conuentum quod est in obligatione.non quo ad hoc vt possit conueniri ad pretium non conuentum.quod non est in obligatione,sed in solutione.vt dictũ est.in quodam tamen casu videtur aliud, scilicet in muliere decepta in æstim.rei datæ in dotem æstima. vt post ipsam peremptã nõ debeat petere suppletionem pretij: sed bene possit petere pretium conuentum.vt in.l.si res.§.j.ff.de iure do.& plenè habetur. j.sol. ma.l.si cirũscripta.dic vt ibi: & vide in Spe.loco.s.allegato.vbi tangit tres opi.& secundùm quãlibet format libellum.vna est q tantum res.sit in solutione.altera q suppletio tantum pretij.alterq; quod vtraq; alternatiuè.† In septima quæstione. dic vt in glo. quod ista.l.habet locũ econuerso quando emptor esset deceptus Similiter in octaua quæstione. quod venditor dicitur deceptus vltra dimidiam:si rem valentem.x.vendidit pro.iiij.& emptor sirem valentem.x.emit.pro.vj.reprobata alia opi.quòd tũc quando rem valentẽ.x.emisset pro xx.licet Pe.& Cy.eam teneant.sed Bal.dicit esse fantasiam. & tenet gl.& idẽ Alb. de ros. In vltima quæstione.qualiter,pbatur valor rei .gl. ponit aliquos modos. Bal.dicit q clarus modus est quod ponantur æstimatores. Ang. dicit quod ista practica non valet obolum:quia æstimatores æstimabunt rem secundùm pretium hodierni temporis: sed hoc nõ sufficit:imò debet probari pretiũ, quod erat tempore venditionis:vt.j.eo.l.si volũtate.in fi.tu dic quod imo valet. quia ex præsenti tẽpore præsumitur in præteritum, si non erat longũ tẽpus: nec apparet aliqua extrinseca causa propter quam potuerit esse variatio.per ea quæ not. Cy.in.l.si minorẽ. s.de in integ.restit.& quando probatur per testes,qualiter debeant deponere.vide per Bar.in l.fi.de prędijs mi.vbi dicit quod potest recurri ad æstimũ communis.& vide quod no.in.l.pretia rerum.ff.ad.l.fal.

a Secundũ emptorẽ. Adde Alex. de imo. in cõ.sil.xcij.col.iij.in fi.in.j.vol.& in prin. eo.leq.& ibi videtur sentire q q̃ secũdus emptor sciebat rem deiũ huius. l.cõpetere cõtra primum,quod tũc cõpetit etiã cõtra secũdũ. & adde Mo. in tra.de empt.& vẽ. q.vij.vij.q.pri.Cur.

b Valor rei. Quis dicatur valor rei. vide gl.in.l.si seruus furtiuus.ff.de cõdic.fur.l. mortis causa in. §. fi. ff.de do.cã mor. Bar. in l.pretia rerũ. ff.ad l. fal. & adde an valor rei dicat esse probatus eoipso qd̃ res fuit tũ vẽdita vide p Alex.de imo.in cõsil. xxvij.co.ij. in.v.vo. Et practicã probãdi valorẽ rei. vide p papiẽ. in sua practica in libello ĩ actio. rea. in ver.& in florenis. co.v.& adde q si volo probare q saccus frumẽti valuerit isto anno. xx. solidos, nõ sufficit, pbare q vna die istius anni fuerit venditus.xx.solidis: vt p Bart.& doct.in l.ptia rerũ.& Ale.de imo.in cons.xcij.col. iij. cir. medũ. in. v. li.& qualiter ,pbetur valor. adde vt p Cepo.veronẽ.in tra.de simula. cõtra tuum. char.antepen.Cur.

c Clausula non obstãte. Quid importet ista clausula. vide dif fusẽ in repertorio bertachini in verbo de clericis in rescripto.

a *Si rem quam scio ualere decem uendo tibi pro quatuor, non possum allegare dolum tuum,secus si ignorabam.*

LEX III.

1 DE contractu. †Venditio iuris perfecta non rescinditur ex voluntate alterius contrahentium tantũ:etiã mediante rescripto principis, vel ex priuilegio fisci:& etiã si offeratur duplum pretiũ percepti.h.d.cũ.l.ratas.j.eo.quæ debent cõiungi. cum ista cõtendant ad idẽ: †& sic in cõtractibus nominatis non est locus pœnitentiæ. Itẽ allegatur.l.ratas. q dato vno inconuenienti, aliud sequitur. Item dato quod nõ expeditur sequitur quod nõ oportet.cordat in auth.vt iud.sine quoquo suffra.fiãt post prin. super verbo alioquin.& no.in.l.sed si plures.§.in arrogato. de vulg. & pupil. casus. In text.ibi: [nec ex rescripto.] dic quod rescriptum non valet:nisi emanauerit ex certa scientia principis, cum clausula non obstante quacunq;. l.contrarium disponente. vt no. per gl.in.l.ratas.j.eo.& ibi dicit quod si tale rescriptũ valeret,& deberet obseruari, impetrãs deberet vti eodem iure per ti.quod quisque iuris:quia possent venditiones factæ eis rescindi.quod intelligi si fuissent factę per aduersarium,contra quẽ ille impetrasset: nam ille solus potest retorquere in ipsum:nõ alius. vt in.l.j.§.j.ff. quod quisq; iur.ibi dũ dicit aduersario postulãte &c,licet gl.in.l. fi.eo.ti.sentiat contrariũ. & de hoc tãgitur per Cy. in illa.l.ratas.

2 *Si rem quam scio ualere decem uendo tibi pro quatuor:non possum allegare dolũ tuũ:secus si ignorabam.vt l.proxi.in gl.j.& s.de hære.ven. l. qui nondum.*

2 *Forma libelli quando agitur ad rescissionem uenditionis propter lesionem ultra dimidiam iusti pretij.*

2 *In contractibus nominatis non est locus pœnitentiæ.*

Dato uno inconuenienti, aliud sequitur.

Dato quod non expedit, sequitur quòd non oportet.

LEX IIII.

1 ADrescindendam. †Ratione doli dantis causam cõtractui:vel etiam ratione iusti metus, bene potest venditio rescindi:tamen ad probationem doli non sufficit probare q rem quam magno pretio emi vendiderim pro paruo: nec etiam sufficit paruitas pretij respectu valoris rei: nisi fuerit quis deceptus vltra dimidiam iusti pretij.debet ergo probari dolus potius ex qualitate facti:quã ex paruitate pretij nec ratione doli potest agi cõtra singularem successorẽ committentẽ dolũ. sed est agendum cõtra ipsum-dolosum.h.d.ista.l.cum sequẽti.l.si volũtate.& l.dolus.j.eo. quæ omnes tendunt ad idẽ. & iume principiũ summarij ex.l.seq. & prin.l.si voluntate. in quibus dicitur q ratione doli vel metus ,pbabilis, bene potest vẽditio rescindi.sed erat dubium:an probetur dolus eoipso q rem quã emi pro magno pretio, vendidi pro paruo:nam dicitur quod non.quia potest esse q plus non valet quã vendiderim: & sic fui deceptus in emendo. vnde non sequitur quod venditorem deceperim in vendendo. Et posito quod plus venderem quam vendi posset, deciperem. dummodo non vltra dimidiam iusti pretij.quod erat tẽpore venditionis & hoc dicitur in.l.si voluntate. †Et hoc vltimum no.ad practicam.l.ij.§.quia qui agit ad rescindendum venditionem ex illa.l.debet dicere in libello q res vendita tantũ valebat tempore venditionis:& q fuit vendita tanto pretio quod est minus quam dimidia:sed si diceret q res illa valet hodie tantũ, & fuit vendita pro tanto quod est minus quam dimidia:libellus non concluderet:sed esset ineptus.per istum text.& per.c.cũm dilecti.de emp. & vendi.Et sententia lata super eo non valeret, vt ibi patet.quia videretur

videretur continere errorem iuris, si dicat tamen q tantùm valebat tempore venditionis:& ad hoc probandum faceret articulos,quòd tantum valet hodie præsumeretur etiam quòd tantum valuerit tempore venditionis,si non probaretur contrarium expressè,vel præsumptiuè.vt dixi in d.l.ij.licet Pe. videatur aliter sentire in authẽ.sed quãuis.de rei vxo.actũ.in fi.& l.si minorem.

3 suprà de in integ.rest.† qualiter ergo probabitur dolus. text. in l. dolus.dicit q ex qualitate factũ.quod declara vt in gl. sed quid si dolosus in aliũ trãstulit.dicit ibi q nõ est agendũ cõtra singularẽ successorẽ cũ quo venditor non cõtraxit:sed contra dolosum.

2 *Si rem quam scio ualere decem uendo tibi pro quatuor, non possum allegare dolum tuum,secus si ignorabam.*

LEX XI.

1 VEnditor. †Lex ista tractat de materia legũ præcedentium . scilicet an ratione doli possit indistinctè rescindi venditio : & dicitur q non: sed ita demum si talis dolus latuit alteri parti.aliàs nõ. quia scienti & intelligenti non dicitur dolus committi. & primo loquitur in venditore.qui sciens verum pretiũ rei.venditæ emit pro minori prætio suggestione, & inductione emptoris. vsque ibi. [igitur.] postea in ver. [sanè.] qui loquitur de eodem casu:dicitur q venditor bene potest petere pretium conuentũ: deinde in ver. [igitur.] loquitur econuerso in emptore. qui sciens verum pretium rei emit pro maiori quam valeret suggestione venditoris, asserendo plus valere.ideo imputet sibi:postquã sciebat cõtrarium.& habet locum ista lex:etiam si sit deceptio vltra dimidiam iusti pretij,vt dixi in l.ij.suprà eo.quia scienti non infertur dolus.nec deceptio etiam re ipsa censetur inferri . & hæc hæc est communis opi.doc.in d.l.ij.glo.tamen hæc videtur intelligere quando erat deceptio vltra dimidiam iusti pretij:sed doc.

2 dicunt id quod dixi.s.† Et no.ex hac l.q si rem quam scio valere x.vendo tibi pro quatuor:non possum allegare dolũ tuũ:secus si ignorabam.vt l.proxi.in gl.j.& s.de hære.ven. l. qui nondum.

2 *Sapiens est qui non petit illicita.*

LEX XII.

1 NOn idcirco. †Necessitas rei familiaris nõ facit vt venditio rescindatur ratione minoris pretij.h.d.in effectu.videbatur cõtrarium. quasi coactus vendiderim:vt s.e.l.si voluntate, sed ibi quando coactio processit ad aduersario vel etiam à tertia persona ipsum improbè inferente.hic verò sine culpa vel dolo alicuius imminebat necessitas. † Et no.hic secundùm Bald.in fi. q sapiens est qui non petit illicita.

LEX XIII.

1 SI maior annis. † Protestatio tertij facta emptori q non emat non ,pdest venditori:vt propter eam possit vẽditionem rescindere.h. d. & hoc quia ille non fecit eam ad commodum venditoris,sed ad propriam:sed an prodest ipsi protestanti? Rñ. si non habebat ius in re , non habebat ius protestandi. ideo sibi nõ prodest.vt l.tutor.in prin.de mino.sed si habeat ius in re:quia erat fortè dñs,bene prodest sibi: vt constituat emptorem in mala fide, & sic teneatur de fructibus perceptis & percipiendis. vt s.de rei ven.l.si fundum.quid autem si protestatus fuit venditori ne venderet, an cõstituat ipsum in dolo si vendat vt sic perinde teneatur acsi dolo desijsset possidere? vide Spec.de emptione. §. nunc dicendũ.ver.vl.not. cũ seq.& sequenti vsq; quasi in fine.

2 *Venditor si post uenditionem & traditionem soluerit publicas functiones : quia forte res non erat elcuata de libra,uel æstimo suo:nec posita in æstimo emptoris:potest quod soluit repetere ab emptore:ad quem pertinet cõmodum & incõmodum.*

3 *Quòd tamen fiscus possit agere contra quem uult,etiam contra emptorem . licet non sit posita in eius æstimo.*

LEX XIIII.

1 PEr conditione. †Licet nõ seruetur modus vel pactum per emptorẽ, non propterea rescinditur contractus,sed agitur contra eum ad interesse.h.d.hoc est verũ. nisi ille modus vel causa de futuro implenda dederit causam contractui: quia venditor non fuisset aliàs venditurus.vt j. de pactis inter empto

2 rem.l.cum te.vbi est casus singularis. † Et nota ex ista l. quòd si venditor post vẽditionem & traditionem soluerit publicas functiones:quia fortè res nõ fuerat elcuata de libra,vel æstimo suo, nec posita in æstimo emptoris, potest qd̃ a soluit repetere ab emptore, ad quem pertinet commodum vel incõmodum. † fiscus tamen potest agere contra quem vult etiã contra emptorem:licet nõ sit posita in æstimo.vt j.sine sensu vel reliquis.l.fi.in fi.vbi est tex.notabilis.

a Præsumitur scire valorẽ.Adde Spe.tit. de empt.& ven. in §. vj.ver.eodem etiam.

2 *Quilibet præsumitur scire ualorem rerum suarum.*

An quis præsumatur scire uires patrimonij sui?

LEX XV.

1 QVisquis. †Vendens rem minoi pretio quã valeat non potest rescindere venditionẽ ex eo quòd dicat se ignorasse verũ pretium : quia hoc non præsumitur:& quia hoc est sibi imputandũ quare non implorauit.h.d.† Et allegatur quòd quilibet præsumitur

a scire valorẽ rerũ suarũ.& vires patrimonij sui.gloss. fin.in fi.op. inst. qui & ex qui. cau.ma.nõ po.So.vt plenè no.per Cy.in auth. sed cum testator.in j.q.ad l.fal.infrà.vbi examinat istum passum. An quis præsumat scire vires patrimonij sui.quod no. Hostien. de iudi.c.ad liberandum.extra.super verbo scienter. & procedit ista l.quando nõ esset deceptus vltra dimidium iusti pretij: aliàs sibi imputandum,nec præsumetur sciuisse,sed ignorasse. per l.ij. supra eo.& per l.si voluntate.circa fi.

2 *Practica seruanda per publicum exactorem,quando ponit rem uenalem insubhastatione.*

3 *Verum pretium probatur ex qualitate rei,& quantitate redituum.*

Quæ sint necessaria,cum res priuatorum uenduntur propter publicas functiones non solutas.remissue.

LEX XVI.

1 SI quos. †Publicus exactor debet vẽdere res subditorum iusto pretio:& non debet pati q aliqua fraus fiat in subhastatione.aliàs venditio potest

2 rescindi.h.d.† Et ponit practicam.q ante quam ponat in subhastatiõe faciat rem æstimari per habentẽ notitiã & post ea ponat in subhastatione pro pretio declarato per æstimatores. deinde detur plus offerenti . si enim non præmissa æstimatione poneret in subhastatione,posset magna fraus cõmitti in dãnum debitoris fiscalis:& etiã in dãnum fisci:quia res daretur pro modico pretio gratiosè per publicum exactorem alicui fortè amico suo.& sic plus lucraretur exactor ex gratia , quam fiscus ex debito.Et per hanc l.patet quod licet res fuerit vendita ad incantum,nihilominus possit venditor,vel ille cuius erat res conqueri de deceptione vltra dimidiam iusti pretij:quia nõ sequitur nõ fuit repertus qui plus offerrat ad incantum : ergo non plus valebat.tex.est notabilis hic:& sic per hoc non perdit beneficium.l. ij.s.eod.Tene menti:& vide quod no.Bart.in l.ij.j.de mag.conue.l.fin.† Not.q verum pretiũ probatur ex qualitate rei,& quãtitate reddituum.gloss.etiam hic aliqua necessaria ponit:cùm res priuatorum venduntur propter publicas functiones nõ solutas. de quibus j.tit.ij.l.ij.& s.si aduer.fis.l.fi.in gloss.& l.ij.de præscri. xxx.anno.l.j.& plenior glo.in l.j.de fide instru.& iure haltæ.fic. libr.x.

LEX XVII.

1 HI qui. †Fictitij contractus in præiudicium fisci nõ tenent.h.d.ad quod vide.ff.ad munici.l.ordine.§.in fraudem.& quod ibi per Bart. In tex.ibi. [existimant esse contractus.] subaudi vt sub hoc essent munera quæ inducuntur pro quantitate patrimonij.vt j.de mune.patrimo.lib.x.per totum:& qualiter puniantur emptores.dic vt in glo.

LEX XVIII.

1 VEstium. † Palatini seu consiliarij principis non possunt emere res subditorum. hoc dicit.

Quando liceat ab emptione discedere. Rubr.

2 *Consensus resolutiuus contractus,qui solo consensu cõtrahitur,operatur ut omnis obligatio tam naturalis,quam etiam ciuilis, orta ex cõtractu hinc inde.scilicet,uenumme.4.*

3 *Si uendidi tibi rem pro.x.& postea re integra agimus quod sit uendita pro xij. censetur uenditio reformata,& an soluatur noua gabella?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Sed arrha est contractus. Adde q̄ est contractus nominatus.ita Bar. & Alex. in. l. exẽpto. §.is qui vinum.ff.de ac.emp. & adde quod etiã dicitur contractus pignoris.ita Bar.in.l.j. in. j. no. C. si tector prouin.Cur.

4 Quæ dicatur nuda uoluntas: & an ex ea posit agi ut res tradita retradatur?

5 Si uenditor (ut moris est) constituit se rem uenditam precario nomine emptoris possidere, postea conuenerunt ut uenditio habeatur pro non facta: an ista conuentio operetur resolutionem contractus? & nu. 6.

6 Quòd ista resolutio sit bonæfidei, sicut ipse contractus.

7 Pretium est pars contractus, & quòd arrha, sit contractus de per se.

8 Quòd resolutio contractus de qua hic. non dicatur nouus contractus, sed resolutio primi contractus, & an gabella resoluatur de tali contractu resoluto?

9 Venditio si est conditionalis, an periculum rei pertineat ad uenditorem?

LEX I.

1 RE quidem. †Cõtractus qui solo cõsensu contrahuntur contrario consensu re integra resoluũtur: & dicitur res integra, quãdo nec est tradita res: nec etiã pretiũ, vel pars eius: licet data fuerit arrha: & tunc poterit repeti. Sed si res non est integra: quia fuit res tradita, vel pretiũ, aut pars eius, non resoluitur cõtractus solo cõsensu partiũ: sed requiritur actus retro similis. scilicet retraditio rei, vel pretij soluti: & nisi hoc fiat: tale pactum resolutiuũ nec producit actionẽ ad repetendum quod traditum est: nec exceptionẽ ad retinendũ quod non est traditũ: sed pro nõ facto habetur. h. d. ista. l. cũ sequẽti. de quarum materia habetur. ff. de pact. l. Iurisgentiũ. §. adeo. in. l. ab emptione. circa fi. ti. & ibi subtiliter examinãt per gl. quæ reputatur
2 difficilis. dic vt ibi. †In tex. ibi. [vtriusque partis consensu recedi potest.] sub. etiã non stipulatione vallato. & operatur talis cõsensus resolutiuus, vt omnis obligatio tam naturalis quã etiam ciuilis orta ex cõtractu hinc inde. s. venditori ad pretiũ, & emptori ad rem, ipso iure resoluatur. Regulariter cõtrà quia pactũ nudũ nõ tollit ciuilẽ obligationẽ, nec actionẽ, sed elidit. ff. de pac. l. si vnus. §. pactus ne peteret. sed speciale est hoc in pacto resolutiuo contractus, qui solo cõsensu fuit celebratus. per rationẽ quæ sequit: [etenim quod cõsensu &c.] Et hoc est verũ: etiam si ex interuallo post primũ contractũ interuenit: cùm enim fit super substantialibus cõtractus, dicitur inesse: etiã si ex interuallo fiat. vt in dicto. §. adeo. non sic si super alijs. vt in ead. l. Iurisgẽtium. §. quinimò. † Et nota. quòd non solùm cõsensu resoluitur cõtractus re
3 integra. sed etiam reformatur, quando super substantialibus fit: vnde si vẽdidisti rem pro. x. & postea reintegra agimus quod sit vendita pro. xij. censetur venditio reformata. & perinde habetur ac si fuisset à principio facto pro. xij. nec erit nouus: sed idẽ: tamẽ ideo non soluitur noua gabella, si ex forma statuti venit soluẽda de quolibet contractu vt est Bononiæ. sed vna tantum soluetur. etiam si ex interuallo facta sit dicta reformatio. vt in. d. §. adeo.
4 quod tamen dic vt ibi per Barto. † In text. ibi. [nuda voluntas.] dicitur nuda quando non interuenit stipulatio. vnde ex ea non potest agi, vt res tradita retradatur, licet ex primo contractu solo consensu fuerit actio & obligatio nata. hinc enim non sic nascitur ex consensu resolutiuo. & eodẽ modo si emptor soluisset partem pretij: & postea fuisset actum quod venditio haberetur pro non facta, ex hoc consensu resolutiuo emptor non posset repetere partem pretij quam soluit. sed deberet agere ex primo contractu de traditione rei. vt infra. l. proxi. in fi. & si interuenisset stipulatio, bene posset agi ex ea: quia volũtas nõ esset nuda. In text. ibi. [priori simili is retro agens.] vt quia emptor sponte tradidit rem venditori: & econuerso venditor sponte restituit pretiũ emptori: tunc enim cõuentio resolutiua bene operaretur in his quæ restabant agẽda: quia tollit hinc inde obligationem & actionem ipso iure: aliàs pro non factis habentur prædicta quando inter-
5 uenit vera traditio. † Quid si ficta interuenit. vt quia venditor (vt moris est) constituit se rem venditam precario nomine emptoris possidere. per quod constitutum transtulit in emptorem dominium, & etiam possessionem ciuilem & naturalẽ: & apud ipsum remansit detentatio: vt. l. quod meo. ff. de acqui. poss. post ea cõuenerunt vt venditio haberetur pro non facta: an ista conuentio operetur solu. contractus. vt si dominium in emptorem sit translatum, possessio reuertatur ad vẽditorem? videtur quod sic: quia sicut per verba tantum fictione iuris fuerunt translata in emptorem: ita econuerso per sola verba videntur reuerti ad venditorem. per rationem quæ ponitur hic in ver. [etenim quòd consensu.] & per. l. prout quisq. ff. de solu. Istam quæstionẽ examinauit subtiliter gl. in. l. ab emptione. ff. de pact. & finaliter tam gl. quam doc. videntur concludere quod non reuertentur ex solo pacto resolutiuo. nisi etiam vltra hoc fuerit actum expresse inter eos q̄ res vendita debeat remanere penes venditorem eo modo quo prius erat: & sic quod precarium vel constitutum re-
6 soluatur. quod etiam tangit hic Bal. † Item adde quòd ista resolutio est bonæfidei: sicut ipse contractus: quia cuius naturæ est contractus, eiusdem est etiam distractus. vt no. in. l. de tutela. ff. de in integ. restit. & in. l. sub prætextu. la. j. §. de transac. Et est vtilitas. quia si dolus daret causam huic contractui resolutiuo, esset ipso iure nullus: sicut etiam fuisset si dolus dedisset causam contractui: vt in. l. & eleganter. in princ. ff. de dolo. In glo. j. ibi. [quo casu pro tradito habetur.] dic & sic non obstante pacto resolutiuo postea facto potest venditor agere ad pretium: quia tale pactum nil valet ad liberandum emptorem à pretio sicut non valeret si verè seruus fuisset traditus: nisi postea fuisset traditus, vt in hac. l. sicut enim non producit actionem ad repetẽdum quod datum est: ita nec producit exceptionem ad retinendum quod non est datum. vt nota. in glo. ff. ibi quæ incipit. [nec parit.] & in glo. ibi. [secus in arrha.] sed quare secus? Respondeo † quia pre-
7 tium est pars contractus. ff. de contrahen. emptio. l. j. §. fine. ff. de
a pollicita. l. j. §. cœpisse. sed arrha[a] est contractus de per se. vt no. in l. contractus. suprà de fide instrumen. & sic non est de substantialibus contractus. ideo non facit desinere rem esse integram: postquam non est processum ad aliquid de substantialibus. In glo. ibi. [ante litem contesta. vt. j. de iur. om. iudicum. l. & quia.] Tu dic hoc bene procedere in procuratore: vt per litis contesta. perpetuetur eius mandatum: vt postea non possit reuocari sine causa: nec per mortem domini finiatur mandatum: tanquam re non existente integra: secus ante. sed quantum ad perpetuãdum iurisdictionem delegati: vt morte mandãtis non expiret, nec requiritur litis contesta. vt dicatur res non esse integra. sed sufficit quod fuerit vsus iurisdi. & sic quod cõmiserit citat. vt in. c. gratum. & c. relatum. de offi. dele. & no. in. d. l. & quia. & eodem modo ad præoccupandum iurisdictionem tam in iudice delegato, quam etiam in ordinario. vt. ff. de iudi. l. si quis postea. In gl. quæ incipit: [nec parit.] in fi. quod non placet: nam sicut vẽditori qui tradiderat rem, non parit actionem ad ipsam repetendam si non vis restituere: ita ecõuerso si vis restituere mihi, & ego nolo. sed potius volo pretium, & stare in primo contractu, non producit tibi exceptionem. vt æqualitas seruetur. nec ob. quòd pactũ nudum licet non sit potens ad producendam actionem, bene tamen est potens ad producendam exceptionem. ff. de pac. l. Iurisgentium. §. igitur nuda. quia verum est quando fieret principaliter ad liberandum: sed hic principaliter ad contractũ resoluendum fit. vnde si non operatur resolutio: quia res non erat integra: & ideo etiam libera. & ità subtiliter intelligẽ istam glos. † In
8 sequen. gl. ibi. [erit ergo similis actus.] Not. istam glos. quod ista resolutio non dicitur nouus contractus. sed resolutio primi contractus. ergo si statutum disponit quod de quolibet cõtractu soluatur gabella, nõ soluetur de hac resolutione. Sed an soluetur de primo cõtractu resoluto? videtur q̄ non: quoniã habetur pro nõ facto. cõtrarium dic. quia re vera fuit factus: & sic statim fuit acquisitum ius fisco. quod ergo postea partes agunt non facit vt habeatur pro non facto in præiudicium fisci. sed quãtum ad ipsos contrahentes. & hoc si resoluitur ex causa voluntaria, quæ retro nõ trahitur. vt. ff. quæ res pig. obli. pos. l. fi. & l. j. qui potio. in pig. ha. secus si ex causa quæ retro fingit: vt si fuisset contractus celebratus sub cõditione quę postea nõ extitisset. nam haberetur pro
9 nõ facto, etiam quantùm ad fiscum. vt ex eo non debeatur solui gabella. ar. l. prætor. & l. qui balneum. ff. qui po. in pig. habe. † In l. seq. in glo. j. ibi. [quantùm ad obligationem.] glo. non bene loquitur. deberet enim dicere quantùm ad contractus indissolubilitatem: & sic verum est quod siue contractus fuerit celebratus, siue sub conditione: quia non est in voluntate vnius partis dissoluere contractum dicitur contractus perfectus quantum ad hoc vt habeat locum quod hic dicitur. vt contrario consensu possint partes recedere. sed quãtùm ad alium effectum: scilicet ad quem pertineat periculum rei venditæ: non dicitur contractus perfectus. nisi quãdo est purus. & sic est nata actio, & obligatio. secus si sit con

si sit conditionalis. & contingat conditionem non existere: quia tunc periculum non pertinet ad emptorem, tanquam cõtractus nõ fuerit perfectus: licet alio respectu fuerit perfectus: vt l. necessariò. §. quod si pendente. ff. de peri. & commo. rei vend.

Si propter publicas pensitationes uenditio fuerit celebrata. *Rubrica.*

LEX I.

1 VEnditionem. †Si prædiũ tributatiuũ venditur in officialem publicũ propter tributum non solutum solenniter, & interuenientibus his quæ requiruntur per l. sequentem, non potest venditio retractari: nec per pristinum dñm. nec per aliquẽ creditorem qui haberet illud prædiũ obligatũ: quia fiscus omni creditori præfertur. h. d. intellige scilicet in illo prędio. & ꝓpter tributum: quia semper causa fisci precedit: sed in alijs bonis debitoris, vel quando non propter tributum: tunc fiscus non præferretur priuato habenti priorem hypothecam in tempore & ita intellige glo. fi.

2 ☞ *In iudicio agitato inter aliquos: semper debet citari tertius, de cuius præiudicio agitur.*

3 *In uenditionibus fiscalibus quæ sint necessaria: remissiuè.*

LEX II.

1 SI deserta. †In hac l. ponuntur quinque necessaria ad hoc vt valeat venditio rei priuatorum, facta per publicum officialem propter pensitationes publicas non solutas. Primum est q̄ debitor fiscalis cessauerit, & sic sit in mora soluendi. Secundũ est, q̄ vẽditio fiat cũ authoritate prędis. & sic publicus exactor non poterit vendere: nisi cũ licentia iudicis ordinarij illius loci. Tertium est, q̄ fiat bona fide, & sine fraude. Quartũ est, q̄ fiat iusto pretio. Quintum, q̄ fiat solenniter, & cum subhastatione, si aliquod istorum deficiat, & maximè si non interueniat authoritas prędis: potest retractari venditio. in hac autem retractatione, aliàs venditione debet esse præsens debitor, de cuius prędicio agitur. subaudi verè: vel interpretatiuè. sub. q̄ fuerit citatus & per
2 contumaciam absit: aliàs sibi nõ fieret prędicium. † Et ad hoc allegatur semper ista l. quod in iudicio agitato inter aliquos sem
a per debet citari tertius[a] de cuius prędicio agitur. aliàs posito q̄ valeret iudicium inter prędentes non faceret prędicium absenti non citato. Facit quod no. in l. in causæ. la j. §. interdum. ff. de mino. & l. cum miles. in fi. qui. ex cau. ma. citato aũt prędicium facit. aliàs ad quid fieret citatio, vt dicit gl. in simili in l. j. §.
3 cum dicitur. ff. si cui plusquam per l. fal. † & vide quod no. Cy. s. de aduo. diuer. in l. j. ante fin. & adde c. inter quatuor. de ma. & obe. & etiam glo. quas allegaui in l. si quos. s. tit. ij. quæ ponũt illa quæ sunt necessaria in istis venditionibus fiscalibus. No q̄ literę cõmissarij alicuius domini continentes q̄ vendat bona. intelliguntur q̄ vendat cum authoritate domini potestatis.

LEX III.

1 SI quis. †Ista l. idem dicit q̄ præcedens. addit tamẽ duo. scilicet q̄ si debitor fiscalis erat minor xxv. annis, q̄ in venditione debet esse curator eius, vel tutor. intellige non ad præstandam authoritatem contractui: cùm venditio fiat ex causa necessaria, & authoritate publica: sed vt assistat obligationi: & videat q̄ res bona fide geriẽ, & sine fraude. prout in simili habetur. j. de dis. pig. l. creditor hypothecas. Aliud addit. q̄ nõ requiritur authoritas proc. fiscalis, sed sufficit authoritas præsidis, seu iudicis ordinarij illius loci.

Sine censu uel reliquis fundum comparari non posse. *Rubrica.*

In titu. prędẽti visum est qñ publicus officialis propter cen
1 sum vel publicas functiones non solutas vendit res priuatorũ. In hoc tit. † tractatur quando priuatus. d. fundi censualis vendit ipsum, cum pacto q̄ emptor nõ habeat necesse soluere censum pro futuro tempore nec reliqua pro tempore præterito. an tale pactũ valeat in præiudiciũ fisci. qui habet fundũ obligatum pro tali censu. & etiam omnia alia bona ipsius cẽsualis. vt in l. j. in fi. supra. tit. j. Et dicitur in hoc tit. q̄ non. & quod licet tale pactum valeat in præiudicium fisci, qui habet fundum obligatũ pro tali censu. & omnia alia bona ipsius censualis. vt in l. j. in fi. §. tit. j. & dicitur in hoc tit. j. quod nõ. & licet tale pa- a ¶Citari tertius. Adde d. Ma. Soz. in rub. de dila. & phi. fran. in repe. c. ex ratione. col. lj extrà de appe. Et adde do. de rota. dec. lvj. inci. Item si in lite. Cur.
ctum fit seruandũ inter eos, non tñ præiudicat fisco: quo minus possit agere contra emptorẽ & possessorẽ: tam ꝓ reliquijs præteriti, quam pro censu futuri temporis.

2 ☞ *Exceptio tua non interest agere. repellit agentem, & similiter appellantem: si sua non interest appellare.*

3 *An ista exceptio sit dilatoria, ut sic debeat oppo. ante li. cõte. an uerò sit per emp. & sic posit opponi post?*

Si opponatur & feratur sententia pro agente: an uideat & prosit sibi, uel alteri?

LEX I.

1 EX cõuentione. †Licet dixerim §. q̄ valet inter eos. & potest ex ea agi. vt in l. epistola. §. ij. ff. de pact. hoc tamen non est semper verum: sed ita demum si interest agentis. & quatenus interest. & hoc videtur in illa l. cum qua concordat. l. ex conuẽtione. s. de pact. vbi habetur de verbo ad verbum, soluo eo q̄ habetur in fine. dũ hic dicitur. [non cõpetit:] &
b sic est litera negatiua. ibi. non habetur ista dictio non.[b] sed est litera affirmatiua: & tunc solue illud contrariũ vt in glo. ego non habeo in text. istam distinctionẽ, sed habeo eam remissam à parte: & sic videretur q̄ potius cõcordat cũ illa. & hoc dicit. Exceptio etiam stipulatione vallata q̄ vxor pro re quam dat in dotẽ, soluat publicas functiones. mortuo marito si ad vxorem res reuertatur, hæres mariti non potest agere: quia sua nõ interest. Secus si remansit penes hæredẽ: & quia fuit data æstimata ea æstimatione quæ fecit emptionem. hic dicit si non habes dictionem non. & cum hac concor. illa l. ex conuentione, sed si habes, dic hæredem non posse agere: siue res fuerit tradita inæstimata, siue æstimata tali æstimatione quæ non fecit emptionem. & sic reuertitur ad vxorem: secus si non reuerteretur. vt in l. contraria. vt qñ faceret emptionem. In tex. ibi. [actio tibi.] scilicet hęredi patris tui. vt illa soluat pro tẽpore præterito, quo fundus fuit penes patrem tuũ: posses agere q̄ pro illo pater tuus erat obligatus fisco: cum fundus esset penes eũ, & fructus ex eo percipiet. & hoc est onus fructuum. vt in l. neq; stipendiũ. ff. de impensis. vnde interest tua q̄ illa soluat: aliàs conuenieris à fisco ex persona patris tui. In text. ibi. [non potest:] quia tua non interest: si em non soluat pro tempore futuro, nullum damnũ cõsequeris: sed ipsa tan-
2 tum. secundũ primum intellectũ. glo. j. in fi. † Et sic no. q̄ ista exceptua non interest agere. repellit agentem. concor. l. si seruus. la ij. post princ. ff. de condi. furti. & l. sed nec legatarius. eodem titu. similiter repellit appellantem: si sua non interest appellare. vt ff.
3 de appel. reci. l. j. † Sed an ista exceptio dilatoria sit, vt sic debeat
c opponi ante litem contestatem: [c] an verò sit peremptoria: & sic possit opponi post. vide Inno. in c. super his. extrà de accusa. vbi ponit duas opi. & quælibet potest esse bona in diuersis terminis. Item si opponatur, & sententia pro agente feratur: an valeat, & prosit sibi, vel alteri? videtur quòd sic. vt in l. cum putarem. ff. fa. erciscun. vbi prodest sibi. & l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoffi. test. vbi prodest alijs: & non sibi: & hoc quando est rescissoria. de quo etiam per Inn. in c. auditis. extrà de procu. Super istis esset subtiliter cogitandum qualiter procedant: sed tempus non patitur: ideo sufficit habere remissiones.

2 ☞ *Res uendita non debet eleuari de æstimo uenditoris, & transferri ad æstimum emptoris: nisi cognoscatur per publicos officiales quòd emptor est idoneus ad solutiones fiscales faciendas. & uide nu. 4.*

3 *Quid si res uendatur alicui ecclesiæ, uel ecclesiasticæ personæ? & quòd licet persona ecclesiastica non possit compelli per iudicem secularem, quòd tamen poterit poni manus ad ipsam rem.*

4 *Quòd sit dare hypothecam sine personali obligatione.*

5 *Tributa quæ imponuntur rebus, & non personis, possunt imponi rebus forensium existentibus infra territorium, sed collectæ quæ imponuntur personis propter res, non possunt imponi forensibus: uel non subditis, licet habeant bona infra territorium?*

6 *Tributa, an possint imponi rebus clericorum?*

LEX II.

1 REi annonariæ. †Possessor potest conueniri à fisco pro publicis pẽsionibus tam præteriti temporis quã futuri: non obstante quæcunq̄ cõuentione facta inter possessorem & eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Venderet alicui ecclesiæ. Adde Bart. in l. rescripto. in. §. sciendum. ff. de mu. & ho. Bal. in. l. fi. C. sine cē. vel reli. Inn. & doct. in. c. nō minus. de im mu. ec. ant. de but. & Io. de imo. in. c. fi. de vi. & hone. cle.

5 pretio cõuento venditor. † In tex. ibi: [si certę.] infert ex prędictis q etiã si vinũ fuit venditum ad mensuram, postea antè quã mensuretur auctum est pretium, tenetur vẽditor tradere pro eodem pretio conuento. & nisi tradat, nõ solum repetitur pretium cõuentum q erat traditum: sed tantum plus quantũ hodie valet. Nec obstat si dicatur vẽditio non erat perfecta nõ facta mensuratiõe: & sic periculum deteriorationis & peremptionis nõ pertinebat ad emptorem hoc casu: licet secus si nõ ad mensuram. vt in prin. ergo nec cõmodum debebit ad emptorem pertinere. per regulã quæ ponitur in princ. quia refert (vt §. dixi) q hoc non attenditur quantum ad commodum aucti vel diminuti pretij, sed solũ peremptionis vel deteriorationis rei. & tunc distingue vt in glo.

2 ☞ *Fructus semper intelliguntur deductis expensis factis in colendo, & recolligẽdo eos.*

LEX XIII.

1 FRuctus. †Perfecto contractu fructus pertinent ad emptorem sicut & onera fiscalia: & emptor tenetur ad vsuras pretij ex tempore moræ. h.d. Primum dictum intellige nõ solum de fructibus post venditis, satis, & recollectis, sed etiam de fructibus pendentibus licet fuerint sati ante venditionem. vnde propter hoc fortè videbatur contrarium. q nõ debeant ad emptorem pertinere: sed qñ sati sunt post, imputet sibi vẽditor cur hæc facit. potuit enim rem tradere, & nõ ferre. quia non tenebatur esse vel factor vel colonus emptoris. vt l. vẽditor. ff. de hære. vel act. vẽdi. sed dic q fructus pendentes veniunt: quia per se nõ considerantur: quia cẽsentur esse pars fundi. vt l. fi. ff. quæ in fraudem credito. ideo veniũt nisi excipiantur. Et quid in pensione coloni, vel inquilini? dic vt l. Iulia. §. si fructibus. ff. eo. & q no. in. l. fi. de iure fisci. per Bar. Secundũ dictũ declara vt dixi in l. curabit. §. eo. In tex. ibi: [conue-
2 nit.] † refusis tamen expensis venditori, quas fecit in colendo, & recolligendo fructus. vt j. eo. l. post perfectam. quia semper fructus intelliguntur deductis talibus impensis. vt. l. fructus. ff. solumat. & in l. si à domino. §. fi. cũ. l. se. ff. de pe. hære. nam nullus est casus qui hanc deductionem possit impedire. vt dicit text. nota. in l. fundus. la. ij. ff. fa. er.

LEX XIIII.

1 EMptor seruorum. †Nota hic illa ad quæ tenetur ille qui vendit seruum: etiam si nil ex
b presse dicat: sed simpliciter vendat. nam potest postea cõueniri vt promittat de omnibus istis de quibus hic: non cũ fideiussore, sed simpliciter. & posito quòd nõ promitteret, teneretur de omnibus istis: ad quid ergo requiritur ista repromissio? Respondeo vt clarior sit intentio emptoris postea agentis. vt no. ff. de sol. l. si pupilli. & hic vide l. ex empto. §. fin. cum ibi not. ff. eod. vbi plenius examinatur.

LEX XV.

1 VLtra modum. †Vendi tor qui non fuit in mora, non tenetur ad aliquid vltra sortem. hoc dicit lex ista. & est satis clara.
2 ☞ *Ad hoc ut posset agi de euictione, debet emptori res auferri per sententiam iustam, & ex causa quæ habuit originem ante uenditionem: & quid si solam possessionem amisit?*
3 *Si emptor agendo contra spoliatorem succubuit, an tenebitur uenditor?*
4 *Si uenditor promisit emptorem defendere de iure & de facto manu armata contra uolentem spoliare: an in tali casu teneatur emptori?*

LEX XVII.

1 EXpulsos. †Si res auferatur emptori ex causa quę non habuit originem ante venditionem, & de facto potius quam de iure, non tenetur de euict. vendit. h.d. & semper allegatur. & hoc duplici
2 ratione. † Primò. quia ad hoc vt possit agi de euic. debet emptori res auferri per sentẽtiam. vt colligitur ex l. vtiq;. ff. de reivẽd. sed hic non per sententiã, sed de facto fuit ablata per spoliationem. Secũdò. quia quãdo aufertur per sententiam, requiritur quòd sententia sit iusta: & si est iniusta, venditor nõ tenetur. quia potius dicitur casus fortuitus, b de quo venditor non tenetur. vt l. si per imprudentiam. ff. de euic. sed hic iniustè fuit ablata: etiam si spoliator esset dominus: quia propria authoritate non debuit sibi ius dicere. vt in. l. nullus. §. de iudæ. Est & tertia ratio: quia debet auferri ex causa quæ habuit originem ante venditionem. vt in. l. j. §. titu. j. sed hic nõ sic. In tex. ibi: [quem habere ius in eo negatis.]Iupple maximè: nam idem si haberet ius: quia debuit ipsum iudicialiter prosequi: & per sentẽtiam rem aduocare. & tunc etiam si solam possessionem aduocasset venditor, teneretur. vt in. l. ratio. §. j. ff. eo. In fi. l. ibi: [experiendum esse perspicitis.]Iupple contra spoliatorem: non contra ven
3 ditorem. † Sed pone q agendo contra spoliatorem succumbit. an tenebitur venditor? dic q aut egit interdicto recuperandæ, & nõ tenetur: quia in hoc non habet causam venditor: aut egit rei vendicatione: & tunc tenetur: vt in. l. euicta. §. j. de euic. q tenet hic gl. fi. in fi. & sic actio de euic. competit nõ solum si emptor succumbat se defendendo ab euincente: sed etiam si agendo contra euincentem. vt in illa. l. q tamen intellige sanè si venditorem requisiuit vt ipsum iuuaret agẽdo & obtinendo, aliàs secus. per. l. j. §. ti. j. Item si succubuit in rei vendi. & in publiciana: & sic est omnino excluſus à proprietate: sed si egisset rei vendi. tantum, & succubuisset, supereſſet sibi publiciana. ideo nõ ageret quousq; in pu
4 bliciana succũberet. vt l. si minor. §. si seruus. ff. de euict. † Sed pone q vẽditor promisit emptorẽ defendere de iure & de facto, an teneatur defendere manu armata cõtra volentem spoliare? dicũt doct. quod non: cum non sit de natura contractus. vt j. eadem. l. & istud verbũ potest intelligi ciuiliter, & scdm naturã cõtractus videlicet in iudicio. nõ solum de iure producendo iura sua. sed etiã de facto suscipiendo in se iudiciũ suis sumptibus & expẽlis.

a ¶ *Ad mensuram. Ad de hic quæ notaui ad l. ij. j. de peric. & commo. rei ven. & in. l. j. §. eo. titu.*

¶ *Fortuitus. Quid sit casus fortuitus. vi de gl. insti. de re. diui. in §. thesauros Bald. in l. quæ fortuitis. C. de pig. ac. Car. zab. in c. j. in. xij. q. de cõmo. & qualiter probetur casus fortuitus vide glo. in. l. ij. in. §. si ad diẽ. ff. de re mili. Iac. de Aret. in l. scire oportet. in. §. sufficit. ff. de excu. tut. Bar. in l. j. C. depoſi. & an sufficit probare per iuramẽtũ. de quo in. c. quia propter. d ele. & in. c. cũ Bertoldus. de re iudi. & per Archi. in. c. j. de dolo & contu. lib. vj. & q̃ sit differentia inter casũ fortuitum, & casum improuisum. vide gl. ff. in. l. j. C. ad legẽ corne. de sica. quam Bal. ibi dicit se nescire alibi: & an iniuria iudicis sit casus fortuitus. vide in. c. fi. de emp. & ven. Archi. & Io. an. in c. j. de dolo & cõ. li. vj. Io. and. in addi. Spec. de app. in. §. nũc breuiter. Anto. de But. & Ioã. de Imo. in. c. querelã. de procu. Bar. in l. contumacia. in. §. fi. ff. de re iudi. Cy. & Bal. in l. fin. C. desi. instr. Bal. in. l. qui accusare. C. de eden. Ang. in. l. nẽ exigimus. & est. l. ij. ff. si quis cau. Bar. cõ fi. incip. Ex facto ꝓponitur q ex causa.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc enim in facto consistit. nec tenetur venditor ex propria natura cõtractus hoc facere. sed sufficeret quod assisteret emptori secundum Iac. de Are. qui hoc tenet in l. dãi. de dam. infec. per l. si parentes. j. de euic. sed si promisit modo prædicto, verba illa videntur hoc importare. notarij tamẽ dicunt communiter in instrumẽtis quod vẽditor tenetur in se ltem suscipere suis sumptibus & expensis. Potest etiã illud verbum intelligi alio modo secundũ Bar. vt teneatur defendere de iure & de facto. i. quod non feratur sententia iniusta: & si feratur, vult teneri: & sic renũtiare legi super imprudentia. quod fieri potest. ita videtur no. Bar. in. l. stipulatio illa. de ver. obl. Bal. hic hoc vltimum improbat: quia sententia iniusta æquiparatur casui fortuito: ad quem non censetur se obligare per verba generalia: sed requirit specialis mentio. iuxta not. in. l. sed & si quis. §. quæsitũ. ff. si quis cau. Item Bar. dicit hæc vera. nisi oblatio quæ fit de facto, haberet originem ex persona venditoris. vt quia per inimicum eius. arg. in. l. si merces. §. eulpę. ff. loca. sed Bal. hoc limitat. si inimicitia fuberat tempore venditionis: secus si superueniat: quia de casu aduentitio non censetur cogitatum &c. hoc vide per Bal.

a ☞Si pater emit libros. Adde Cy. Bart. & Ang. in. d. l. filiæ licet. C. de colla Bart. in. l. donationes. in. §. pater. ff. de do. Raph. cuma. consi. ccxxvj. inci. quidam filio studenti. Alexã. de imo. consi. cxij. incip. circa primam dubitationẽ. in. ij. vo. & est consilium duplicatũ cõsi. ciij. in. iij. vol.

Si quis alteri uel sibi sub alterius nomine uel aliena pecunia emerit. *Rubrica.*

1 †Rubrica ista continet tres partes. Prima est. qñ quis emit alteri, seu pro altero. i. dicere nomine alterius: & ad illius vtilitatẽ, non suam reuera. licet soluat pretium de pecunia sua. quo casu quæritur illi dominium per traditionẽ: & de ista prima parte loquuntur tres primæ leges. intelligendo primam legẽ quod maritus emit nomine vxoris. gl. tamẽ non sic intelligit: sed q ipsamet vxor emit pro se, de pecunia tamen viri: & vterq intellectus est bonus. de ista etiam parte loquitur. l. cùm per eos. Secunda pars quãdo quis reuera emit sibi: & ad suam vtilitatẽ: simulatè tamen facit apponi nomen alterius in instrumẽto, fingẽdo se emere nomine illius. quo casu inspicitur veritas, & non fictio: & sic dominium quærit sibi, & non illi: & nomen illius censetur accommodatũ in instrumento sine aliquo effectu. & de ista parte loquitur l. iij. & v. & etiam. l. multum. In secũdo casu qui ponitur in ver. [quòd siquidẽ emisti.] Tertia pars est quãdo qs emit sibi & suo nomine, & nõ sub nomine alterius, soluitur tamen pretiũ de pecunia alterius, vel illo inscio: vel sciente & patiente, seu pecuniã submministrãte. & de ista parte loquitur. l. j. secundũ intellectũ gl. & etiã. l. multũ. in primo casu in versi. nam siquidem vxor tua. & l. qui aliena. cum. l. fi. & ista multum conferunt ad vtilitatem harum legum. in quibus subesse videtur quædam confusio.

2 ☞Maritus si emat nomine uxoris, & soluat pecuniam de suo, an uideatur donata?
3 Si pater emat libros pro filio studente, an uideatur ei donare?
Si mater emat nomine filiorum, an censeatur eis donare?
4 Lucrum acquisitum per filiam de pecunia paterna, an sit patris?

LEX I.

1 SI pecunia. †Intelligendo hanc legẽ vt dixi q maritus emerit nomine vxoris. hoc dicunt tres leges primę. Cùm qs emit rem nomine alterius: soluit tñ pretiũ de pecunia sua: & quæritur cui acquiritur dominiũ; si res fuit tradita illi cuius nomine fuit empta: vel per venditorẽ: vel per emptorẽ, seu de emptoris voluntate acquisita, per illum acquiritur illi dominium: quia ex hoc præsumitur empta pro illo: & ad illius vtilitatem. An autẽ emẽs possit repetere pecuniam quam soluit ab illo pro quo soluit: sub iudice lis est. & constitit in cognitione iudicis: vt si non fuit donata, possit repeti. si verò donata, aliquãdo repetitur, aliquando nõ: aliquando repetitur si donatio non valuit, nec fuit cõfirmata, sed reuocata. aliquando non si valuit donatio: hoc dicunt illæ tres primæ leges. & in. l. j. †maritus emit nomine vxoris, & soluit pecuniã de suo, an possit repeti. text. nõ declarat. sed dicit si credis posse consequi, age. Breuiter dubium stat in hoc, vtrum videatur in dubio donata: dic vt no. j. de don. inter virum & vxorem. l. si filij tui. & eo casu quo videtur donata, si non fuit cõfirmata: sed potius reuocata, repetitur aliquãdo. quatenus mulier ex ea est effecta locupletior: vt j. eo. l. multum. ver. nam siquidem. Interdum insolidum. vt in l. quòd autem. §. si vir. ff. de do. inter virum & vxo. quòd dic vt in. l. multum. in glo. ij. In. ij. l. pater emit nomine filiorum, & fecit sibi patri tradi: postea emãcipauit filios, & eisdem tradidit. vel passus est q illi possessionẽ acciperent: ex hoc videtur emisse pro illis, & ad illorum vtilitatem: & sic eis acquiritur dominium: de pretio autẽ quid iuris sit. nihil dicit: an possit ab illis repeti? dic q non. quia in dubio inter ascendentes & descendentes præsumit animus donandi. vt in. l. Publia. ff. depositi. & no. Bal. in. l. quæ dotis. ff. solu. mat. non
3 est ergo donatio rei emptæ: sed donatio pretij. † & istam legem
a Barto. alibi allegat ad q. illam qua quæritur si pater emit libros pro filio studente, an videatur ei donare per hanc. l. si tradidit, & non emit: secus, quia videtur in peculium profectitium concessisse. vt in. l. si. de pecu. leg. vt ipse no. §. fa. er. l. filiæ cuius. vbi gl. tangit. & l. si donatione. j. de col. & si filius est doctor, vel postea doctor efficitur: statim confirmatur donatio: quia transit in peculiũ quasi castrense. idem si filium emancipauit: vt in. l. donationes. §. pater. ff. de dona. alleg. non confirmatur nisi patre præmoriente. vt in. l. ij. §. de inoffi. dona. In. l. iij. mater emerat nomine filiorum: & illis fuit tradita possessio. vnde illis acquiritur dominiũ. & pecunia non potest repeti: quia censetur donata. & donatio statim valuit: quia non habebat filium in potestate. ita intelligo istas le-
4 ges. †In glo. dicit per istas leges non esse verum illud quod not. glo. in. l. cùm oportet. j. de bonis quæ lib. quòd lucrum acquisitũ per filium in potestate de pecunia paterna sit patris: sicut nec res empta per filium, vel eius nomine, non est patris: sed filij. sed salua pace sua. licet emens rem de pecunia aliena efficiatur dominus quando extraneus: & non ille cuius est pecunia: si tamen est in potestate illius. cùm iura vetera non sint correcta in profectitijs, sed solùm in aduentitijs. & de iure veteri ratione patriæ potestatis quicquid acquirebat filius, acquirebat patri. & si non acquisiuit ex pecunia paterna: & sic profectitia in dispositione iurium antiquorum. vt tale lucrum sit patris ratione patriæ potestatis: & etiam illo inuito. quia pecunia erat paterna. aliàs si deficeret primum, verum esset quòd ipse dicit in multis iuribus dicentibus quòd res empta per me de pecunia aliena est mea, & non illius. vt. §. de rei vendi. l. si ea. Bart. tamen tenuit quòd medietas lucri sit patris ratione suæ pecuniæ. & ratione supradicta. alia medietas sit filij: propter eius labores. qui sunt aduentitij, non profectitij. & in dubio medietas lucri appropriatur pecuniæ, & alia medietas industriæ, vel operæ. vt in. l. si non fuerint. in prin. cum ibi no. ff. pro socio.

2 ☞Quod procedat iste libellus peto rem cum fructibus perceptis, quos æstimo tantum, absque eo quod dicat uel specificet qui, & quales, & quanti fuerint recollecti.

LEX IIII.

1 QVamuis. †Cùm quis emit alieno nomine, de pecunia tamen sua, si res fuit tradita sibi, & non illi cuius nomine fuit empta: dominium acquiritur sibi, & non illi, quia censetur esse empta pro se: & & ad suam vtilitatem. & nomen illius fictitiè fuisse appositum in instrumento: & sic accommodatio potius facta est ad nudum ministerium. h. d. illa lex. cum sequẽti. & in illa prima emẽs fecit apponi nomen socrus suæ, & dixit se emere nomine illius. In. l. seq. fecit apponi nomẽ vxoris. tamen in vtraq traditio fuit facta ipsi emẽti. & sic loquitur de secũda parte rubr. qua censetur emisse sibi: licet emerit sub alterius nomine. Differũt ergo à præcedẽtibus legibus: quia in illis traditio fuit facta illi cuius nomine res fuit empta; & sic pro eo erant duo. s. emptio facta suo nomine. Itẽ traditio possessionis pro emente non erat nisi vnum, quia soluerat de pecunia sua. & duo prævalent vni. arg. in. l. re cõiuncti. ff. de legat. iij. sed hic pro ipso emente erãt duo: quia soluerat de pecunia sua; & quia sibi fuit tradita possessio, & remãserat pœnes eum: nam si postea transtulisset in alterum, cuius noie emit, tantùm esset quãtum si sibi fuisset tradita à venditore. vt patet in. l.
2 ij. suprà eod. ista. l. cum text. in fi. allegatur per doctos. † quòd procedit iste libellus peto rem cum fructibus perceptis, quos æstimo tãtum: absq eo quod dicat vel specificet qui, & quales, & quanti fuerint recollecti: puta de vino tantùm, & de frumento &c. Et quia petuntur accessoriè. vnde non requiritur tanta specificatio sed si peterentur simpliciter, deberẽt singulariter specificari. arg. in. l. iij. §. armamenta. ff. de rei ven. vide hic Bal. qui tangit aliqua

qua bona super isto puncto allegando Inno. in. c. inter dilectos. de dona. & c. certificari. de sepul. & in. c. grauis. de depositio. vide etiam per eundem in. l. ij. si secundò nupserit mulier.

2 ☞Si reperitur in instrumento quòd uxor alicuius suo nomine emit aliquam rem de pecunia mariti, cui acquiratur dominium: an sibi, an marito? & nu. 4.
3 Quid si apparet quòd re uera ipse maritus emit pro se, & quòd nomen uxoris fecit apponi fictitie in instrumento, an tunc dominium acquiratur uiro inspecta potius ueritate quàm fictione?
4 Quid si ipsa mulier emit, nec ipsa sola continetur in instrumento: sed emit ipse maritus, qui uerba emptionis protulit: dicendo uendis uxori meæ absenti. an ualeat cõtractus?
5 Nuntius, & procurator, qualiter differant?

LEX VI.

1 MVltum. †Lex ista est multũ vulgaris. & ad multa allegatur. quę colliguntur ex tertio casu. qui secũdùm doc. nõ est alibi. glos. dicit q ponit tres casus. & non declarat. sed eos sic declaro. Primus casus est. quãdo quis emit noie pro se, de pecunia tamẽ aliena: & sic in instrumẽto nomẽ suum dũtaxat fuit appositum: nec erant aliæ cõiecturæ quòd emisset pro alio. Secũdus casus est. qđ erãt aliæ cõiecturæ q re vera nõ emit pro se, sed pro illo cuius erat pecunia. licet nomẽ suum tãtum cõtineatur in instrumẽto. Tertius casus est. quãdo in instrumẽto cõtinetur quòd emit pro alio. & sic duplex nomẽ cõtinetur, scilicet emptoris, & illius pro quo dixit se emere: cõcepit tamẽ verba in personam illius alterius: & sic tãquam nũtius, nõ tanquàm procurator: & in hoc differt iste tertius casus à tribus primis legibus. in quibus cõcepit verba in personã suam: & sic tãquam procurator: vel neg. gestor. dicẽs emo noie talis: nam ex suo cõsensu perficitur emptio. sed hoc dixi vẽdis tali absenti: non autẽ dixi nomine illius. quæ verba pertinent
2 potius ad nũtium quam ad procuratorem. † Quæritur ergo hic si reperitur in instrumẽto q vxor cuiusdam suo noie rem quãdã emit de pecunia mariti, cui acquiratur dominium: an sibi, vel marito? Imperator distinguit. quòd aut ipsa emit pro se: & reuera ad suam vtilitatem. quòd in dubio præsumitur postquàm ita continetur in instrumẽto: nec apparẽt aliæ cõiecturæ in cõtrarium: & tũc acquiritur sibi: sed si maritus submministrauit sibi pecuniã animo donãdi, põt reuocare donationem. & repetere pecuniã. quatenus ex ea mulier est effecta locupletior. nã hoc est regulare in donatione facta inter cõiuges, vt donatarius nõ teneatur vltrà.
3 †si verò nõ obstãte quòd ita cõtineatur in instrumẽto quòd ipsa mulier emit suo noie, apparet quòd revera ipse maritus emit pro se: & quòd nomẽ vxoris fecit apponi fictitiè in instrumẽto: dominium acquiritur viro. inspecta potius veritate, quam fictione. vt §. plus valere quòd agit. l. ij. Sed quæ sunt istæ cõiecturæ? Bal. declarat. licet tex. & gl. nõ declarent: quia possunt colligi ex præcedentibus: ltẽ ex sequẽtibus. ltẽ ex ambobus semel mixtis ex pcedentibus: quãdo cõstat per testes ita fuisse actum & tractatũ inter virũ & vẽditorem. Ex sequentibus qñ vxor hoc fateret. recognoscẽdo bonam fidem ex vtriq. quãdo traditio fuisset facta viro: & ipse semper fructus percepit, & mulier nil gesit: nec cõmodum percepit. argu. in legibus duabus præcedẽtibus. †Tertius
4 casus. qñ ipsa mulier emit: nec ipsa sola cõtinetur in instrumẽto, sed emit ipse maritus. s. verba emptionis protulit. dicẽdo vendis vxori meæ absenti: & isto casu (qui est notabilior aliis) dicitur, q cõtractus ille non valet. supple quãdo nõ habebat mãdatum ab ipsa vxore de hoc faciendo. & quòd ex eo nõ acquisiuit actionẽ personalem vxori. quia nõ potuit per liberam personã alteri acquirere. vt in regula vulgari. nec etiam sibi acquisiuit: quia noluit. cùm nõ conceperit verba in personam suam: dicẽdo vẽdis mihi. vel dicẽdo emo à te nomine vxoris. quo casu acquireretur sibi: quia contractus perficeret ex suo cõsensu: teneret tamẽ cedere actionem vxori. sicut quilibet alius procurator in contrahendo nomine domini. vt in. l. possessio. §. fina. ff. de acquiren. possess. Si dicit vendis vxori meæ absenti: & sic locutus est vt nuntius. vnde cõ
5 tractus non perficitur ex suo cõsensu. sed debet perfici ex consensu vxoris. cùm nuntius tantùm verba absentis portet. & vtitur
a nudo ministerio. tamen cõtractus debet perfici ex cõsensu illius cuius est nuntius. cùm ergo mulier hoc nõ dedisset mandatum, non perficitur contractus. quia deficit consensus vnius partis, nec potest ratificari: quia deficit substantia contractus: aliàs cùm ratificatio requirat radicem in substantialibus verum, licet contractus non valeat, nec alicui ipsorum acquiratur obligatio: si tamen sequatur traditio, transfertur dominiũ a in personam illius cui fit: & sic ex inutili cõtractu transfertur dominium, sicut & possessio. Nec ob. l. nũquã nuda. de acquir. rer. domi. vbi in translatione dominij requiritur causa habilis: & hic non subest: postquã contractus erat inutilis: quia sufficit quòd putaretur vtilis: vt in toto tit. de condi. inde. & sic sufficit causa vera, vel putatiua. hoc dicit in effectu tota lex. In primis ergo duobus casibus solùm nomine vxoris erat in instrumento. in hoc vltimo nomine mariti: & etiam vxoris. & ipse maritus exercuit actũ emp. licet pro vxore. sed in præcedentibus ipsa vxor tantùm. In tex. ibi: [vxore tua cõparante. J. re vera, & pro se. quòd præsumitur si ita continetur in instrumento: & aliud non apparet. In text. ibi: [à te nomine tuo habito.] supple re vera: licet hoc non cõtineretur in instrumento quòd tu emisses: sed solũ quòd vxor emit. tamẽ veritas poterat probari in contrarium verè, vel per cõfectu ras, inter quas erat illa: quòd possessio fuit tradita tibi, & nõ sibi. vt j. in versi. [quòd si tu quidẽ emisti.] In tex. ibi: [inquantum tu pauperior, & illa locupletior.] hoc procedit secũdùm gl. ij. quãdo maritus ministrauit pecuniam ipsi vxori, vt traderet vẽditori. nã si tradidisset partem, & aliam partem perdidisset, nõ repeteret nisi partem solutam: quia nõ in plus est effecta locupletior. & præsupponiẽ quod ministrauit hic animo donãdi. quod qñ sit dic vt no. per gl. in. l. si filij tui. j. de do. inter virũ & vxo. sed si maritus eã soluisset vẽditori: & sic liberasset eam ab eo, in totum repeteret. quia in totum censetur facta locupletior. vt in. l. quam gl. allegat. Idem si non animo donandi si hoc potest probari: vel si cessat præsumptio donationis. † In tex. ibi: [cõparasti nomine ipsius.] actũ cõparandi exercuisti: nõ tamẽ cõparasti. quia nõ dixisti: emo nomine vxoris: sed dixisti vendis vxori meę absenti. Sed nũc opponitur fortiter pro declaratione gl. quæ incipit: [sine mãdato.] iste cõtractus cũ perficiatur solo consensu, potest perfici per nuntiũ, vel epistolam. vt in. l. j. in fi. ff. de contrahẽ. emp. Aut ergo iste maritus concepit verba tanquam nuntius, dicendo vendis vxori meæ. & tunc debet acquiri actio vxori. scilicet directa: Aut concepit verba in personam suam, dicendo vendis mihi recipienti nomine vxoris: & tunc actio directa debet acquiri sibi: quàm postea tenebitur cedere vxori. l. possessio quoque. §. & si possessio. ff. de acquiren. possess. Text. autem iste dicit quòd neutri ipsorum acquiritur. quòd non videtur posse stare. propter hoc gloss. quæ communiter tenetur. intelligit quando verba concepit vt nuntius. quia si vt procurator, fateretur contrarium. nec obstat contrarium. quia procederet si habuisset mandatum ab vxore de contrahendo vt nuntius: sed hic nullum habuit mandatum de hoc: vel si habuit, non habuit vt nuntius: sed vt procurator, ipse autem egrediens formam mandati non emit vt procurator, sed vt nuntius. & si dicatur licet non habuit mandatum, vxor potuit ratificare. & hoc tantum debet valere quãtum si mandatum habuisset, vt in l. fina. §. ad macedo. posito etiam quòd requireretur speciale mandatum. nam etiam tunc locum habet ratificatio. vt. l. quòd si de speciali. ff. de mino. Respondetur verum esse quòd factum falsi procuratoris, qui tanquàm procurator contraxit, concipiendo verba in sua persona, cùm tamen mandatum non haberet, potest ratificari: quia ratificatio reperit substantiam super qua fundatur: videlicet consensum procuratoris, ex quo contractus perficitur. sed factum falsi nuntij non potest ratificari. quia non reperit substantiam neque consensum ratificantis, qui non dedit ad hoc mandatum. & ex quo consensu contractus veniebat perficiendus. & hæc est communis sententia. licet Iacob. de Aret. non considerans prædicta, nec videns rationem quare non posset ratificari, intellexerit istum tex. nec in nuntio, nec in procuratore. sed in proxeneta. qui non habet mandatum concludendi, sed tractãdi. † tamen Docto. tenent gloss. quæ postea in glo. se volens ipsam declarare, ponit differentiam inter. nuntium, & procura-
rem. a qui se habent vt genus & species. quia omnis nuntius est procurator cùm habeat mandatum: sed non omnis procurator est nuntius: & dicit ea quæ. §. dixi prosequere vt in gl. Dicit etiã q si nuntius egreditur formam mandati: quia non contrahit vt nuntius, sed vt procurator, concipiendo verba in suam personam: contractus nõ est nullus: sed acquiritur obligatio sibi. quia

a ☞Procuratorẽ. Adde Spec. ti. de procu. in §. vt in aũt. versic. & not. q̃ large. Cardi. zaba. in c. j. in secũdo not. de obl. ad ratio & in c. cũ dilecti, in. j. no. de procu.

Universidad de Navarra Biblioteca

a ¶ Per procurat. Adde q̃ de ista. q. sunt duæ opi. vide p Bar. in.l.gallus. in.§.forsi tan. ff.de li.& posth. Bald.in auth.nisi rogati.C.ad treb.in.l.si quis alumnam.C.de nup.& in.l.post mortem.in fi.ff.de adopt. Io.an.in regula si qs. de regu.iur.lib.vj. in mer. Abb. & doctores. in. c. veniens. de cogn.spi. Ant.de but. in. c. per venerabilē. qui filij sint legi.Fed. de senis cōsti.xv.incipit. quæstio talis est. syndicus eiusdem vniuersitatis.

b ¶ Subscribens. Adde gl.in.c.si qs præsbyterorū. de rebus eccl. nō alie.l.distrahente. hoc tit.l.si qua per calumniā. C.de epis.& cle.Bar.in.l.quæ dotis.ff.solu.ma. Barb. consi.lxxxvij.incip. Istud referā in medium.in.v.col. in.iij. vo.& an subscriptio vnius faciat tantā fidē ac si ille totā scripturā scripsisset. Vide per Lud.rom.in.l. admonendi. in. xix. col. ff.de iureiur. Bal. in.l. cum antiquitas. C.de testam. Bald.in prin.ff.in vlt.col.

c ¶ Vel sigillans. An sigillum appositū scripturæ facit illā auth. vide Io.an. in.c.ij.de fo. compet. lib.vj. in nouella. doct. in cle. 2 statutū. de ele. cardi. zab.in.c.scripta. in.j. col.de fi.instru. & in c. peruenit. in.v. no. de fideius.

subest cōsensus suus: ex quo cōtractus perficitur. sed ecōuerso si procurator egreditur formā mandati,& non cōtrahit vt procurator, sed vt nuntius, nō valet cōtractus: quia deficit substātia cōsensus. s. absentis per hāc legem. Ex quibus omnibus collige plura notabilia. quæ per se patent. & dicūt Doct. quod iste tex. nō est alibi. & inducit Cy. ad q. de qua in.c. accedens. extra. de præben.

☞ *Si in mandato procuratoris dicatur talis constituit talē procuratorem,& nuntium speciale: an poterit procurator concipere verba cōtractus prout vult, uel in personam suam: tanquā procurator talis. uel in personam domini: tanquam nuntius?*

Episcopus uolens conferre beneficium alicui absenti, si dicat inuestio talem absentem per te cōsanguineum suū: & sic dirigat uerba in ipsum tanquam nuntium, si non habet ad hoc mandatum: licet absens postea ratificet. non acquiritur sibi ius in beneficio.

Quid si dirigeret uerba in ipsum, tanquam procuratorē: uel nego. gesto?

Quid in matrimonio, an posit cōtrahi per procuratorem habentem speciale mandatum?

Maritus non potest acquirere uxori actionem: nisi quando recipit emphyteusim pro se & uxore.

Quod potui nolui: quod uolui adimplere nequiui.

An ex contractu inutili transferatur dominium?

Facilius acquiritur alteri per alterum dominium, quam obligatio personalis.

LEX VII.

Vm per eos. †Ex contractu eius qui potestati meę subiectus est facto nomine meo acquiritur mihi actio: quam possum per me, vel per alium intentare. sed si nō est meo iuri subiectus, acquiritur sibi. quā ille vel alter cui cesserit, intētare potest. hoc dicit. alias leges videte per vos. Item circa. l. multū. no. † quod illa quæ sunt dicta circa vltimum casum non videntur habere locum: attenta forma quā vtuntur notarij timore huius. l. quia dicunt talis constituit talem procuratorem,& nuntium specialē: & sic potest concipere verba prout vult. vel in persona domini, tanquā nuntius. cuius contrariū habetur hic in tex.& gl. Bar. autē in. l. qui autē. §. fi. ff. de consti. pecu. dicit quod illa verba & nuntium specialē. nil operantur. nisi in his quæ specialiter fuerunt cōmissa: quia nō potest esse nuntius nisi in illis: cum semper requiratur speciale mandatū in nūtio. Bal. hic tenet contrariū, & melius. quia in his quæ cadunt in generali mādato tantū operatur generalitas respectu cōmunium, quantū specialitas respectu quorūdam: vt in. l. si duo. de admin. tuto. ff. Si ergo in generali mandato venit quod possit emere, vel vendere: vt qa fuit constitutus cum libera administratione: tunc videtur specialiter commissum quod emat, vel vendat: quia quodlibet particulare comprehensum in specialitate censetur specialiter expressum. ergo tanquam in expresè commisso poterit loqui vt nuntius. In his autem quæ non cadunt sub generalitate: vt sunt illi casus in quibus requiritur speciale mandatum, fateor dictum Barto. procedere. † Item inducuntur prædicta. si Episcopus volens conferre beneficium cuidam absenti, inuestiat quendam suum consanguineum pro illo: si dirigat verba in absentem, puta inuestio talem absentem per te consanguineum suum: & sic dirigat verba in istum tanquam nuntium: si non habet ad hoc mandatum: licet absens postea ratificet, non acquiritur sibi ius in beneficio: quia factum falsi nuntij non ratificatur. secus si dirigeret verba in ipsum tanquam procuratorem, vel nego. gesto rem. puta te inuestio prę̃sentem & recipientem nomine illius: sic videretur intelligi notabili. in. c. accedens. de præbendis. † Item in matrimonio. licet Canonistæ teneant quòd possit contrahi a per procuratorem[a] habentem speciale mandatum: vt in. c. finā. de procura. li. vj. glo. tamen iuris ciuilis dubitat. & videtur sentire contrarium in. l. sufficit. ff. de spon. & videtur hæc opinio verior de rigore iuris: quoniam actus qui celebratur per procuratorem, perficitur ex consensu ipsius procuratoris. quia cōcipit verba in suam personam: sed ille qui celebratur per nuntium, non perficitur ex consensu nuntij: sed ex consensu mittentis. quia cōcipit verba in personam illius. dicens, quia talis qui mittit me ad te, emit talem rem me eius nuntio mediante: & verba eius tibi portante. tanquam pica, vel organum. sed matrimonium nō pōt perfici nisi ex consensu ipsorum iugaliū. ergo si cōstituis procu. ad contrahendum matrimoniū, nō poterit cōcipere verba in suā personam. dicendo, cōtraho tecum matrimoniū nomine talis: qa sic perficeret ex consensu. sed debet concipere in personam absentis: dicendo talis contrahit matrimoniū tecū me mediante. & sic loquitur vt nuntius, non vt procu. ergo non per procuratorē sed per nuntium est contrahendum inter absentes. nisi dicamus q̃ fauore matrimonij procurator specialiter constitutus ad matrimonium contrahendū, censeatur constitutus meliori modo quo potest constitui. & sic nuntius potius quā procurator. quia verba nō repugnant. cum omnis nuntius sit procurator: vt hic dicit in gl. & sic posito q̃ in procuratorio nō dicatur vt nuntiū specialē, nihilominus poterit concipere verba in personā absentis, tanquam nūtius. & nō habebit locū q̃ hic dicit. sed si ille qui cōtrahit nosce absentis, nō habet mādatū: puta pater sub cōfidētia filij cōtrahat matrimonium nomine filij, cōcipiēdo verba in personā illius: puta filius me mediante contrahit matrimonium tecū, non valet: nec reconualescit per ratihabitionem secundùm Pet. vt refert hic Cy. licet dominus Inn. videatur tenere cōtrariū fortè de 5 æquitate magis, quam de rigore fauore matrimonij. † Postremò no. virum non posse acquirere mulieri actionem. dicit Albe. hoc fallere cùm recipit emphyteusim pro se & vxore. vt in authē. de alie.& emphy.§. emphyteusim. Item no. verba illa ad quæ semp allegantur. quòd potui nolui quòd volui adimplere nequiui. de 6 quibus in c. cùm super de offic. deleg. † Item quòd ex contractu inutili transfertur dominium. quòd est verum. nisi sit expresse per legem reprobatus. vt in l. non dubium. suprà de legibus. ibi ex eo, vel ob id de pos. autem clarum est cùm consistat in facto, quòd transfertur. vt in. l. j. §. si vir. ff. de acqui. pos. Item quòd faci lius acquiritur alteri per alterum dominiū, quàm obligatio personalis. ratio tangitur in gl. fi.

De rebus alienis non alienandis, & de prohibita rerum alienatione uel hypotheca. Rubrica.

2 ☞ *Subscribens, uel sigillans aliquam scripturam, censetur consentire contentis in ea: si sciebat contenta.*

LEX I.

1 Si præsidi. †Omnes leges huius titu. vsque ad l. fi. excluside tractant de prima parte rubr. & volunt hoc in effectu. Quod si vendis vel alienas aliquo titulo habili ad transferendum dominium rem alterius tuo nomine sine voluntate illius, non transfers dominium: nisi vendas iure creditoris. vel ratione alicuius officij publici, ex quo habeas potestatem transferendi: & quòd dominus re extante & non præscripta non potest à te petere pretium. quòd non succedit loco rei. sed debet vendicare rem à possessore: & potest. nisi tibi successerit hæreditario iure: quia tunc cū teneatur de euictione, ex persona tua repelleretur per exceptionem quem de euictione tenet actio &c. l. vendicantem. ff. de euictio. Re autem perempta vel præscripta potest in subsidium à te repetere pretium; ne remaneat in damno. nec videtur consensisse licet sigillauerit instrumentum venditionis, si ignorabat contenta in eo. hoc dicunt in effectu istæ. ll. quæ omnia examina vt plenè no. in l. mater. &. l. cum à matre. §. de rei ven. & in Spec. not. illud quòd dixi de sigillo in. l. ij. idem habetur in suscriptiōe. suprà 2 plus valere quòd agitur. l. fi. Ex † quibus à contrario sensu colli- b gitur quòd subscribens[b] vel sigillans[c] aliquam scripturam, cen- c setur consentire contentis in ea; si sciebat contenta. de hoc tamen dic vt in. l. Caius. ff. de pigno. actio.

2 ☞ *Verbum alienatio. quid comprehendat?*

3 *Si per statutum prohibetur res alienari in forensem: an censeatur prohibita constitutio ususfructus, & an etiam pignoratio rei?*

Quid in prohibitione alienationis facta à testatore ne hæres possit alienare aliquam rē in aliquem de consortibus?

4 *Prohibitus alienare, an possit locare ad longum tempus?*

An sit

5 *An sit dare aliquem in dum uel cautelam, quòd prohibitio contrahentium habeat impedire translationem dominij?*

LEX VII.

1 Ancimus. †Lex ista tractat de secunda parte rubricæ. & dicit q̃ prohibitio alienationis facta à. l. vel à testatore, vel à contrahētibus, importat hoc q̃ nō possit transferre dominium directum vel vtile: nec aliquod ius in re. siue illud ius sit pars dominij vsus fructus, siue non: tamen sit tale per q̃ posset res aduocari. tamen sit ius constitutum in re, quòd habeat vsum rei incommodare: vt 2 ius seruitutis prædialis. hoc dicit illa. l. † & hoc de largo significato huius verbi alienat. quòd verificatur in quolibet prædiorum: sed de stricto & proprio significatu non comprehenditur nisi translatio dominij directi, vel vtilis. & illa tantum censeret prohibita. vt no. in auth. de resti. & ea quę parit super verbo alienari. 3 in glo. mag. & hic in glo. Ex quo dicit Bal. † quòd si per statutū a prohibetur res alienari in forensem: cùm verba statuti debeant stricte & propriè intelligi: non censetur prohibita constitutio vsusfructus in aliquem forensem: nec etiam pignoratio rei. pro quo videtur casus in. l. in quorum. ff. de pigno. Et idem si testator odio consortium hæredi mandat vel iubet quòd non possit aliquam rem alienare in aliquem de consortibus suis. quæ depositio est odiosa. ideo non prohibetur hæres constituere vsumfructum, vel pignorare rem hæreditariam consorti. nisi pignoratio esset facta in fraudem. quæ præsumeretur si facta fuisset pro tanta pecunia quanta valet: quia non esset verisimile quòd vnquam 4 eam lucretur: vt habetur in. l. qui habebat. ff. de lega. iij. † Sed an possit locare ad longum tempus ille qui est prohibitus alienare? gl. videtur tenere quòd sic in. l. codicillis. §. instituto. de lega. iij. Sed per omnes reprobatur per. l. j. §. qui in perpetuum. si ager vectigalis. quia ex tali locatione transfertur dominium vtile. & sic fit contra prohibitionem. & dicitur ad longum tempus, quando ad decennium, vel vltra. in quibusdam tamen locis seruatur q̃ vsq; ad quinquennium. & ad prædicta facit clemen. j. cum ibi notatis. de re. eccle. non alie. licet autem ista. l. videatur æquiparare prohibitionem legis, & prohibitionem testatoris, & etiam cōtrahentium, quantum ad significatum verbi: tamen quantum ad effectum non æquiparantur: quia prohibitio legis vel testatoris, q̃vim legis habet: operatur vt impediatur translatio dominij; & q̃ alienatio sit ipso iure nulla. sed prohibitio contrahentium nō impedit translationem dominij: sed facit vt veniens contra prohibitionem teneatur actione personali ad interesse: nisi in quibusdā casibus specialibus. in quibus impeditur translatio dominij. & hoc examinatur bene in. l. ea lege. §. de condi. ob cau. & ad hoc tē 5 dit prima gl. quam plenius examina. vt in. d. l. ea lege. † Querunt tamen doct. vtrum sit dare aliquem modum vel cautelam, quòd prohibitio contrahentium habeat impedire translationem dominij. & Cy. ponit hic plures modos, & aliquos reprobat. Bart. tangit in l. qui absenti. ff. de acqui. pos. in. §. fi. & finaliter dat modum clarum & apertum quòd promittatur pœna vel interesse si fiat contrà: & pro tali pœna & interesse obligetur illa res, quæ prohibetur alienari. tunc enim propter ius pignoris, quòd prohibens habet in re, impeditur translatio dominij; textus est in. l. si creditor § fi. ff. de distrac. pig. secūdùm vnam literam negatiuam. quæ est vera. prout refert Bar. fecisse videri in pandectis, cùm ille casus sibi de facto accideret, & etiam domino Francisco tigrini de pisis. vnde cùm hodie semper in instrumentis publicis partes promittant obseruare conuenta: & pro obseruatione prædicta obligent se & omnia bona sua: semper impediretur dominij trāslatio secundùm opinionem prædictam. Tangit hic Cy. aliquas quæstiones. sed plenius vide per Barto. in l. filiusfami. §. diui. ff. de legatis primò. vbi multa circa materiam tangit. tene primam solutionem gl. quia communiter tenetur.

De communium rerum alienatione. Rubrica.

LEX I.

1 Si nulla †Sicut quis non potest transferre dominium rei quæ est in totum aliena: ita si est communis inter ipsum & alterum, non potest transferre dominium partis alterius. nisi sit filicus, qui ex priuilegio potest rem quam habet cum priuato, vendere. & transfert dominium etiam partis socij. de parte sua verò quis potest facere quòd vult: & alienare etiam alteri quàm socio. nec potest socius illam aduocare ab emptore: etiam in priuilegio militari. hoc dicit. totus tit.

De pactis inter emptorem & uenditorem compositis. Rubri.

2 ☞ *Si agitur ut res sit inempta si pretium non soluatur, tunc hæc resolutio contractus non dicitur nouus contractus sed distractus.*

3 *Si per statutum esset soluenda gabella de quolibet contractu, non habebit locum in hoc distractu: cum non sit nouus contractus.*

Quid in retrouentione?

Quando contractus resoluitur, restituitur res uēdita cum fructibus perceptis etiam ante moram: sed in retrouentione nō restituuntur fructus ante moram percepti.

4 *Verbum pertinet, uel reuertatur, an sit uerbum directū: an obliquum?*

5 *Pactum de retrouendendo pro eodem pretio non est improbatum à iure, tanquam faciat præsumi contractum pignoratitium, & factum in fraudem usurarum.*

Quid si uenditio esset facta pro multo minori pretio quàm ualeret?

6 *Ex pacto incontinenti appositio quòd oriatur actio præscriptis uerbis.*

7 *Oblatio sola, an sufficiat: ad hoc ut quis possit agere ex contractu, & sic ad actionem consequendam?*

8 *Casus in quo ex solo pacto sine traditione uera uel ficta transfertur dominium.*

9 *Per electionem unius ex contrariis censetur quis alteri iuri contrario renuntiasse.*

10 *Per actum contrarium uidetur quis renuntiare iuri suo quòd habet de iure communi, & quid si habeat ex priuilegio?*

11 *Venditor qui poterat uti pacto legis commissoriæ, & rem uendicare, si petat pretium, uel usuras eius, an statim perdat ius uendicandi quòd habet ex pacto etiam antè quā pretium uel usuras consequatur?*

12 *Si locaui tibi fundum, cum pacto quòd debeam tibi consignare quædam infrà mensem, alias possis recedere à conuentione, & ego non consignaui, nec tu recessisti: & petisti quòd tibi consignem promissa: & ego obtuli me paratum, & nunc tu uis à petitione recedere, an possis?*

a ¶ Statutum. Adde de hoc & dic vt per d. Frā. de Are. in consil. suo cxxv. col. iij. ver. circa secundum principale. & ibi an comprehēdat pignus vel hyporhecā. & theoricam Paul. de ca. hic vt cōmunem refert & sequitur. d. Barto. fozi. in suo cōsi. lxxv. col. j. verſ. circa secundū. & an locatio ad longū tēpus dicatur alienatio. vide p Alex. de Imol. late in cōsi. j. col. ij. & seq. in iiij. vo. & de locatione de nouēnio in nouennium. per eūdem Alexā. in cōsil. cv. in iij. vol. Cur.

b ¶ Gabella. Addē Bertachi. de firmo i trac. de gabellis.

LEX I.

1 Si ea lege. †Pactum appositum incontinenti iuxta contractum venditiōis fit per resolutione contractus si pretium non soluatur, vel de retrouendendo pro eodem pretio, si vēditor voluerit, valet: & ex eo oritur actio præscript. ver. & etiam informatur actio ex vendito: vt competat ad id qđ deuenit in pacto: & vltra hoc si est pactum legis commissoriæ: quòd est quando agitur vt res sit inempta, datur vtilis in rem. nisi tali pacto sit renuntiatum per actum contrarium. hoc dicit ista l. cum tribus sequentibus vsque ad l. initio. & ista l. j. & iij. & l. iiij. loquuntur de pacto resolutiuo contractus. in hoc tamen differūt quia. l. j. & l. iij. loquuntur quando pactum non sonat in l. commissoriam. & sic non facit haberi venditionem pro non facta sed 2 l. iiij. quando sonat in l. commissoriā. quia † agitur vt res sit inempta si pretium non soluatur. quæ quidem resolutio contractus non dicitur nouus contractus: sed dicitur distractus. vt not. gl. fi. 3 §. quando licet ab emp. discedere. l. j. † Et ideo si statutum diceret q̃ de b quolibet contractu soluatur gabella[b] non haberet locum in hoc distractu. cum non sit nouus contractus. Lex autem. ij. loquitur in pacto de retrouendendo pro eodem vel diuerso pretio. quo venditio retro facta esset contractus nouus. & veniret soluenda gabella. & non diceretur resoluere primum. vt no. in. d. glos. fin. quæ declarat istas. ll. Ex vtroque tamen nascitur actio præ. ver. ex ipso pacto quòd nascitur cohærentia contractus, & etiam informatur actio ex vendito, competat ad id quòd deuenit in pacto. Est & alia differentia. quia quando contractus resoluitur. restituitur res vendita cum fructibus perceptis: etiam ante moram. vt j. e. l. cum te. &. ff. de in diem adict. l. Item quòd. sed quando fit reuēditio, nō restituuntur fructus ante morā percepti: sed remanēt apud emptorē primū vt. l. ij. in fi. Rō diuersitatis. qa resolutio trahitur retro, vt habeatur perinde ac si facta non fuisset. sed nouus cōtractus nō trahit retro. Prefata aūt resolutio vel fit ipso iure, qñ sonat in pactū. l. commissoriæ. quia fuit dictū q̃ res sit empta vt j. eo. Isi à te. Siue quòd venditio pro nō facta habeatur. q̃ idē est: & tunc transfertur dominium vtile ipso iure sine noua retra-

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca